Antiochus huius nominis secundam syllabã græco more pronunciamus: nã non exibilamus litterã t quemadmodũ in latinis: ti enĩ sequente in nominibus nostris exit conuersa i in sibilum: ut cum dicimus hospitium. latium. Statius: Horatius: & huiusmodi nominatur antiochus ita a nobis profertur ut i secunda syllaba non exibiletur uocalis i more latino. sed græco potius pronũcietur quemadmodum & tiaras quæ uox græco sono a nobis profertur.

Antyciras duas fuisse cõstat: quarum altera est boetiæ insula prius cyparissus dicta qđ Pausanias tradit: ubi optime præparabatur helleborum tutoq; sumebatur quod scribit Plinius & Strabo. alteram anticirã ut idem est autor ad maliacum sinum & oetam mõtem ubi helleborum nascitur.

Antisophista qui certat litteris concursatiõe.

Antitheton. ut sunt hæc. Fortia neglecti uellebant colla capilli. aut quotiens umbra porrexi brachia mota. antitheta autẽ illa sũt quæ cõtra se ponũtur ut hac parte pudor pugnat illic petulãtia. hic pudicitia: illic stuprum & huiusmodi alia.

Antigone Laomedontis filia: quæ a iunone in ciconiam uersa est: auulsa lingua. Alia œdipi quæ partẽ cæcũ & exulẽ ducebat a creõte cũ noctu cremaret itẽ reprosa: interfecta ẽ. T.

Antiquus nobilis uenerabilis. Virgi. æneidos lib. primo. Terra antiqua potens armis atq; ubere glebe. Seruius.

Antidotum: hoc est ex contrario datum.

Antiquus & antiquior ut gradu ita intellectu distãt. Nã ãtiquus uetus significat. Vir. geor. li. secũdo. Antiquasq; domos auium antiquor melior. Tul. de amicitia. Hoc quod ẽ proprium amicitiæ: sed antiquior & pulchrior & magis natura ipa profecta. Idẽ de rep. li. prio sed quoniam plurima beneficia continet patria: & est antiquior parens q̃ siquis curauerit maior ei profecto q̃ parenti debetur gratia. Lucil. i libro decimoquarto. quin potius ita degat sedatus quietem: q̃ tu antiquus cõtrafacere hoc fecisse uidearis. No.

Antiquus carus. Salu. in iugur. Tantũ antiquitatis curæq; maioribus pro italica gẽte fuit Cice. ad Herennium lib. iiii. Salus antiquior multum q̃ impedimentorum. Ser.

Antiquum ueteres ẽt per oia posuere. Fe. Põ.

Anticlea Vlyssis mater: quæ cum duceretur a Laerte capta & adulterata est a sisypho latrone: quod ab Aiace obiicitur. Alii auctoliam Vlyssis matrem dicunt.

Antistitas. M. Ci. antistitas dicit sacerdotes fœminas nõ secũdũ grãmaticã legẽ antistites.

Antica pars prioris spacii ĩ augurio suspiciẽdo augures. n. designãt spacia in aere & dãt noia ut prima pars dicatur antica posterior postica. Idem dextra & sinistra. Ser.

Anticipare posuerunt ueteres pro præuenire hoc est ante capere. Varro in bimarco. Et uiuos contemnite uiui: anticipare addito calcar stultos contemnite docti. No.

Antycira ĩsula ad hiphocaicã regionẽ ptinens magis portus cum oppido eiusdẽ nominis ubi helleborum nascitur. Tor.

Antiphates melampi medici filius ex iphianassa filia Proeti pater Oiclei. Tor.

Antiphona uox reciproca. Tor.

Antiphrasis sermo per cõtrarium intelligendus: ut lucus: manes: quia immites eumenides parcæ. unde nanos gigãtes. Tor.

Antiphus Thessali filius: nepos Herculis cum fratre Phidippo troiam petit cum triginta nauibus. Tor.

Antiptosis pro casu figura quando alterum p altero ponitur ut urbẽ quam statuo. Tor.

Antisignia lrã cõtraria: (sita). quã Claudius ita formauit:)(: & p x ponit. dicta apte. Tor.

Antismos figura: qua aliquid simplicitate rustica exponitur ut Qui bauium non odit & cætera. at asteismos scribitur. T.

Antisthenes philosophus cynicus. Alius de schola Heracliti. Alius epheseus. Alius rhodius historicus. Tor.

Antistoechon pro littera cum alia pro alia ponitur: ut magalia pro magaria. & sella p sed-

da:& meditor pro melitor. Tor.
Antistoeche eadem figura quae supra. Tor.
Antithesis pro altero positio. Tor.
Antitheus uir fortissimus: qui cum centauris pugnauit:& aliquando uicit. Home. in primo, uerum Homerus Antitheum polyphemum inquit: idest aequantem polyphemum est ergo adiectiuum non nomen proprium Antitheus. Tor.
Antitheta cōtraposita quae pulchrā faciūt sententiam: ut frigida pugnabant calidis humētia siccis. Tor.
Antigonus Thesei & Phaedrae filius maior Demophōte: post pulsum patrē rex creatus: & Mnestheus dictus: alius rex macedoniae post Alexādrum: alius rex iudeorum: ab Herode ascalo obtruncatus: alius philosophus cynicus qui de agricultura scripsit. Tor.
Antiqui quaere in dictione senes. Lauren.
Antipolis ciuitas est in narbonensibus partibus quae distat ab aquis calidis stadia mille septuaginta quattuor: estq; iuxta olbiam distatq; a uarro fluuio stadia sexaginta: uerum tamen inter gallicas numeratur ciuitates: cū massiliensium iudicio contendens: ab eorum mādaris libera facta est, distat praeterea a portu monoechi paulo plus stadiis ducētis. Str.
Antiquare delere est. Liuius. li. xxii. Tum omnium horum itaq; plaebescitum: quo oneratus magis q̄ honoratus sum primus antiquo abrogoq;.
Antiquior te ego sum: idest maior natu te sū est enim natura comparatiui superare in ea qualitate quam possumus. Lau.
Antistare dicimus antecellere: unde & Crispinus ī heraclia ait: diuinis uirtutibus antistās alcides. Fulgen.
Anthylla urbs aegypti secundum Hero. Tor.
Antia urbs in argo propinqua pylo.
Antiochia urbs in syria quae prius epiphāne quam Seleucus nicanor in suorum memoriam condidit quā interfluit orontes fluuius. alia ad pīcū littus ab antiocho cōdita. Tor.
Antros nomine īsula in garumna fluuio: quā pendere & attolli aquis increscentibus, Ideo incolae existimāt quia cum uideatūr edition aquis obiacet ubi se fluctus impleuit illam operit: nec ut prius tātum ambit: & q̄ ea quibus ante ripae collesq; ne cernerent obstiterant. Tūc uelut ex loco superiore perspicua Pompo.
Anthropophagi inde dicti quod humanis carnibus uescerentur.
Anthrax inueni tamen in ueteri epitaphio nomen proprium Antrax quod fiat ab antro quod sit detracta aspiratio priscorum more qui aspirationem non habuere: sed prius nomen a medicis nostris receptum est; habetq; aspirationem: significat autem tuberculum in locis corporis magis periculosis: id nomē graece carbonem significat: unde medici anthraces carbunculos appellant.
Anulorum ius est, census equestris enim erat sestertiorum quingentorum qui census legittimus erat equitum quibus anulus erat īsigne. Sue. li. primo. P. Liberius eques romanus mimum suum egit donatusq; est quingentis sestertus & anulo aureo.
Anxur olim nunc terracina: ut Liuius scribit: eadē dicta trachyma ab asperitate: ut autor est Strabo: nam trachys graece latine asperę significat.
Anabathra gradus ad sedendum dispositi: id ē subsellia: e quibus spectantur in ludis.
Anteambulo dicitur qui ambular ante domi num honoris gratia hoc est usus uerbo Trāquillus q̄ perraro īuenies atq; haud scio an usq̄ praeterq̄ ī uita Vespasiani ubi scribit matrem solitam apellare eum ante ambulonē fratris.
Anxur lingua uolscorum terracina latine dicitur eadem trachyma q̄uis Liuius aliter scribat superioris sentētiae autore Plinio.
Anxur dicitur a candore saxorum: Horatius neutro genere proferens. Impositum late saxis cadentibus anxur.
Antras conualles uel arborum interualla. Fe.
Antho amulii albanorum regis filia. Te.
Antro pro cauerna. Vir. Exesaeq; arboris ātro
Anthores proprium uiri apud Vir. ab ἀνθῶν idest floribus & ῥέω fluo: quia florēs in morem defluxit: & non dicitur anthor quia habet o longam: & nomina propria in or corripiunt penultimam in obliquis. Tor.
Antroare gratias referre. Truant mouentur: truant quoq; uocant pro permanēt coaequātes exta. Fe.
Antonomasia pro nōie uice nominis: ut maia genitus pro Mercurio: poeta pro Homero. uel. Vir.
Antonina in anglia fluuius non memorat Caesar: sed Tacitus.
Antoniaster imitationem potius q̄ diminutionem significat: ut imitator Antonii: ut Cicer. pro Vareno. Erutius hic noster antoniaster est, similiter fuluiaster: idest Antonii fuluiiq; imitator. Lau.
Anubis lingua aegyptiaca canis I cuius forma mercurius colebatur: genitiuo anubidis. Fe.
Anus dicta est ab ānoꝝ multitudine: nā ātiq nūq̄ geminabāt cōsonātē: uel q̄ iā sine sensu: quod graece dicit ἄνευ νοῦ. Fe. Pom.
Anxyrus Iuppiter in cāpania colit. i. barbatus sic dictus: q̄ nunquā barbam rasisset: barba-

tus.n.uisebat:quasi sine rasura. Ser.

Anxer fluuius thusciæ peopinquus pisis.

Anxyrus Iuppiter a campanis quasi anaxyros sine rasura.id est imberbis. Inde ansur: quæ tarracyna dicitur. Tor.

Anxona iter belgas fluuius est i extremis rhenorum finibus quo pedibus uado trāsitus est nomen retinens fere octo milibus passituum ultra rhenos laugdianensem diocesim partiens.

Anxietas ab angore: neq; enim sunt omnes anxii qui angūtur aliquādo: nec qui anxii sunt semper anguntur: ut inter ebrietatem aliquid interest. Cicero tusculanaꝝ tra.

Axioma a dialecticis appellatur plena & perfecta uerborum sentētia: ut id perfecte sit aut uerum aut falsum esse: siue id proloquium dicere placet. A.gel.

Anxitudo: Actius i eurysace. Persuasit moeror anxitudo: error. dolor. Idem in armoꝝ iudicio: ubi cura est ibi anxitudo acerba cibi cūcta consiliorum ratio & fortunæ. Sic. M. T. de rep. li. ii. Quantaq; anxitudo prona ad luctum & moerens semper ipsa solicitās Pacuuius in hermonia. Tristicia atq; animi intolerāda anxitudine. No.

Aonia pars mōtana Boetiæ ab Aone rege alter phocis ubi parnasus & sub eo delphos ciuitas Apollinis oraculo clara.

Aonides musæ ab aone fonte in aonia.

Apamia urbs mioris asiæ prius celene a seleuco nicanore facta quā marsias circūfluit. T.

Apamea insula in tigride: ab antiochi matre dicta secūdum Plinium. Tor.

Aparytæ populi asiæ scythicæ scdm Herodo.

Ape dicebatur apud antiquos prohibe compesce. Festus.

Apelles pictor eximius pixit uenerē quæ anadiomene uocatur. quā Cæsar sacrauit. Tor.

Apelles centesima & duodecima olympiade pictura adeo profectus est: ut plura solus pꝑpe q̄ cæteri omnes contulerit uoluminibus æditis quæ doctrinam eam continent simplicitatis formæ exprimēda imprimis clarus it: de quo Propertius qualis apelleis est color in tabulis.

Apellinem pro Apollinem. Fe.

Aperca idem Apollo dicebatur: quia patente cortina responsa ab ipso dentur. Fe.

Apertū dicitur patefactum. Vir. xi. Iamq; adeo exierant portis equitatus aptis. Ter. in adelphis. Abi præstrēnue ac fores aperi. No.

Apertum nudatum. Turpillius in demurgo: apertæ suræ: brachia enim procera horrorē mihi ex corde exuscitabant. Salu. histo. libro quinto. Quibus de causis Syllam in uictoria dictatorem uum sibi equo descendere: surgere de sella caput aperire solitum. M. Tul. de officiis libro primo. Verentur enim ne quo casu euenerit ut corporis partes quædā aperiantur nō decore. Vir. li. sexto: aperit ramū qui ueste latebat. Varro in eumenidibus Capite aperto esse iubet ante lucem suscitat. Sisenna historia libro quarto adoriuntur aduersos ut apertis lateribus. Varro de uita patrum libro primo. Minoris natu capite aperto erat capillo pexo: utiq; innexis crinibus. No. Marcellus.

Apertum purum serenum. Virgilius æneidos lib. primo. Scindit se nubes & in æthera purgat apertum. No.

Aperit: mitigat: placat. Virgi. æne. lib. prīo. Et uastas apit syrtes: & tēpat æquor. No. mar.

Aperire. erigere: ostendere. Vir. æne. li. quarto. Quarto terra die primum se attollere tandem Visa aperire procul. Idem lib. octauo. patriumq; aperitur uertice sydus. Varro in meleagro. Non modo suris apertis: sed penenatibus apertis ambulas. No.

Aperibo peo aperiam. Pompo. in eminoribus. Aperibo nō possum pati ortus ē quā amare cœpi pīguis nō pulchre puer. No. mar.

Apenninus mons a genua sumit initium & supra carnos incumbit, lacum habens in amnem saram effluentem: qui rapto secum atace fluuio in adriaticum sinum effertur.

Appellatio a uocabulo plurimū differt, teste Quin. libro primo. nihilominus fuerūt qui adhuc ipsum uocabulū ab appellatiōe deducerēt: ut esset uocabulū corpus uisa tactuq; manifestum domus lectus; appellatio quæ uel alterum dixisset uel utrūq;: euentus: cœlum: deus: uirtus: fœlicitas.

Appellatio ut propria nominat: ut hic Cato ille Brutus: uocabulum est quo res inanimales enunciantur. nomē est quod deus uel homo: propria duntaxat discrimīe enūciat. S.

Aper fluuius est inter Apolloniam & Russiā.

Apertile latus quod apertum est: ut Ouidius de tristibus. Aspicis a dextra latus: hoc ad aptile taurı.

Apes dictæ q̄ se inuicem tenentes pendere soleant: quo circa. Vir. geor. li. quarto. Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent. Licet crebrior sit illa opinio: q̄ sine pedibus esse dicūt: unde & Virgi. Trunca pedum pⁱio. S.

Apicius solus inde recognoscitur hic multa milia nummum gula consumpsit tam delicati appetitus ut cum audisset in libya maiores locustas nasci pro quibus multa in gallia inpenderat illuc nauigauerit & cum falsum quod audierat deprehēdisset iussit nauis gubernatorem ita uertere cursum, ut libya amplius inspici nō posset prouinciā detestatus.

Aphros spuma: inde aphrodite uenus & aphronitrum.

Aponum locus iuxta patauiũ ubi nũc balnea.

Aphe græce latine significat tactum. aphe igitur idest tactus harenæ.

Apin alterum taurorum appellabant: alterum uero memphim, ambo erant culti ut dii osiridi sacrificabantur. Diodorus.

Apis ægyptiorum omnium numen est bos niger certis maculis insignis & cauda linguaq; dissimilis aliorum: raro nascitur nec coitu pecoris (ut aiũt) sed diuinitus & cælesti igne cõceptus: dieq; quo gignitur gẽti maxĩe festus ẽ ipsi uetustissimi: ut ꝑdicant hoium tercẽtos & trigĩta reges ante amasim: ut supra tredecim miliũ annoꝝ ætates cæteris aĩalibus referunt mandatumq; litteris seruant dum ægyptii sunt quater cursus suos uertisse sydera: at solem iam bis occidisse: unde nunc oritur uiginti milia urbium antiqui habitarunt: & nunc multas habitant.

Apes quia sine pedibus nascuntur: dicitur & apis sed raro: & apium: & apum in plurali diminutiuum apicula: uel ab apis uel apes: ut a sedes sedicula: & fides fidicula parua chorda in plurali tormentum quoddam ab extorquenda fide uel nerueis funibus. Tor.

Apex proprie dicitur in summo flaminis pileo uirga: in cuius extremo modica lana est quod primum constat albæ Ascanium statuisse. Interdum autem summitas pilei intelligitur. Virg. æne. li. secundo. Ecce leuis summo de uertice uisus Iuli fũdere lumẽ apex. S.

Apex sacerdotum insigne: quod comprehendere: antiqui uinculo apere dicebant: unde aptus qui cõuenienter alicui iũctus est. Fe.

Apes musarum dicuntur esse uolucres. Var.

Apes a pede compositum solum e longam habet: apis etiam dicitur. Inde apicula sicut fidis fidicula. Prisci.

Aphæresis abscissio figura ut pone metum: ꝓ depone & capere pro decipere.

Aphrodisium idest ueneris promontorium. Est in minoris sinus gallici confinibus.

Apia a scythis terra secundum. He.

Apiaria quoq; uulgus dicit loca: in quibus fiunt aluei apum. Sed neminem eorum ferme qui incoruptæ sunt locuti aut scripsisse memini aut dixisse. M. autem Varro de re rustica li. tertio inquit: ita facere oportet: quæ quidam mellaria appellant: sed hoc uerbum quo. V. usus est. græcum est: nam mellisones ita dicuntur. Au. gel.

Apiaria quoq; uulgus: Agellium quære.

Apica dicitur ouis: quæ uẽtrem glabrum habet. Festus.

Apicas require in ouem. Var.

Apicula ab apis non apecula quãuis apis ĩ nominatiuo reperiatur. Lau.

Apiculum filum quo flammes uelatum apicem gerũt. Festus.

Apiastrum nõ diminutionem significat: sed apium siluestre. Lau.

Apisci inuenire. Sisen. histo. li. iiii. Itaq; postero die deligato signum redeũtis apiscitur. No.

Apisci adipisci. Lucil. li. xxvi. Vt ego effugiam qđ te ĩ primis cupere apisci ĩtelligo. No.

Apidãus fluuius thessaliæ ex quiq; qui tarde fluit quoad commiscetur. Enipheo. Tor.

Apion historicus græcus: qui Alexãdri gesta scripsit: alter grammaticus: quem Tyberius cymbalum mũdi uocabat: quoniam publicæ famæ tympanum potius uocari posset: q̃ immortalitate donari. Hic umbras euocauitiq; ut dicerent qua patria esset Homerus & quibus parentibus. Non tamen ausus est profiteri respõsum. Tor.

Apisaon proprium uiri troiani. Tor.

Apicem summitatem potestatis. Horati. libro car. Hinc apicem capax fortuna cum stridore acuto sustulit. Acron.

Apius flu. galliæ cisalpinæ in padum mergitur.

Apluda est genus minutissimæ paleæ frumenti siue panici: de qua Neui. Non hercle est apluda hodie q̃ tu nequior. Sunt qui apludã sorbitionis liquidissimum putant genus qđ flatu deiciatur: & quasi applodatur. Laridũ proprie est quod naturalem humorem amisit: dicitur autem per contrariam significationem quod irrigari desierit: nam ἀρδεύειν græ. irrigare est. Fe. Pompeius.

Apludam ueteres rusticos frumenti furfurem dixisse. id a Plau. in comœdia. si ea Plauti in quæ astraba inscribitur positum esse. A. gel.

Apludas frumenti furfures dicunt rustici ueteres hoc in antiquis inuenitur quorum est ĩ dubio auctoritas: q̃q; & Plau. ĩ astraba fabula ita dixit cuius incertum est an sit eius comœdia atq; ita uersus eosdem ponere super sedimus. Nonius.

Aplustre ab a & πλέω nauigo: ornamenta nauis ad nauigãdum nõ necessaria: prima bre. Ci. & germanicus ĩ arato lõga. Iuue. Aplustre quasi amplius necessario. Tor.

Apophoreta uascula a ferendo dicta. Sue. lib. xii. Dabat sicut saturnalibus uiris apophoreta per kalendas martias fœminis. Ser.

Apollo libystinus apud pachynum siciliæ promõtorium. Apollo libystinus eximia religione celebratur. nã cũ libyci inuasuri siciliam classem applicuissent ad id ꝓmõtoriũ Apollo qui ibi colitur inuocatus ab ĩcolis immissa hostibus peste & pene cũcti subita morte ĩterempti: Libystinus cognominatus est. M.

Apophoreta sunt pensiones tributa census in dumentum quæ dono dabátur:& sunt quæ remittebátur:nam apophorinæ est referre. erat enim usus impetatorum in xenus ita donarent ut apophoreta traderentur.

Aphauroma dicitur nisus a quo nisea appellata est cum regnum obtineret abronem onchestri filiam ex boetia uxorem duxit: quæ cum megarei soror esset singulari prudentia ac modestia prædita erat: Morniam deinde megarenses sponte luxerút:& nisus inmiortalem uxoris memoriam efficere uolens iussit offam ferre quam illa uestem ferre cósueuetat:& uestem aphauroma propter illá appellauit.uidetur auté mulieris gloriæ & deus fauissemam cum megaréses mulieres uestem mutare instituerent oraculo sæpe prohibuit.

Apinæ dicuntur res tenues & uilissimæ alibi martialis sunt apinæ irrisæq; meæ & si quid uilius estis alii apinas dictas putant a lapino fructu qui cortice fragili est:ut scribit Plinius:alii ex propriis nominibus quod erat apud antiquos apina & metaica urbibus deletis; cum enim rem uilissimam & nullius momenti uolebant significare apinam dixerunt; propterea ait Plinius apina euersa in ludicrum uertere placet per sententiam illud sane constat rem exilem uilissimam esse.

Apollo patré Ianum uocamus:solem sub hac appellatione uenerantes.

qui cognominauerunt non ex officio & fabula quod persingitur Admeti regis pecora pauisse:sed quia sol pascit quæ terra progenerat.unde non unius generis: sed omnium pecorum pastor creditur; ut apud Homerú Neptuno dicente atq; idem apud eundem poetá equarum pastor significatur:sed malta sunt cognomina per diuersas ciuitates ad dei pastoris officium tédentia, Quapropter uniuersi pecoris Antistes & uere pastor cognoscitur Apollo.Iré Siriosconius cognominatur a fulgore radiorum:quos uocant comas aureas solis quia nunquam radii possúte a fronte lucis auelli.Macro.

Apollo phitius hoc nomen ex nece draconis iditum deo græci fabulantur:& fabulæ:quæ nó abhorret ab intellectu naturalis arcani: quære in Macro.diffusius.

Apollo antiquissimus.Ci.de natura deorum.

Apollo græcum est quem solem esse uolunt.

Apollo disco hiacynthum puerum amatum a borea inuidia agente cum interemit: ex Cyrene Aristæum filium suscæpit secundum Platonem ηπλλειν τωσ ακτινωσ: idest a iactu radiorum secúdum Chrysippum ωτι μονοσ εςι.Tor.

Apollinares ludos:hoc est í laude Apollis populus laureatus spectabat stipe data pro cuiusq; copia.Fe.

Apor pro apud.Fe.

Apodixis est euidens probatio.Quin.

Apodixis apodixim quidem utriusq; linguæ calés uocari dicebat.cum ea quæ dubia aut obscura sút:p ea quæ ábigua nó sút:illustrá tur.Inde apodicus & apodice.Au.gel.

Apollinis delphici templum est in arce massiliæ.Seruius.

Apocalipsis reuelatio.Tor.

Apocope abscissio a copto: ut die pro diei: & peculi pro peculii:sat pro satis.Tor.

Apophasis abnuentia ab άπο & φασισ græce responsio.Tor.

Apocryphus absconsus.Tor.

Apœninus mós italiá diuidés: quasi alpes poeni.Hannibalis quem superauit.Tor.

Apocrisarius responsalis a respódeo.Tor.

Apodixis probatio euidens.Quíti. alii demóstrationem dicút:a dico græce.

Apodixis est ratio quæ ex rebus perceptis ad id addit quod non percipiebatur.Cicero in hortensio.

Apodiatorium uel spoliatorium id erat locus in balneis ubi uestes reponebantur.

Apologi sunt ex rebus humilibus compositæ quædam formæ ac species ad uidendum ut existit illa de mure & leone ut íquit Victorinus & Plautus in sticho an priusq́ ab his p̃senti huic apologum agere unum uolo.

Apologia:idest excusatio.

Apologia respósio uel excusatio.Inde apologeticon. Tor.

Apollonia in ponto ciuitas prius uocabatur Anteon.

Apollonia urbs epirialia in creta alia in syria de quibus Plinius.alia in thracia:ut Herodotus.Tortelius.

Apollodorus pictor egregius.

Apoplexia est subita cógelatio & effusio sanguinis quæ similis paralysi.& suffocati intereuntdicta autem apoplexia est eo q̃ lætali percussiu repétinus casus fiat græci percussionem apoplexim uocát.

Apoplexia subita percussio quá sequit̃ mors aplitto percutio.Tor.

Aporia:iopia penuria.Tor.

Apostasia rebellio.Inde apostata apopletticus Tortelius.

Apostema uomica siue pánicula.Tor.

Apostolus missus.Tor.

Aposphedonti qui sunt corcyram ísulam eretrienses tenebant: quo cherecrates cum classe corintho profectus prælio conmisso eretriénses superauit. Illi statim naues conscen

dentes domum enauigauerunt q; cum ciues præsensissent descendere conantes fundis p pulsauerút: deniq; cú hæc uerbis persuadere nec multos & iexorabilis cogere potuissent thraciam tenuerant agro ibi occupato: qué methonem Orpheo progenitum quondam habitasse memoriæ proditum est. Vrbé qui dem methonam nominauerút. ipsi uero ab accolis aposphendonetæ uocitati sunt.

Apotheosis consecratio: a theosis diuinitas: un de Seruius in daphin apotheosim dixit: idest relationem in deos. Tor.

Apostrophe conuersio: figura: ut te alloquor aphricane. Tortelius.

Aposiopesis quasi itercæptum silétium: quos ego. Te, quem ego si sensero Tor.

Apotheca repositorium apud iurisconsultos obligatiōis quoddam genus exprimit. Tor.

Apolides deperditis ab Apolio quo Vlpianus utitur de legatis tertio.

Aponus uenetorum fluuius, haud longe a pa tauio.

Apparare ad quádam dignitatem: ac uerius pō pam. Præparare est ante parare: quæ sibi uti lia sunt. Ideo oratores præparant: quibus ob tinere causam possunt: ac præmium appara tum reprehenditur: quod plus pompæ atq; ostentationis q̃ utilitatis habere uideatur. Quanq̃ apparatus uideatur interdum signi ficare utrunq; ut apparatus belli: quasi præ paratio: sed ut dicimus naues non modo in structas: sed etiam ornatas: quod quo res in structiores ad bellum & pulchriores sút. Ita apparatum belli uocamus: ubi instrumenta bellica etiam adornata sunt. Lau.

Apparari cum datiuo casu: unam semper cla dem & perniciem significat. Virg. mihi sacra parari: Te. in andria, hæ nuptiæ non appara bantur mihi. Do.

Apparare præsto esse. Virgili. lib. xii. Hæ Iouis ad solium solisq; ad limina regis apparent: unde & apparitores constat esse nominatos. Seruius.

Apparitore. Cú hoc apparitore. P. Clodio uul neratus sum & hominibus armatis prælidi is dispositis a república remotus sum. Alco nius pedi.

Appeto cum effectu & qualicunq;. Expeto ta men ratione & honesta planeq; bona: unde de rebus expetendis scripsere philosophi. In de appetitus: qui imensa & immoderata cu piditas dicitur. Lau.

Appellatio: idest nomen. Aures meas ista uer borum nouitas perculit: cum noctu futu ra & die crastini magis q̃ nocte futura & die crastino dicere. ut regulis placet. malunt qui dam: nam noctu non appellatio; sed aduer bium est. Macro.

Appellare est familiariter respondere. Luc. li. decimooctauo. Cum mei me adeunt seruu li non dominam ego appellem meam. No.

Appellare est nominare. M. Tul. de officiis. lib. tertio. P. Scipionem Marce fili eum qui pri mus aphricanus appellatus sit No.

Appellere est applicare. Affranius in excæpto habitum appellát hunc ad molem nostram nauiculam. Lucil. li. xxvi. Agere in iaciendo si quid est in uiteris actis: opus primum id dant operam: ut quamprimum appellent. Nonius.

Appellere proprie dicitur cum ex pelago aut freto quis ad littus accesserit. Virg. in tertio. æne. Hinc me digressum uestris deus appu lit oris. Teren. in an. Poeta cum primum ani mum ad scribendum appulit: & appellere ꝓ prie de naufragio dicitur. Idem in eadé. Tú ille egés forte applicat ad Chrysidis patrem se. Donatus.

Apellinem antiqui dicebant pro apolliné. Fe.

Appellicauisse appellasse. Fe.

Appendix dicitur quod alii est adiutuentum quasi ex alio pendeat. M. Tul. in horten. Vi dit enim quod uidendum fuit appendicem animi esse corpus. nihilq; esse in eo magnū. Nonius.

Appendix ab appendo: idest appendix adici tur pars quinta: qualiter saginentur gallinæ. Varro.

Appia uia strata e Roma usq; brúdusium plu rimum peragrata iuxta terracinam mari ad iungitur. Appia enim uia ad mare: latine par tes separans. usq; ad sinuessam procenditur ipsius principium: & ipsa sinistrorsum est ꝓ pe Romam deflectens: dehinc per tuscula nos transiens montes ad oppidum descen dens algidum & pictas per páthochiam por ro in unum cadit labycana: a porta exquili na incipiens aqua & prænestina: a sinistra ue ro & hinc exquisinium omittens campum ultra. c. & . xx. stadia pergit cum autem a laby cano petusto sane oppido cæterum disiecto & in sublimi situ propinquat. & hoc tuscula num reliquit a dextra: ad pictas uero & la tinam finem accipit. Stra.

Appetitus quære i libidine. No.

Appetones ab appetédo dicti. Liberius in uir gine: alienum appetonibus uiæ perditæ di nerniculæ. No.

Apprime adiectio est confirmantis: ut admira biliter dicimus. Ter. in an. Id arbitror in ui ta apprime utile esse ut nequid nimis: appri me uæhementissime. Do.

Apportare ignotis est. Teren. an. ne quid ad dita apporter mali. Do.

Apri ab eo q in locis asperis nisi quod a græcis κάπρο dicti. Var.
Apricari in aprico esse. Varro in mysteriis. Licet uidere multos quottidie hyeme in sole apricari. Nonius marcellus.
Apricus sole gaudens quasi sine frigore. Virg. li.v. & apricis statio gratissima mergis.
Apricum locum a sole apertum a græco uocabulo φρικὴ appellatur quasi ἀφρικη: idest sine horrore uidelicet frigore. unde etiã putatur africa appellari. Fe.
Aprilis q uer omnia aperit.
Aprilis quasi terræ tempore aperiens.
Aprilem mensem ideo maiores nostri Veneri dicauere: quia cum sol emergit ab inferioribus partibus terræ uernalis: quæ equinoctiũ transgreditur fines augendo diem tunc est uenus læta: & pulchra uirent arua segetibus: prata herbis: arbores floribus. Macro.
Aptus cum propria significatione positum intelligatur solet pro adepto: sicut apisci pro adipisci. Fe.
Aptus significat adeptus. Acti. in menalip. Ob uia mens id quod aduorsum aptus alter in promptu occupat. Pacu. ĩ hermonia. Quod ego in acie crebro obiectans uitam belládo aptus sum. Lu. li. xxx. ut si quod concupiscet non aptus. Nonius.
Apta necessariã. M. T. de rep. lib. iiii. Ea denique obiectum uno atque umbram noctemque effi ciat eum ad numerum dierum aptum ad laborem quietem Nonius.
Aptum eleganter atque necessario positum. M. T. de of. li. i. Vt enim pulchritudo corporis apta compositiõe membrorum mouet oculos & delectat id facile iudicabimus qd eorum apte fiet: quidque ab officio naturaque discrepet. M. T. de finibus bonorum & malorum lib. iii Itaque natura sumus apti ad coetus concilia ciuitates. No.
Aptã compositum. paratũ. Vir. æn. li. iii. Interea classem uelis aptare iubebat Anchises. Idẽ li. x. protecto dum pede leuo aptat se pugnæ. Pompon. Eius aptare puer munde atque amplicet conuiuia. No.
Aptum rursum connexum & colligatũ significat. Vir. geor. li. tertio. Ipsos e torquibus aptos iũgere pares. Actius in demetrio. Hic colemena lege minus aptum cornibus. Lucil. saty. li. decimo. Consellas quaque ualidis in finibus aptas. Idem li. xvi. Ibat forte aries inque lanque genus quantis testibus uis uno filio hoc se. Hærere putares pellicula extrema ex aptum pendere ingens onus. Var. multum uillicabant ubi lucus opacus teneris fructibus aptus. M. T. de natu. deorũ lib. ii. Quis enim hominem hunc dixerit: qui tam certos coeli motus tam status astrorum ordines tanque inter se omnia connexa & apta uiderit neget is ullam inesse rationem. Salu. histo. li. iii. quod ubi frustra tentatum est socer dicit siue miles obrepe non aptis armis: ut in principio prolyxiore agmine Lucil. li. xxx. unus cõsternit nouis uetus testibus aptus. M. T. in horten altera est nexa cum superiore: ut inde apteque prudens. Idẽ tusculã. li. quinto. Fulgẽtem gladium e lacunari seta equi apti dimitti iussit. Nonius marcellus.
Apuani ligustinorum olim deinde lunensium populi in hetruria carrariæ montana dicuntur: de quibus Liuius Sempronius a pisis in apuanos ligures uastando uicos & castella eorum aperuit saltum: unde fodinæ marmorum in urbem.
Apua genus minimi pisciculi. Fe.
Apium tria genera ducum. niger. ruber. & uarius. Var.
Apud mutuã loci & personæ coniunctionem cum dicimus apud amicum. Fe.
Apud & penes in hoc differunt: q alterum p personam cum loco significat: alterum personã & dominium ac potestatem: quod trahitur a penitus. Festus Põ[illegible]
Apud iuxta Sisen. histo. li. quarto. dum pristinum uinum apud ignem per sudorem corpore exhauserunt. Mar. Tul. de officiis. Cum locum mirari solitus capito. apud quem ille sedens samnitum quendam hostium iam dicẽtum suorum munera repudiauerat: & de oratore libro secundo. Cum etiã tum ĩ lecto Crassius eẽt: & apd eũ Sulpitius sederet. No.
Apud etiã pro in dictũ inuenimus. Ter. in an: apud forum modo ibo. Tul. de signis. Cœnã ista dabat apud uillã in tindaritano. No.
Apud te ẽ qđ qualitercunque a te tenetur. Ser.
Apud accusatiua est præpositio: & semper in loco significat. Ser.
Apud uitiose dicimus cum nos in foro fuisse dicamus apud forum fuisse cum apud iuxta significet. Actius in eurysace: apud ipsum: apud istas. Turpi. in leucã. Vtinam nunc apd aliquem magnum ignem assideam. Tul. de rep. li. tertio. Cuius etiã focum. Caro ille noster cum uenerat ad se in sabinos ut ex ipso audiebamus: uisere solebat: apud quem sedens ille samnitum quõdam hostium: cum iam dicentium seruorum dona redarguerat Actius in diomede. Adsum apud te genitor Salu in iugur. Certum apud aquam Syllã cũ equitibus agitare iubet. No.
Apies psamis regis ægypti filius & successor: quem amasis per conspirationem interemit post quem Cambyses Cyri filius. Tor.
Aptotus sine casu. Tor.

Apluda romæ. Au gel. quære.

Aprica amœna temperata: ut ducet & apricis collibus uua colorem Ho. li. car.

Apricatio pro apricitas Ci. de senec. ubi enim potest ulla ætas aut calefacere apricatione melius uel igni.

Apage græcum est: significat recede uel abi ad uerbia interiectio licet.

Aqua dicitur a qua uiuimus. Aqua & ignis tā tum interdici solet damnatus. Fe.

Aquaitercus hydropicus morbus quasi aqua inter cutem. M. T. de offi. li. tertio siquis me dicamentum cuspiam dederit ad aquam inter cutem Nonius.

Aqua dicitur æqua summa. Varro.

Aqua aquula. Plautus in curculione. mane suf fundam aquulam. Priscianus.

Aqua quottidiana non est illa quæ quottidie ducitur: sed ea qua quis quottidie possit uti si uellet: q̄q̄ quottidianum interdum hyeme ducere non expediat: & si posset duci. Vlpia. de aqua quottidiana.

Aqua & igni cur in nuptiis quære in dictione nupta.

Aquā accipiūt nuptæ uidelicet quia hæ duæ res uitam maxime continent. Itaq; funus prosecuti redeuntes ignem supergrediebantur aqua sparsi. quod purgationis genus uocabant suffusionem. Fe.

Aquaginum quasi aquæ aginæ: idest aquæ du ctus appellatur. Fe.

Aquarioli dicebantur mulierum ipudicarum sordidi adseclæ. Fe.

Aquari est aquam haurire. Virgi. geor. li. iiii. Sed circum uites sub mœnibus urbis aquātur. Ser.

Aqualiculus propriæ porci est.

Aquatilis a nomine uel a uerbo: est animal in aqua degens. Lau.

Aquarius undecimum signū zodiaci post capricornum: unde ipsam uim solis ostendit. unde enim imber caderet in terris nisi solis calor ad supera traheret humorem: cuius re flexio pluuialis est copia nam post capricornum est qui ab inferis partibus ad supera solem reducit. Macro.

Aquatum ibant & aquatu ueniebant inqt. L. j.

Aquæ mons. Vir. hoc pulchrum est. Ma.

Aqualicium dicitur cū aqua pluuialis remediis quibusdam elicitur: ut quondam si creditur nauali lapide in urbem ducto. Fe.

Aquipenser genus piscis. Fe.

Aquilex aquam colligens. Var. in quinquatribus. An hoc præstat Hero. Silus diogenes. quam ille e uentre aquam mittit: ad hoc re iactas: ad hoc pacto utilior te thuscus aquilex. Nonius.

Aquimentum positum est non æquamentū quasi parem uicem: sed mercem pro eo qđ dicitur amissum. Var. sexage. an si equā emisses quadrupedem ut asino meo reatino admitteres quātum poposcisses dedissem aquimenti. Nonius.

Aquilius prænomen ab aquilo colore: idest nigro colore est dictum. Fe.

Aquilo uentus a uæhementissimo uolatu ad instar aquilæ appellatus est. Fe.

Aquilus color est fuscus subniger a quo aquila dicta est: quāuis eam ab acute uidendo dictam uelint. Fe. Pom.

Aquiminarium Cassius ait consultum se respondisse quum alteri argentum potorium alteri escariū legatio esse escario cedere. Pōponi. de au. & ar. le.

Aquitanos nuncupabant qui ad septentrionalem pyrenes partem & cemmenam habitāt usq; ad oceanum & intra garumnā flu. secūdum Cæsaris diuisionem. at Augustus aquitanos extollens insuper decem adiecit gentes ex his quæ inter garumnam & ligiri flu. colunt. Sūt autem numero quattuordecim Exiles uero ignobiles dicimus hodie equitanos a pyreneis ad germaniam. Aquitania est ubi uasconia ubi bordeus ubi aquæ calidæ sunt quas sechas nominant: iuxta massiliā. Strabo.

Aquileiam nonnulli norici carniq; tenent. St.

Aquileia sinui adriatico proxima a Romanis condita est & extra Venetiæ fines: flumine enim ex alpibus descendente disterminatᷣ: p quod sursum nauigatur stadiis mille ac ducentis urbem usq; norciam ubi Cneus carbo collatis aduersus Cimbros signis re infecta discessit. Fontes septem fluuialis aquæ i luco sunt in sinu aquileiæ: qui mox mare ac rumpit lato profūdoq; sane fluuio reliquos uno dumtaxat excepto habere salsas aquas Polybius refert: locumq; ipsum maris fontis & matrem ab indigenis uocari.

Aquilus autem color ab aqua est noīatus: nā cū ātiqui duos omnino naturales noscerēt idest album & nigrum: interuenerunt duo quoq; qui neutri similes essent ut tamen ab utroq; proprietatem trahit: potissimum ab aqua eum nominauerunt. cuius incertus est color. Fe.

Aquitania regionum latitudine & multitudine hominum ex tertia parte galliæ existimāda est; hanc garumnam flumen a celtis diuidit: quæ & oceanum mare accipit. In hac sūt Mettopoles burdegalēsis auxiana: earumq; suffraganeæ: pars item aliarum metropolū extra terminos eosdem Scytharum: quæ tamen Aquitaniæ attribuuntur: de quarum nu-

meto est pars bituricensis prouincia ducatus quoq; Aquitaniæ ĩ quo fere uigiti duæ ciuitates numerantur: inter quas baiona in super Vasconia & patria ligua auxitanæ comitatus arminiaci ac pictauiensis deffusso ac debegora principatusq; & dominia multa alia in ea consistunt in francorum regno ex maxima parte sita.

Aras littus quod est in thracia andrii & chalcidenses habitandi causa in thraciam profecti sane urbem pro optione habitandi occuparunt: Sed cum barbaros acanthum reliqsse accepissent duos speculatores ad urbẽ miserunt: qui cum eo uenissent: & acãthios relicta urbe fugam animaduertissent arripuisse chalcidensis quidem speculator præcurrit quasi urbem chalcidensibus præoccupaturus: Andrius uero relictus hastam coniecit: quæ cum portæ inhæsisset. Andriorum prius urbem se hasta percepisse exclamauit. Inde orta dissensione sine bello inter se conuenerunt: ut erythræis samiis cypariis omnibus: omnibus de rebus arbitris uterentur cumq; erythræi & samii suffragiis suis rem andriis adiudicassent: parii contra pro chalcidensibus sententiam dedissent quibusdã se circa angliam imprecationibus deuouerũt. Si aut ipsi pariis uxorẽ dedissent: aut ab illis accepissent: & ob eam rẽ aras littus appelauerunt cum dracentes Antea dicerenẽ.

Aras Varro est autor ansas dictas quod esset necessarium a sacrificãtibus teneri. ansis aũt solere teneri uasa quis dubitat: cõmutatiõe igitur litterarum aras dici cæptas: ut ualesios & fusios & plusima ꝑ qbus dicimus ualerios furiosos plurima: ut festus etiam refert: pro laribus feris maioribus melioribus ueteres dixerunt lasibus fesis: maiosibus meliosibus & arboses ꝑ quo nos arbores Virgilius quoq; hoc idem significare uidetur cum ait talibus orantem dictis arasq; tenentem: ergo ut ex ãsa remota littera n asa prio post uero cõuersione s in r ara dicta est sic ab esu primũ esuta postea eruca uiden põt dicta.

Arachnen græci dicunt: nos dempto c & aspiratione dicimus aranea in nomine proprio arachne uertunt multi c aspiratum & non arachnen sed aragnem dicunt.

Ara obsecratio uel secũdum Seruium preces unde imprecatio.

Ara inquit Var. in libris diuinage rerum.

Arius deus appellatus: araq; ei statura ẽ quæ est infima noua uia: q' in eo loco diuinitus uox edita erat Au. gel.

Ara Var. diuinarũ rerũ libro quinto. aras primum ansas dictas ꝙ esset necessarium a sacrificantibus eam teneri: ansis autem teneri solere uasa quis dubitat: cõmutatiõe igit lrage aras dici cæptas ut ualesios & fusios dictos prius. nunc ualerios & furios dici. hæc omnia illo uersu poeta executus ẽ. Talibus orantem dictis ansasq; tenenrem. Macro.

Arabis Apollinis ex Babylone filius qui secũdum quosdam medicinam inenit. Tor.

Arabia inter Iudæam & Aegyptum secũdum quosdam ab arabo supradicto. Solius sacrã interpretantur. Et est triplex fœlix secundũ Plinium: plana inter tigrim & euphratẽ. alia petrosa: alia deserta. Inde arabs & arabus. T.

Arabia a nilo ad rubrũ maie ptinet: sed illic magis læta & ditior: thure atq; odoribus abundat. hic nisi qua iam tasio monte attollitur plana: & sterilis portum admittit: Azotum suage mercium emporium. Qua in altum abit. adeo edita ut ex summo uertice a quarta uigilia ortum solis ostendat. Pom.

Arausis iuxta acatam ex gebennis demissus secundum bliteras obris fluit. Pom.

Arãdicus mioris asiæ flu. noĩabaẽ oli littus.

Arabarches princeps arabum. Tor.

Arabia panthia sabæi gens eadẽ ubi thus nascitur. ut solis thurea uirga sabæis. Item. Totaq; thuriferi panchaia pinguis arenis. Ser.

Arabiæ tres sunt: petrodes: eudemõ & sabæi. Seruius.

Arabice olet: idest ex odoribus arabicis. Fe.

Arabis fluuius garmaniæ: apud celonophagos labens qui quidem sunt homines testudinum conchis casas tegentes: hirti coriisq; piscium uestiti incedentes.

Araris fluuius galliæ narbonensis a mõte uosego per eduorum & sequanorum fines ante lugdunum burgundiæ commiscetur rhodano: cuius impetu segnis cursus incitatur. Tortellius.

Aræchieræ urbs in pelopõneso amœna secũdum Homerum. Tor.

Atarus scytharum fluuius. Herodo. Tor.

Aratrum. græ. ἄροτρον Tor.

Aratrum ꝙ eruat terram. Var.

Aratus cilicus zenõis auditor poeta post Alexandrum apud antigonum fuit qui ignarus astrologiæ uersibus de ea scripsit: secũdum Ciceronem qui eum traduxit. Tor.

Araxes hunc fluuium ita appellauit armenus Iasonis socius ex penei thessali similitudĩe q araxes quoq; dicitur: quoniam ille abrũpit ossam olympo & tempe e montibus in planitiem lapsus olim non habuit exitum. Sed Iason imitatus tempe thessaliæ uiam muniuit ꝑ quã ĩ mare caspiũ deferẽ. Herodotus ex martiana cum profluere putauit & scindi in quadragĩta amnes diuidereq; Scythas & bactrianos.

Araxes multi i eo sinu magni paruiq; ānes flu
unt sed qui famam habent ex ceraunus mō
tibus uno alueo ascendit duobus exit in ca
spium:araxes tauri latere demissus quoad
campos armeniæ secat:labit placidus & si
lés neq; i utrāq; partē eat:q̄q̄ intuearis ma
nifestus.cum in asperiora deuenit hinc atq;
illinc rupibus pressus: & quanto angustior
tanto magis pnix frangit se subinde ad op
positam cautium atq; ob id ingenti cū mur
mure sonāsq; deuoluitur adeo citus ut qua
ex præcipiti casu us est.in subiectā non de
clinet stati undam.sed ultra q̄ canalem hēt
euehat plus iugeris spatio sublimis & aquis
pendentibus semet ipsum sine alueo ferens
deinde ubi incuruus arcuatoq; amne descē
dit:fit tranquillus iterumq; per campos ta
citus & uix fluens.Pom.

Arachne:ut fabulæ ferunt:in lanificio certa
uit cum pallade ut ex historia scribit Plini
us:prima repperit linum & retia & eius fili
us dester fusos in lanificio.

Arabia diuidit iudæā ab ægypto quæ triplex
est autore Ptolemæo fœlix petrosa & deser
ta.arabs & arabus dicitur.

Aarabici sinus cuius & os artius & latitudo
mior est maior aliquāto recessus & multo
magis longa latera init penitus. inti orsusq;
dum ægyptum pene & montem arabiæ ca
siū attigit:quodam fastigio. minus latus: &
quo magis penetrat angustior.Pom.

Arabia excurrit inter sinum persicum & ara
bicum cognomen eudæmon angusta uerū
cinnami & thuris aliorumq; odorum maxi
me ferax maiorem sabæi tenent partem ho
stio proximam & carmeni contrariā ma
gnæ frontem quæ inter ostia ostenditur sil
uæ cautesq; exasperant aliquot sunt in me
dio insulæ lytæ ogyrisq; in ea erythræ regis
monumentum est magis clara q̄ ceteræ alte
rum sinum undiq; arabes incingunt ab ea
parte quæ introeuntibus dextra est.Pom.

Araxes armeniæ fluuius.super quo Alexāder
pontem fecit.deinde Augustus & Germani
cus & T.claudius Cæsar ex monte periacles
armeniæ mare caspium influit.

Aracyntus mons Mineruæ facer:quem alii i
actica:alii in boetia:alii in arcadia: Solinus
& Plinius in acarnania.To.

Arabs & arabus dicimus:sicut hiberus.ut in
Luca. occurrit hiberis.similiter æthiopus
æthiops.Seruius.

Arar prorsus celtarū fluuius est nunc sagona
dictus oritur in diocesi tulési finibusq; bur
gundiæ.&l otorigiæ:non lōge a monte uo
sego quo mosa flumen profluit intersecat
burgūdiam impialem quem comitatum ap
pellāt:& regalem qui ducatus dicitur & gra
iacū:Assonāq; burgundiæ oppida cabillo
nem ac mantisconem ciuitates tūc heduo
rū oppida ,plaspus lugdunū urbem rhoda
num influit quem fluuiū Vir.in bucolicis:
Luca.in primo & Tibullus in elegia sep
tima memorant.

Araris facit ararim: non autem arar. Prisci
nus.

Araneus masculini generis apud maiores ani
mal ipsum significat.fœminino autem ge
nere rætia quæ faciunt. Virgilius tamen cō
fundit.

Arat rugis. Virgilius & frōtem obscœnam ru
gis arat nō nimie.sed pulchre dictum,
Macrobius.

Aranta fluuius est:lacedæmoniæ ciuitati ui
cinus.

Arar germaniæ fluuius est e uosego effluens
mōte & per fines heduorum atque sequano
rum adeo leuiter currit ut uix intelligi pos
sit quam in partem descendat tādem misce
tur rhodano.

Arbiter iudex.quia totius rei babet arbitriū
& potestatem.Fe.

Arbosem antiqui pro arbore dicebant & ro
bosem pro robore.Fe.

Arbitrium sententia quæ ab arbitro statuit.
Festus.

Arbitrarium cum adhuc res apud arbitrum
geritur.Festus.

Arbitriū recepisse uidetur:ut Pedius scribit li
bro nono qui iudicis partem suscepit finé
que sententia sua se controuersiis imposi
turum pollicetur quod si hactenus interue
nit ut experiretur an consilio suo uel aucto
ritate discuti paterentur litem non uidetur
arbitror arbitrium recepisse.

Arbitrorum duo genera sunt.unum eiusmo
di ut siue æquum siue sit iniquum parere de
beamus:quod obseruatur quum compro
misso arbitrium itum est. Alterū huiusmo
di ut ad boni uiri arbitrium redigi debeat
& si nominatim persona sit comprehensa
cuius arbitratu fiat:ueluti cum lege locatio
nis comprehensum est ut opus arbitrio lo
catoris fiat.Pau.pro roscio.

Arbitratu Lucii. Titii fieri hæc uerba ius si
gnificāt:& in seruū nō cadunt. Vlpianus de
uerbo.significationibus.

Arboris appellatione uites contineri plærique
ueterum existimauerūt:hæderæ quoque &
arundines arbores non male dicuntur. Item
de salicto dicendum est. Sed si qui ligneas
uirgas instituendi salicti gratia defixit hæc
que ante q̄ radices egerunt succidantur aut
euellantur:recte Pomponius scribit: nō pos

ſe agi de arboribus ſuccifis:quum nulla arbor proprie dicatur quæ radices non conceperit.ꝙ ſiquis ex ſæminario: id eſt ſtirpitus tranſtulerit radices earum:quanuis nondū compræhenderit terram: arborem tamen Pomponius libro decimonono ad Sabinū probat:Ideo ea quoque arbor eſſe uidetur cuius radices deſinent uiuere: quanuis adhuc terra contincatur. Quam ſententiam Labeo quoque probat. Labe.etiam eam arborem recte dici putat:quæ ſubuerſa radicibus etiam nunc reponi poſſit:ſtirpes oleæ arborē eſſe magis eſt:ſiue egerint radices ſiue nondum.omnium igitur arborum quas enumerauimus nomīe agi poterit certe nō dubitatur ſi adhuc adeo tenerum ſit ut herbæ loco non debere arboris numero haberi. Vlpianus arborum furtim Cæſarę.

Arbores fælices:ut inquit Veranius de uerbis pontificalibus:putantur eſſe quercus æſculus ilex ſupus phagus corylus ſorbus ficus alba pirus malus uitis prunus cornus lotos. Tarquinius autem priſcus in oſtētario arborario ſic ait:Arbores quæque inferum deorum auertentiumq; in tutela ſunt.eas infoelices nominant:Alternum ſanguinem fœlicem ficum nigram atram quæque baccam nigram nigroſq; fructus ferunt. Itemq; acrifolium piranum ſiluaticum pruſcum rubū ſenteſq; quibus portenta prodigiaq; mala combutus iubere oportet:Macro. quarto.

Arboreta Laberius conualles inquit mangna & arboreta erant quod ignobilius uerbum eſt arbuſta celebratius.Au.gel.

Arbutos Horatius primo carminum. Impune tutum per nemus arbutos quærunt latētes.arbuta quod uulgo appellant: libentius capræ ꝓſequūtur ad paſcēdum:ut dant arbuta ſiluæ:& alibi:dulce ſatis humor depulſis arbutus ædis.Ac.

Arbor fœmininū:quia mater fœtus. Vir.Parua ſub īgenti matris ſe ſubiicit ūbra deriuatū a robore eiuſdem declinationis penultimā corripiens.Pri.

Arcadica pylos & triphyliaca nuncupata eſt: & arcades minyæ dicunt:qui pro loci uendicatione ſæpenumero bellica ſubiere certamina.Strabo.

Arcadia in peloponneſo pars arcadiæ ab arcade Iouis & Caliſtonis filio prius parrhaſia dicta:ubi reperta fiſtula diſparibus cicutis hēt aſinos magnos.Ibi lerna palus & nemea ſilua montes pholoe cū oppido cyllene lyceus;ubi delabrum Iouis mœnalus:artemiſius parthenius monacris erymāthus & alii. Torrelius.

Arceſim Indiæ flu.eſt & in Indum fluit.

Arceſylaus dux bœtius:ex quinq; q Troiam petierunt:alius philoſophus:alius comicus: alius elegus:alius ſculptor.Tor.

Arceſius proprium uiri. Vlyſſi notus.

Archander Danai ſocer ſecundum Herodotum hiſtoria.ſecundo.

Arcanum dicitur ſecretum: uel abſcōditum ꝙ quæ in arcis celata ſunt & abſcōdita. Virgilius æneidos libro quarto.Solam nam ꝑfidus ille te colere arcanos etiam tibi crede re ſenſus.Et idem libro primo. Longius & uoluens fatorum arcana monebo. No.

Archemolus proprium uiri.

Archemorus in eius honorem celebrantur ludi nemei. apud nemeam autem dicitur Hercules leonem occidiſſe.

Archemolus rhœti marubiorum filius. Ser. in decimo.Tor.

Archéorus lycurgi Nemeæ regis filius q ab Hypſiphyle nutrice in græcis in expeditionem thebanam euntibus langiam fontem oſtendente relictus in herba ſolus a ſerpente interemptus eſt.unde fons archemorus dictus.apud quem amnis & agō fiebat.Tor telius.

Archelaus Antenoris filius ſtrēuus.Alius philoſophus athenienſis q primus ex Ionia philoſophiam athenas inuexit.& philoſophicus dictus eſt. Alius geographus:qui peragratam ab Alexandro terram deſcripſit.alius naturæ proprietatem uerſu ſcripſit.alius oratoriam.Tor.

Archeptolemus filius Iphiti: ſuffectus enipheo in Hectoris aurigam.T.

Archetipus exemplaris.To.

Arcitectum ſine aſpiratione protulerunt.

Arcippus & arcippe quæ fuit urbs marſorū lacu fucino poſtea abſorta ea ſcilicet ratiōe qua idem feſtus ait antiquis noſtris frequēs mos fuerit illam demere.

Archimagirus coquorū ꝑfectus:ſeu coquinæ magiſter.

Archipolemus Auriga Herculis.

Archigenes medicus.

Archigenes princeps generationis, unde pro græculis & huiuſmodi profitentibus ponitur.fuit & medicus contra quem ſæpe Galienus.Tor.

Archia principatus & poetæ nomen.Tor.

Archilochus Neſtoris & Euridices filius. & apud Troiam uel agamemnonem uel cum Achille in tymbrei Apollinis templo interemptus:alius ſiculus qui ariciam condidit & alius poeta ſolinus lacedemonius: tulli hoſtilii in uno ſumma electionis uis ſcripſit in lycambum iambicis uerſibus ob negatam ſibi deſponſatam neobolem filiam:

de quibus se suspendit. Ipse i exilium actus & liberi eius ipse poena interfectus. Tor.

Archetypa uasa dicuntur uetustissima & primi exempli cuiusmodi uasa luto sagunthi nomam fictilia uasa conficiebantur terra sagunthina Iuuenalis: pugna sagunthina feruet commissa lagena.

Archimedes geometra nobilissimus syracusanus: primus sphæram inuenit secundũ Plinium: secundum Ciceronẽ in tuscula. secundum Laertium Anaximander scripsit. & de cylindro quod nup traductũ ẽ: qui e sphera & cylindro inscribitur. Tor.

Archytas tarentinus pythagoricus liberauit Platonem a Dionysio per epistolam. Fuit alius mytileneus musicus alius qui de agricultura scripsit. alius epigrãmata. alius architectus. Tor.

Archetypa pocula anaglypha erant excisa in asperitatẽ ut scribit Plinius: & exculpta ut i cisæ animalium effigies eminerent.

Arcessilaus uictor dicauit Venetem genitricem.

Archemorus fons in nemea silua ante est appellatus langia.

Architriclinus qui principalis in aula discumbentium. Tor.

Archimagirus principalis coquus. Tor.

Architectus qui structuris ædificiorum præest. Tor.

Architector commũe est ut nepos ædis martis est marco flamineo architectata.

Architectari cõponere. Cicero de finibus bonorum & malorum li. ii. an quod ita classidas ut optime possit architectari uoluptates. Nonius.

Acirma genus plaustri est modici: quo homo gestari possit. Festus.

Arcus & arquus hoc distãt: arcus enim suspensus appellat̃ fornix. arquus nisi in cœlo quẽ irim poetæ dixerunt. unde arquati dicunt̃ quibus color & oculi uirẽt quasi in arquus similitudinem. Lucil. i sexto. Tum color & nigris extabat nubibus arquus. No.

Cassiterides insulæ complures ex aduerso celtiberiæ a plumbi fertilitate a græcis dictæ. κασίτερον stannum: quas fortunatas qdã dicunt. T.

Caspium mare: ut angusto ita longo etiam freto primum terras quasi fluuius irrũpit atq; ubi recto alueo influxit in tres sinus diffunditur contra os ipsum in hircanum: ad sinistram in scythicum: ad dexteram in eũ quẽ proprie totius nominis caspium appellant: omne atrox sæuum sine pontibus procellis undiq; expositum: ac bæluis magis q̃ cætera refertum. & ideo minus nauigabile. ad introeuntium dextram scythæ nomades freti litoribus insident intus sunt ad caspium sinũ caspii & amazones. sed q̃s sauromatidas appellant: ad hircanum albani & molchi & hircani. Pom.

Cassiopæam quam habent sententiam eos qui in bouem abigant cassiopeam: a uirginibus conitantibus ad ipsos usq; fines continenter audire nunq̃ redietis in patriam terram ænianes lapythis sedibus expulsi æthaciã primodein molossidem & cassiopæã incoluerunt: ubi nihil boni ex agro nacti malis contra usi uicinis ĩ agrum cirræum transierunt Onoclum regem secuti: ibiq; magna siccitate & magnis squaloribus excepti oraculo (ut fertur) cum lapidibus Onoclum obruissent: rursus uagi post longum errorem in eũ agrũ peruenerunt: quem bonum & fertilissimum nunc habent: quo fit ut merito exoptent in antiquã patriam non redire. sed illic beatissime ac diutissime permanere. Plu.

Caspiæ portæ in ponto quædam angustiæ ita appellatæ a mari caspio proximo populi illic sunt caspii: quo in loco multos redarguit Pli. qui caspias portas putarunt esse easdem: quæ sunt in Iberia ponti prouincia proxima caspiis. nam hæ aliæ sunt: unde iter in sarmatas uix ullo aditu propter oppositos montes & cum Nero ad hiberiæ portas ꝓtulisset expeditionem faciendam per errorem multorum dicebatur petere caspias portas hiberiæ eadem causa asiæ dicuntur.

Caspiũ mare iter caspios mõtes & hircanos ĩmenso spacio cõfectũ: ut aiunt. Tor.

Caspii mõtes cõterminu maioris armeniæ: ubi portæ caspiæ: ubi uia mãufacta octo. M. pas. saxa humoré exudãt e salis uenis. qui calore concrescit. Solinus.

Casius mõs syriæ ĩminẽs ãtiochiæ seleuci. cuius altitudo q̃rta uigilia solẽ aspicit ambitus ad cacumẽ. clxxxi. M. pas. ꝑ directum. iiii. alter ĩ ægypto iuxta selbonidã paludẽ quẽ pli. dixit ĩ arabia pp ꝓpinq̃tatẽ nõ ꝓcul a pelusio: ubi delubꝝ iouis casii & tumulus põpeii Tortelius.

Cassiii populi ĩ anglia mari ꝓximi & cetumanis trino bãtibus sengoriacis ãcalitibus & bibrogis.

Cassandane filia pharnaspis: & mater cãbysæ generis astiagys. Hero.

Cassãndra filia Priami capta ab Agamẽnone: & a Clytemnæstra interfecta. T.

Cassiopeia Cephei regis æthiopum uxor: quæ cum nereidibus de pulchritudie certauit. T.

Castanea castanum græci: q̃ iopimũ ab aliquibus traductum comperi. T.

Castalius fons ĩ radicibus parnasi: musis sacer a uirgine castalia: quæ Apollinẽ fugitãs præcipitata: & in fontem uersa est. T.

Castianira uxor Priami deabus uenustate cõpanda: ex æsymo urbe thraciæ. T.

Cassita auicula parua est. A. G.

Cassinus mons est campaniæ: in quo dudum Apollo colebatur ab incolis.

Castellum est receptaculum q̃ aquam publicam suscipit. de uer. sig.

Castellũ ex quo fistulis aq̃ ducerẽt. de uer. sig.

Castrense peculium est quod a parentibus uel cognatis i militia agenti donatum: uel quod ipse filiusfamilias in militia acquisiuit: q̄ nisi militaret acquisiturus non fuisset. Nam q̄ erat & sine militia acquisiturus ad peculium castrense non erat. de uer. sig.

Casus superauerat pro euaserat. & captæ superauimus urbi: pro superuiximus. C. p.

Caseus mascu. ge. apud Vir. apud Pōpeiū neutri. Ser. in ar.

Castonis locus est non procul a monte a quo betis affluit: & est terminus beticæ prouinciæ ad ortum Stra.

Cassiterides insulæ decem numero sunt inter se propinquæ ad aquilonem iacentes in pelagus expositæ ab artebratum portu: earum autem una deserta est. hispaniæ autem adiacent. Strabo.

Castrurum terminus est piceni agri. Strabo.

Cassinus flu. est iuxta erusinū urbem fluit. S.

Cassilinum oppidum est adiunctū caloeno sirum & flumen ulturnum. Strabo.

Cassus a careo nomen magis est sicut lassus & maxime cum inane significat: ut crassa fraude paret. Pri.

Castor & pollux interierunt cū lynceus & idas spartam oppugnarent. Alii scribunt Castorem tantum extinctum in bello lacedæmoniorum aduersus athenienses. Aliam fabulā tangit Ouidius in Fastis. Illud autem Homero autore inter omnes conuenit pollucē cōcessisse uitam dimidiam fratri mortuo ut alternis diebus uiuerent. ut alii tradunt: ut senis mensibus uicissim higinius quod scribit

Castor & pollux qui prospera sunt nauigantibus Ioue concedente eorum meritis. ut Diodorus & Higinius scribunt: eorum ortu occidit helena sidus tempestuosum & minax: ut scribit Plinius. Sic fratres helenæ lucida sidera.

Castrum nouū nūc ciuitas uetula in hetruria.

Castrum nouum olim prope Adriam & asculum urbes nunc sanctus flauianus dicitur.

Castor & pollux Ledæ filii: sed castorem amatorē equoꝝ. Hora. dixit: ut est talis amiciæ domitus pollucis habens cillarus. Pollucē uero pugnis non bellis ualētem adeo q̄ pugil fuerit. Acron.

Castalius fons est lyciæ: ubi Apollo armēta dicitur pauisse: siue in monte parnaso. Hora. libro. iii. in carminibus. Qui rore puro castaliæ lauit. Acron.

Cassinas. M. Varro ostēdit: q̄ in quibus Italiæ partibus optima ad uictum surgāt pisci thyberino palmā tribuit his uerbis in libro reꝝ humanarum. xi. Ad uictum optima sunt ager campanus: frumentum: falernum uinū: cassinate oleum: tusculanum ficum: mel tarentinum: piscem thyberis. Ma. de sa.

Cassidem dicimus a cassidis: etiam cassida iuenitur: ut aurea cui postquam nudauit cassida frontem. Stra.

Castulo castulonis ciuitas est hispaniæ.

Casum dicimus nō modo ea que fortuito hominibus accidūt: sed etiā uocabulorum formis: quæ i aliā atq; in aliā cadūt effigiē. F.

Cassū ueteres inane posuerūt: & arbitrādū est magis ab araneaꝝ cassibus dictum q̄ sint leues & nullius ponderis. non ut quibusdam uidetur quasi cassū. Plau. in au. Virginē habeo grādē dote cassam atq; illocabilem. N.

Cassū est cōrusū. Vir. li. vi. cassatæq; rates. N.

Casmillæ neq; nomen apud Vir. q̄ fortuitum esse poterat uacare pmittit matris q; uocauit noie casmillæ mutata parte camillam. Mercuriū quo uocabulo significat præministrū deoꝝ. unde Vir. ait metabū camillam appellasse filiam. Dianæ. s. præministrā. nam & Pacu. cum de medea loqueretur coelitū camilla expectata aduēit. Sacerdotes romani quoq; pueros puellasue nobiles: & in uestes camillos & camillas appellant flaminearum & flaminum præministros. Ma. de sa.

Casnar senex oscoꝝ lingua. Fe.

Castomola genus sacrificii q̄ uestales uirgines faciebant.

Casteria locus ubi cū nauigatio cōquiescit: remi & gubernacula quiescunt. Plaut. in asi. cū pulsi repulsa in remū: sola ergo in casteria ubi quiesco ois familiæ cā cōsistit mihi. N.

Castigare ē icrepare uel repræhēdere. Vir. li. v. hic grauis entellū dictis castigat acestes. Te. in eu. seruas: castigas: mones. Ci. de ora. lib. i. & quoniā de imprudentia diximus: castigemus etiā segnitatem & tuscu. li. v. sed hoc in me non castigo quod ex aliorū: & ex nostra forte mollicia: nō ex ipsa uirtute de uirtutis robore existimo. N.

Castigare iudicare punire. Vir. li. vi. castigatq; dolos subigitq; fateri. Nonius.

Castigare expedire. Vir. li. iii. castigatq; moras operæ omnis semita feruet. Nonius.

Castigo obiurgo. Vir. li. v. hic grauis entellum dictis castigat acestes. Seruius.

Castitas & pudicitia paria putātur: cum sit pudicitia ab iniuria turpiū libidinū libera: castitas ab hac cōtagiōe est āmota: præterea religiosa mūdicia & puritas. Virg. geor. li. ii. casta pudicitiā seruat domus. & in. vi. quiq; sacerdotes casti dum uita manerent.

Castitudinē pro castitate. Actius in phoenissis ibi phas ubi cūctā antiquā castitudinē. N.

Castorē græci dioscuron: & putabāt hunc esse sanctum Sabina lingua. V.

Castula est palliolum præcinctum: quo nudæ infra papillas præcinguntur: quo mulieres nunc eo magis utuntur post subuculis: ut desierunt. Noni.

Castū sine libidinis & turpitudinis nota. Vir. geor. li. ii. casta pudicitiam seruat domus.

Castor & brutū aīal græcū: non a castrādo cū accusatiuū ī a faciat: & tyndaris & ledæ filius lacedæmone sepultus cū fratre. Ho.

Castum religiosum pudicum. Vir. lib. vi. quiq; sacerdotes casti dum uita maneret. Var. in gerunto didascolo. Ergo dum sacra religiose castæq; fuerunt res omnes. Idem ī eumeni. nanq; uenustas his adest gallantibus casta uestis. Nonius.

Castum a furtis & rapinīs abstinens. Var. ī andabatis. Nec manus uisco tenaci tinxerat uiri casta.

Castum suaue iucundum. Var. ī pat. demittis atris pectore cantuq; castaq; poesi. No.

Castus pius. Vir. æne. tertio: Hac casti maneāt in religione nepotes. Ser.

Castra sunt ubi stant milites. i. statio militum. Vir. æne. iii. nos castra mouemus. Se.

Castra ubi exercitus sit. Virg. æne. lib. ii. unde omnis troia uideri. Et danaum solitæ naues & achaica castra. Seruius.

Castrare oportet agnum non minorem quīq; mensium: neq; anteq̄ calores aut frigora se exegerunt. V.

Castrensi corona donabatur qui primus hostium castra pugnando introisset: cui insigne erat ex auro uallum. Fe.

Cata acute dicta a sabinis. Var.

Catacautæ qui sunt apud cretenses qui dicunt tyrrhenos ferūt cū athenienfium filias uxores ex brabrone rapuissent: quo tempore. lēnum & imbron incolebant: postea electos ī agrum laconicum peruenisse. & tā diu cum indigenis mulieribus consuetudinem habuisse quoad liberos suscepissent. Calūniis deinde ac suspiciōibus laconicam rursus relinquere coactos in cretam cum liberis & uxoribus traiecisse: ibi bellum cum his qui tūc temporis cretam tenebant: multos qui in p̄lio mortem oppetiissent insepultos reliquisse. primo quidem q̄ propter bellum & periculum socios per ocium humare non poterant: deinde fugientes cadauera iam corrupta & marcida attingere cœpisse. Polim igit quem ducem secuti fuerāt honores quosdā & immunitates excogitasse. & partim deorum sacerdotibus attribuisse partim qui mortuos sepellissent & diis terrestribus: hoc est manibus consecrasse ne quando auferrentur: & perpetuo permanerēt. postea cum fratre sortitum & alios sacerdotes appellatos fuisse: alios catacautas & seperatim suis legibus uti esse autem illis una cum cæteris quæ humaniter concessa sunt earum iniuriarum licentiam: quibus cæteri cretenses uti consueuerunt: cum fu tim res suas inter se agunt feruntq;. Illos uero nulla iniuria afficere: nihil furari. nihil deniq; auferre.

Catachresis cum pro temeritate uirtus pro luxuria liberalitas ponitur:

Catadromus locus qua curritur. Kata est de uel deorsum: dromos est cursus: hoc est decursus uel decurrendi locus.

Catuaci populi inter belgas neruiis caletis ueromandiis ac condrusis proximi: quos forte doaci oppidi incolas atrebatensis diocesis opinari licet.

Catachresim tropum nos abusiōem dicimus cum alienis abutimur: perinde ac si propriis cum propria deficiunt. Fe.

Cataphractæ. Sisen histo. li. iiii. custodiæ ī muro custodiuntur cataphractarum. Salu. hi li. iii. qui prætergrediebantur equites cataphracti. ferrea enim specie. No.

Cataphracti. i. undiq; muniti dicunt eqtes qui & ipsi ferro muniti sunt: & equos similiter munitos habēt q̄lē ītelligit. Vir. li. xi. spumātemq; agitabat equum quem pellis aenis: In plumam squammis auro coserta tegebat: & Sal. equis paria operimenta erant quæ ferreis laminis in modū plumæ ānexa erāt.

Catāpo genus est lusus. Fe.

Catamitū ergo ut te catamitū: nec opsato cū ostendisses præter spem mulier aspexit. A. g.

Catamiti. i. pueri meritorii. Ser.

Catamitum pro Ganymede romāi ueteres dixerunt.

Catapulta iaculū celere uel sagitta. Plau. i gurgul. atq; ita te neruo torquebo. ut catapultæ solēt. Titinius in sentina: quem procul assumpsit inhumaniter uoluit: reuertit q catapulta uolet. Pla. in cap. nam meus est balista pugnus cubitus: catapulta est mihi. Neuius ī pacetro: ut sole horrescit cæra castra crebro catapulta ipulit. Luci. saty. li. v. Custodē classis catapulta stilla sarissas. Sisenna ī. iii. histo. Præterea catapultas. xviii. balistas uiginti. plaustra storus ac minoibrus sagitiis onusta. Var. de uita pa. li. iiii. Nā postea luctatio cōsuli ad insulas cū ipse catapulta ictus esset. N.

Catax claudus. Fe.

Catellus. M. Cato de liberis educā. Quare melius curæ cōsuetudinis puerilis illorū: q suis catellis ministrent q edent. No.

Cateiæ tela gallicā. Vir. li. vi. teutonico ritu soliti torquere cateias. Ser.

Catifons ex quo aqua caticinia ī thyberi fluit dictus q̄ in agro cuiusdā fuerit cati. Fe.

Catilatio graue opprobrium hominibus generosis obiciebatur si qui prouincias amicas populi romani expoliassent. Festus.

Catacrisis condemnatio uel diiudicatio. T.

Cathacresis abusio uel usurpatio: ut faciem si mullima lauro: nam fere improprie hominis est iaculari sudem cum iaculi proprie sit: & C. Tortelius.

Cathegoria prædicamentum.

Cassianũ ostium aliud padi quo mare intrat olim memorabatur nũc magnauacca dicit.

Cataclysmos diluuium mundatio. Tor.

Catarytus irriguus: unde Pli. hippõem catarytum a græcis dictum dicit. T.

Cataracta quidam cœli fenestram: quidam nubes: alii subterraneas specus dicunt. T.

Catarrus distillatio unde humores indigesti a capite descendentes ad nares reuma: si ad fauces bronchos: si ad thoracem & pulmonẽ ptysis dicuntur. T.

Catalogus sermo uel scriptura quæ numerum uel ordinem monstrat.

Cathartica purgatoria. T.

Cataphractus undiq; munitus: unde equites q & ipsi & equi muniti sunt κατὰ græce in cõpositione undiq; φραττω munio.

Catatyposis figura: cum aliquid iuxta alterius formã describit: ut oĩa Mercurio similis. T.

Catulaster diminutiuum est. Lau.

Catuli sunt, ferarum siue immanium siue immitium. ut murium quoq; legimus & serpẽtum. Sũt enim proprie filioli: ut Sic canibus catulos similes. Vir. & de colubro. Idem catulos tectis atq; oua relinquens: pulli uero sunt pecudum fœtus auium & pisciũq; nomen generalius est: unde fœnificare pro parere & fœtura pro partu ad omnia animalia muta ptinet. Inulos ceruoꝝ dicimus: capreolorum quoq; caprearum; damarum: lepoꝝ similiumq;. Lau.

Catillare per alienas domos infrontare girare a catulis tractum qui domos circueunt: unde Propertius catillata geris uadimonia publicum prostibulum. Plau. quin meam uxorem mittam catillatum. Ful.

Catinus catinulus & neutrum catillum. Ser.

Cathuari populi in ulteriore ripa rhodani contra galli. Strabo.

Catillus. de græcia tres fratres uenerunt ad italiam Catillus; Coras & Tibur uel Tiburtũ oẽs unã fecere ciuitatẽ: & eãdẽ fratris maioris noie tibur appellauerũt: licet & alias fecerunt singuli & a catillo mõs est catillus quẽ catili dicunt. Ser. & in tibur. Ac.

Catus doctus. Hora. li. carcatus decoræ more palæstræ. Acron.

Catinus: catillum uel catinollum format diminutiuum. Seruius.

Catere & cacte & carastropium quære in dictione ista. Aul. g.

Catascopium genus nauiculæ. T.

Cathexochen per excellentiam: ut quæ cura boum: & non meminit aliorum animalium & uictum dodona negaret. T.

Catholicus uniuersalis. T.

Catillones appellabãt antiqui gulosos. Fe.

Catillonẽ. Luc. acer ac uiolẽtus poeta ostendit se scire lupũ germanũ: q piscis est egregii saporis: q iter duos põtes caperet. eũq; q̃si ligunitorẽ catillonẽ appellat: scilicet q ꝓxime ripas stercus isectaret. ꝓprie aũt catillões dicebãt: q g ad pollutũ Herculis ultimi cõuenirẽt catillos ligurribãt. Lucilli uersus hi sũt Fingere ꝑterea afferri qd q̃sq; uolebat. Illum fœmina ducebat atq; altiliũ lanx. Hic põtes thyberinos duos iter captus catillo. Ma.

Catinũ uasa ĩmẽsa escaria: ubi pultẽ aut uinolenti qd ponebãt a capiẽdo catinũ noĩarunt siculi dicunt catinũ ubi ossa ponebãt.

Cathinea terra quæ in æs cõiicitur: ut fiat orichalcum.

Catinus. Varro de re ru. li. i. Promendũ in fructumq; curculionis ex sese incipiunt: idẽ eni cũ promptũ est in sole ponere: oportet atq; catinos q eo conueniũt ut sibi sese nocent. Idẽ dẽ uita patꝝ li. iii. Dicunt. n. patellæ sali ceæ tabuli catini patenæ. No:

Cathos populos germaniæ trans rhenum flumen ligus hunganæ populis theruscis hercinæq; siluæ proximos ac hermoduris: cum quibus pro flumie finitimo salinis certabãt ꝑpetuo certamĩe nõ mẽorat Cæsar: sed. Ta.

Catalanum in campania frãciæ urbem episcopalem gallica lingua uocamus craalon.

Cataractæ long. x. stadiorum locus præceps & angustus ubi aqua adeo uæhemens allidītur & præruptatut stuporem præbeat. Dio.

Catabathmos uallis deuexa in ægyptum finit africam.

Caturigines populi finitimi cẽtronibus ac gerocillis qua iter erat ab alpibus gratis ad oppidum gebennam lacũ lemanũ & rhodanũ fluuiũ quos uerisimile est fuisse diocesis: uel saltẽ prouinciæ tarentasiæ extra belgas celtas & aquitanos.

Cathasta locus ubi serui uænales exponebant pedibus eretatis: quod Pli. indicat cum de generibus terræ scribit a καθίστημι: quod est constituo; nam illic constituti erant uænales. Tibullus. quem sæpe coegit Barbara gypsatos ferre cathasta pedes. Persius cappadocas rigida pingues clausisse cathasta. Martialis: quos arcanæ seruant tabulata cathastæ.

Catorthoma rectum officium.

Catoblepas non grandis fera uerum gráde caput ægre sustinens atq; ob id in terram pluximum ore conuersa apud æthiopes minores gignitur ob uim singularem magis etiã referendã q; cum impetu morsuq; nunq̃ sæuiat oculos eius uidisse mortiferum. Pom. Inde nomen habet a Cato.idest deorsum & blepo specto.

Cathedra nullus diues ẽ qué mane nõ salutes uel cathedra mulie um diuitum. Horatius iter discipulatum iubeo plorare cathedras.

Catos sapientes uocant:unde & catones dicti. Teren.in and. Ellum confidens catus: cum faciem uideas uidetur esse quantiuis preci. Donatus.

Catularia porta Romæ dicta est:quia non lõge ab ea ad placandum caniculæ sidus frugibus inimicum rufæ canes immolabatur: ut fruges flauescentes ad maturitatem perducerentur. Festus.

Catuli non solum canum diminutiue: uerũ etiam omnium animaliũ appellantur. Virg. geor.lib.iii. Tempore non alio catulorũ oblita leænæ. Et alio loco de serpentibus. Cum positis nouus exuuiis nitidusq; iuuenta uoluitur:aut catulos tectisq; aut oua relinquens. Lucil.in iii. sa.concursant agros catulos fœtumq; ferat.

Catulinam carnem esitauisse hoc est comedisse romanos. Plautus in satyrione refert. Fe.

Catulire esurire & libidiari. Laberius i lucuberna Scinde una ex collecto impatienti catulientem lupam. No.

Catulire fœturæ oues principium admittendi faciunt ueris principio:tum enim dicuntur catulire.idest ostendere se uelle maritare. Varro.

Catulus genus quoddam uinculi quod interdum canis appellatur. Fe.

Catulus a sagaci sensu & acuto:hinc canis nisi potius q̃ ut ruba & cornu signum cum dente canem dicuntur.

Catulus princeps syllanæ factionis Asco.

Catus pro sapiente. Ci.tuscu.lib.secũdo. Si homo catus nunquam terminat neq; magnitudinis neq; diuturnitatis modum.

Catus:callidus:doctus ardens.unde Cato doctus ingeniosus:& enim ingeniorum igneus uigor est. Te.in an.confidens catus.

Caua cortina dicta: q inter terram & cœlum ad similitudiem cortinæ Apollinis ea a corde q inde sortes primæ existimatæ.

Cauea est ubi populus spectat. Vir.li.ix. Nec,p cul hinc Romam & raptas sine more sabias: Consessu caueæ. Ser.

Cauea consessus populi. Virgi.autem pro contento cõtinensadest plæbem posuit. Hic totum caueæ consessum ingentis & ora Prima patrum. Ser.

Caucasus mons indiæ ad septentrionem uersus scythas quem Herodotus dixit omnium altissimum. T.

Caula stabulum græce αυλη siue c:quod stabulum etiam non atrium & aulam solum significat. Tor.

Caulon mons calabriæ & olim oppidum secũdum Iginum:quod putat ab Hora.aulon appellatum propter metrum. T.

Cauni populi cretæ. T.

Cauea & cauillæ a cauo. V.

Cauere & uitare differunt. Lucil.lib.vi. Et esse plus uitare:quod cauendum tibi censere qd euitandum maxime. No.

Cauere & uitare require in uitare No.

Cauesis. Quia imperatiua uerba uelut contumeliosa sunt:addebãt ueteres sis:quod significat si uis. Te.in eu. Cauesis nescis cui nunc maledicas uiro. Do.

Caua,pprietas est simiosi:ac per hoc sine dubitatione corporalis. Vir.etiam de incorporalibus quæ sint inania tantum uel obscura dici posse testatur in vi. At ni docta comes tenues sine corpore uittas admoueat Volitare caua tenuem sine uiribus umbram. No.

Cauiares hostiæ dicebantur:q caue.idest pars hostiæ caularenus dicitur:& ponebãtur i sacrificio pro collegio pontificum quoquo anno. Festus.

Cauillatio iocosa calumniatio. No.

Cauillantur & iocantur. Cicero de orato.li.iii. Cauillantur aut aliquid de oratoris arte paucis præcipiunt libellis. No.

Cauillatur. M.Cato.ille censorius argute iocari solitus est: huius nos ab inuidia muniret auctoritas etiam si nostris cauillaremur. N.

Cauillatus Hannibal carthaginensis apud regem Antiochum facetissime cauillatus est. Macro.de sa.

Cauillum.i.cauillatio:quod est irrisio. Fe.

Cauillationem dicebant quam nunc dicimus cautionem. Fe.

Cauus ædium qui locus inter parietes relinquebatur patulus.qui esset ad communem omnium usum. Var.

Cauus saltus. Vir.geor.primo & caua plurima crescunt. Luca. Recumbamq; cauum. Ser.

Cauum a chao dictum ex eius inconitate. Fe.

Cautio pro cautela Cice.in orato.lib.secundo Neq; illa mihi cautio & timiditas in causis propter præstantem prudentiam Crassi negligentia est. N.

Caudicariæ naues ex tabulis grossioribus factæ. Festus.

Caudex codex. Virg.geor.lib.ii.caudicibus se-

ctis Ser.

Caula munimentum & septum ouium: græcum est nomen addita c. illi enim αὖλαι uocant animalium receptacula. Vir.li.ix. Ac ueluti pleno lupus insidiatur ouili: cum fremit ad caulas. Ser.

Caulæ a cauo dictæ: antiquitus enim ante usũ tectorum oues in antris ducebant. Fe.

Caulem uitis robur. Var. de re. ru. li. x. quẽ dicimus caulem. & Vir. xii. puberibus caulem folijs. Varro ex sarmento caules: qui nati sunt de his plurimum ualent. primum ac secũdũ nõnunq̃ etiam tertium relinquere: reliquos decerpere. No.

Causatus causas afferens.

Causam dicere: idest defendere in iudicio. Cic. pro Roscio amerino, accusant enim qui in fortunas huius inuaserunt causam dicit cui præstet calamitatem nihil reliquerunt. Ser.

Causa pro occasione. Teren. in eu. Nam iã diu aliquã causam quærebat, quã ob rem aliqd insigne faceret. Do.

Causando causas nectendo. Vir. in buc. Causãdo nostros in longũ ducis amores. Ser.

Causari causam dicere uel defendere. Actius: in Medea. Qui potis est repelli quisquã: ubi nullus est causandi locus. Affranius in mancipato. uidet facunde contra causari partem Pacu. in armorum iudicio. Qui sese affinem esse ad causãdum uoluit de uirtute. his ergo cernendi do potestatem omnibus. N.

Cautum pro caute. Actius in alphesibœa. Sed ubi cautum est adeundum ad uirum. Idẽ in phyloctetа Contra est eundũ statim cautim & cautando magister. No.

Cautio est. i. cautione opus ut cauendũ est. Teren. in an. puerũ autem ne resciscat mihi esse ex illa cautio est. Do.

Caupona cauponis est ꝓpriũ: uel mulier quæ uinum uenditat. Lau.

Causidicus magis substantiuum est: ideo comparatiuum non formar. Lau.

Cauillonum oppidum heduoꝝ iter celtas cõiectura est fuisse oppidum cabillon ad ripas araris fluuii: cui hodie Sagona nomẽ est: ubi rei frumentariæ cõmertiũ & cõmeatus causa sæpe romani negociabatur. Matiscon oppido finitimum nũc erat in finibus heduorum, nunc autem est ciuitas in ꝓuincia lugdunensi ducatu Burgundiæ & Francorũ regno sita nomen adhuc retinens.

Cauillatio: quam græci σκῶμμα appellauerunt: est ut ab euidẽter ueris per breuissimas mutationes disputatio: ad ea quæ euidenter falsa sunt perducatur. Caius aliter sentit, Cauillatio est subdola ratio quã nos conscii nobis mendacii: uincendi tamen causa proferimus: sic iurisconsulti utuntur. Cic. uero pro genere quodam facetiarum: ut. ii. de ora. Et enim cum duo sint genera facetiarũ: alterũ æqualiter in omni sermone fusum: alterum peracutum & breue. superior cauillatio: altera dicacitas nominata est. Caius uero sentit idem esse calumniari & cauillari. Martianus autem accusatori tantũ tribuit: calũniari est falsa crimina intendere: ut lege. xii. tabularũ calũniator idem ponatur ꝙ reus si cõuictus esset. Lau.

Causari & excusare hoc differunt. Excusamus crimen obiectum, quod cũ uidetur satis purgatũ dicimus: accipio excusationẽ: uel quotiens id quod i causa fuit ut peccaremus afferimus in excusationem: ut quin accusares mare & ambiguos flatus: quod non recte dicitur per accuso quod etiã per uerbum causari fieri potest. Causari quoq; ẽ causam rei gestæ afferre. ut Quin. Nec causanti pupillo sic tutor irascatur unq̃: idest excusati. & Vir. Causando nostros in longum ducis amores: idest impedimenti causas afferẽdo: ut Vlpia. causari tẽpestatẽ uel uim fluuium. i. excusare. Lau.

Cautus qui scit sibi cauere: nõ cui cauetur: nõ nunq̃ res cui cauetur: ut pro cecinia. Ci. quo res mulieri esset cautior. L.

Caupo uenditor uini.

Caupones & stabularios æque eos accipiemus qui cauponam uel stabulum exercent institoresue eorum. Cæterum si quis opera eoꝝ fungitur non cõtinentur. utputa atriarii uel forarii. & his similes. Vlpi. nau. caupo. stabu. Cautum intelligitur: siue personis: siue rebus: siue uerbis cautum sit. Vlpi.

Caudex tabula siue codex. Seneca de bre. uitæ Claudius is caudex fuit ob hoc ipsum appellatur: quia plurimum tabularum contextus caudex apud antiquos uocatur: unde publicæ tabulæ codices dicuntur. Seruius.

Caudicariæ naues uocantur: quæ cõmeatus p thyberim subuehunt. Sene.

Cauconia quæ & dyma dicitur: unde fluuius caucon appellatur & caucones: qui ad leprũ in triphylia sunt: aut inter epæos. Strabo.

Caulos melita cofuda ciuitates.

Causa est negociũ oĩbus suis partibus spectãs ad quæstionẽ: aut causa est negocium.

Causa romæ in sepulchro bibuli legitur & alibi rei gerundæ causa in lapillo fardonico in uentũ utriq; scriptum litteris albis his uerbis Pompeius ex forarus.

Causa est quæ id efficit cuius est causa. ut uulnus mortis: & quam efficienter accidat.

Caupo & fullo cõmunis generis: & caupõa uocatur & fœmina & taberna est. Pri.

Causa quādo ꝑ gratia accipit̃: ut cum dicimus uerbi gratia septimi tantum casus est. S.

Caucasus mons est scythiæ præter habitatões hominū uirtutes: de quo Vir. Duris genuit te cautibus horrens caucasus. Acr.

Caucon est fœ. ge. flumē appellatū īter Dymā & triciam: & caucones populi ad triphyliā: & ad Dymā & ælim: & ad cauconem (ut quidā uolūt) irrumpit in alterum: qui theuteas ma scu. ge. uocatur & ciuitas exigua eiusdem nominis: accolens. Strabo.

Charila quæ nā ē apud delphos tres agūt delphi Ennateridas & deinceps: quaꝝ unā scepterium uocant: alteram heroidē: tertiā charilam. Scepteriū quidem eius pugnæ imitatio uidet̃ esse: qua deus aduersus pythonem pugnasse dicit̃. hunc. n. post pugnam usq; ad tempe insectatus fuisse dicit̃. Sunt. n. q deū metu fugisse dicant: qui mihi expiandi uidētur. alii pythonem saucium ac fugientē in eā quā nunc sacram uiam dicimus. Farius quā apollo cōsequutus esset occubuisse: ita sepultum a filio: cui nomen capra fuerat ab apolline inuentum. Haꝝ omnium reꝝ aut similium scepterium imitatio quædā est. herois autem arcanam quandam continet rationē thiadibus non incognitā: & tamē ex iis quæ agūt̃ semeles anagonem esse facile qui uis cōiicere ualeat. De charila uero huiuſmodi quædam fabulāt̃. fames ex siccitate delphos inuasit: qua re cum liberis & uxoribus ad regias fores accedere & supplicare cogebantur qui farinam & chedropas nobilioribus. Nō enim omnibus suppetebat ī sūma inopia distribuebat: sed cum puella parentibus orba supplex uenisset & farinam rogasset: Calceo malam cecidit: & in os abiecit puella inops ac pauper: sed generoso animo prædita cum inde sese proripuisset. ac zonam dissoluisset & se suspendit inualescente ī dies fame & superuenientibus morbis: Pythia regi oraculū petenti respondit Charilam uirginem. quæ sibi mortē consciuisset placari oportere: uix tandem reperta huius nominis ratione. sacrificium quoddam piaculo mixtū peregerūt quod nunc quoq; nonum post annum. quibus annis peragunt. præsidet enim rex farinamq; & chedropas omnibus impertit. & ciuibus & externis portatur chariæ puellis statua. Sed ubi omnes farinam acceperunt rex effigiem calceo cædit. thiadum uero āustes. ī abruptum quēdam locum simulacꝝ deferunt ibiq; fune ad collum alligato defodiunt: ubi charilam quæ se zona suspēderat āte humauerunt.

Character notamen: uel liniamentū: uel littura. unde litteræ charecteres. T.

Characterismos designatio: Vt caluo seruire Roma Neroni. i. Domitiano. T.

Chalcedoniæ mulieres morem hunc habent: si in alienos uiros & magistratus potissimū incidant: alteram maxillam aperiant chalcedonii aduersus bithynios bellum gerebant. Hi cum zepoetum regē haberent omnibus suis copiis additis etiam thracū auxiliis facta incursione agros populabantur. Sed cū zepoetus circa phalium Id enim loci nomē est palantes: ac perturbatos inuasisset: superati octo milia militum desiderauerunt: nec tamē penitus deleti sūt. Composito autem bello cū ea clade ciuitas ad uirorum solitudinem ꝑpemodū redacta esset complures mulieres necessitate cōpulsæ libertis & externis nupserunt nōnullæ uiduitatem talibus nuptiis anteponentes solæ agebant: ac siquid opus esset ad magistratus ac iudices confugientes alteram oris partem aperiebant harū pudorē quæ nupserant imitatæ & meliores fuisse ratæ eundem morem retinuerunt.

Chalybes ꝓximi paphlagoniæ clarissimas habent amyson & synopen cinici diogenis patriam: amnes alyn et thermodonta: secundū alyn urbs est lycastio a thermodōte campus in eo fuit themiscyrum oppidum. Fuere & amazonum castra: ideoq; amazonū uocantur a bereni chalybas attingunt: quibus in risu lusuq; summum bonum est.

Carithes Plinius li. xxxv. quorum opera cū admiraretur collatis oībus deesse iis urnam uenerem dicebat. quam græci charitē uocāt.

Charidemus dicit̃ q delectat̃ forma popularis.

Clarigatio Pli. li. xxii. ac semper ex legatis cum ad hostes clarigatumq; mitterentur: ut res raptas clarere repetitum: unius uniq; uerbenarius uocabatur Seruius super uersum Virgilii in nono. Principium pugnæ: hoc de Romana solēnitate tractum est: cū enim uolebant bellū indicere: patres parati: hoc est principes fæcialium ꝓficiscebantur ad hostium fines & præfatus quædam solēnia clara uoce dicebat bellum idicere propter'citas causas: aut quia socios læserat: aut quia nec abiecta animalia: nec obnoxios reddiderat: & hæc clarigatio dicebatur a claritate uocis: p quā clarigationem hasta in eorum fines missa indicabat pugnæ principium.

Charadæi populi iuxta pontū: ut dixit Orpheus. T.

Charaxes frater sapphus mitylenæus captus amore Rhodopis Thracis meretricis magno ꝑcio eā redemit cum esset captiua cum æsopo. Hero.

Charybdis periculū maris uetula uoracissima ab Hercule ob rapinas ī mare ꝓiecta q̃s: ad-

huc exercet:i genitiuo charybdis ne male sonet.

Charitas pro amore a χάρις & proprie ad homines spectat spes amoris pro qualitate psonarum:unde charus. T.

Cathabathmon ægypti latitudo deserta ac declius.

Charites gratiæ tres:Aglaia:Thalia:Euphrosyna sedm Pidaræ & orpheũ Iouis filiæ ex eunomia quæ in cælo iuxta apollinis thronũ degunt & Ioué laudát:debét etiá in acidalio fonte in orchomeno Boetiæ ciuitate se lauare nudæ qa sine fuco esse debét:& simul cõnexæ incedere:quia insolubiles esse debét: & uná auersam alias nos respicere:qa progressa a nobis gratia duplex reuerti solet:debét illam duabus aureũ porrigere pomũ illas recta facie munera reddere duplicata debét & hoibus largiri decoré & pedissequas ueneris: qa uenus & pulchritudo gratiá porrigũt ut gratior & pulchro ueniés i corpore uirtus adiuuat.

Charientismos figura cũ dura dictu gratius pferuntur quasi gratificatio. T.

Charophilon interptaẽ gratiosũ amicum: nascitur in India grandius & fragilius. Pli.

Charithos insula ex cycladibus. Tor.

Charilaus frater Menandri. T.

Charopes troianus Hippasi filius: ab ulysse interemptus.

Charopus græcus in bello troiano. alter princeps epirotarũ:q de Philippo uictoriá Quinto flaminio dedisse dicitur. T.

Charon qui in iferno acheronté stygem & cocytum obseruat:& aias transuehit. Tor.

Chartha apud.g.pro h.& p folio cõmuniter gdá p papyro:aliı p membrana.& de qua Pli. xiii.plura solebat.& membrana ifici diuersis coloribus:qd græce eucharisteũ.unde Persius:bicolor mébrana.& Iuue.croceæ iqt græce nos utrunq foemininũ. T.

Chaos appellat Hesiopus cõfusam quandá ab initio unitatem hiantem parétéq in pfúdũ ex eo qd est χαίνειν græci. & nos hiare dicimus. úde Ianus dtracta aspiratõe noiatur eo q fuerit omnium primus cui primo supplicabant ueluti parẽti.& a quo rex omniũ factum putabant initium. F.

Clarius mons est & nemus colophoniæ i quo colit Apollo:& ab eo clarius nominat.

Clarus & pclarus figuratè accipiũt p eo q tanq fulgore quodá famæ & gloriæ resplédet: unde clarissima & præclarissima gesta dicimus sed pclarus p bonus repit:sicut luculétus p magnus.ut in phili.luculétũ uulnus accepit Et ibidé nõ claritas desideraf in custode.sed pbitas.& in Lelio. Actũ esse pclare. & ibidé actũ optime est.ná optime & præclare idem roboris in significatione obtinét. Lan.

Clarissimarum psonarum appellatione continentur foeminæ nuptæ claris personis.

Clarissimaræ quoq foemíaræ noie senatoræ filiæ : nisi quæ uiros clarissimos sortitæ sint nõ habent. Foeminis.n.dignitaré clarissimã mariti tribuũt.paré tes uero donec plebi nuptiis fuerint copulatæ. Tá diu igiẽ clarissima foemina erit:q diu senatori nupta é: uel clarissimo:sepata ab eo aliı inferioris dignitatis nõ nupsit:sed nuptæ prius cõsulari uiro ipetrare solét a principe: quis p raro: ut nuptæ iteræ minoris dignitatis uiro nihilominus i cõsulari maneat dignitate. Et scio ante magnum Augustum Iuliæ magnæ consobrinæ induxisse. Vlpi.de senatoribus.

Clausos accipere debemus etiam uinctos:si tamen ita uincti sint. ut omni modo rumpere non possint. Vlpi.de san con.

Clastonis oppidum est in hispania.Strabo.

Clarus fluuius a cacuminibus alpiũ p plures ualles excurrés in Istrum currés intrat. Str.

Clautenaci sunt uindeliciorũ ferocissimi. Stra.

Clanius fluuius p thusciam fluit p agrum clusinum. Strabo.

Clastidiũ oppidũ est in tractu ticini. Stra.

Clauus comitis scænbus candidus uestitus iduitur:q is antiquissimus fuisse narraẽ adolescétibus discolor attribuitur. Seruius communia amictu exiguo integuntur: lenio uestirus candidus: ærũnoso absoletur purpureus diuiti:pauperi uetus daẽ: militi clauus: purpura est puellæ habitus:leno pallio colore uario utitur:meretrici ob auaritiam luteum dant parasiti cũ cõtortis palliis ueniũt.

Clam præpositio est & aduerbium: qdo casui non seruit:ut Vir. Clam ferro incautum superat securus amorũ. Seruit etiam ablatiuo & accusatiuo. inde diminutiuum cláculum & clandestinus.

Classis απο των κάλων a lignis dicta.

Claudo uel cludo clausi uel cludi. dicit etiam claudeo:& accipitur pro claudico. Sal.lib.iii. hist. Coniuratione claudit. Celius.& in epistetotan ubi uos sitis ibi consilium claudeat Pris.

Clam a clauibus dictum:q ea quæ cælare uolumus claudimus. Festus.

Clamitare idignátis é. Te.i an.uenit ad me postridie clamitás indignũ facinus. Do.

Chlamys. Vir.æne.iiii. Sidoniá picto chlamydem,circundata limbo.

Clandestino est abscondite. Lucil.lib.xxvi. At enim dicis clandestino tibi q cõmissum foret neu martet quicquam neu mysteria hæc ferre foras. Nonius

Claret:clara est:uel clareat. Turpil.in pe. Cuius

ꝑduentu insula hodie claret cypros. En. i. Telamo. N. i ita mihi. Telamonis patris atq; facetus proaui iouis gratia ea ćiatq; hoc lumē candidum claret mihi. Nonius.

Claritudinem claritatem. Festus.

Clanius fluuius campaniæ prope acerras: a clamon. i. uitriola qua eius rippæ abundant.

Clarium oppidú in finibus colophoniorꝫ. unde Apollo clarius ubi secundú quosdá iuppiter neptúnus & pluto diuiserunt. T.

Claros ísula ex cycladibus, unde secúdú quosdam Apollo clarius: ubi clara urbs í qua colebatur. Tor.

Classica cornua. i. tubæ quibus cōuocabanť: a calando. Petronius grāmaticus. T.

Clazomene urbs í cōfinibus ætoliæ & ioniæ: quam quidam in Lydia dixerunt. T.

Claritudo pro claritas. Salu. in iugur. Cú præsertim tam multæ uariæq; sint ꝑtes animi: qbus súma claritudo pararur. Sisen. histo. li. iii. Quod fortasse an uolútate sua súma cú claritudine celeriter confecisse. Nonius.

Clarius dicebať apollo. Cornelius labeo fecit librum cui titulus est: de oraculo Apollinis clarii. Ma. de sa.

Clarius Liber pater idem & Apollo existimať nam & Aristoteles qui theologumena scripsit: Apollinem & liberum patrem unum eúdemq; deum esse cú multis argumentis asseuerat: etiam apud lygureos aut thracas esse multis adytum libero consecratum: ex quo redduntur oracula: & in hoc adytu uaticinari plurio mero sumpto: uti apud clariú aqua potata effantur oracula.

Clarigare ad romanum pertinet morem: cum .n. uolebát bellum indicere: pater patratus i. priceps fæcialiú ꝓficiscebať ad hostiú fines & præfatus quædam solemnia clara uoce dicebat se bellum indicere: ꝓpter certas causas aut ꝙ nec animalia nec obnoxios ṙddiderát aut quia socios læserát: & hæc clarigatio dicebatur a claritate uocis postq̄ clarigationé fecerat: hasta in eorum fines missa indicatatá pugnæ pricipium hoc Virgilius tetigisse uideтur cum in nono ait. & iaculum torquens emittit in auras principium pugnæ. Ser.

Classes clypeatas antiqui dixerunt, quos nunc exercitus appellamus. Fe.

Classes ꝓ turmis equestribus a quibusdá: quæ classis habent. Virgilius æne. ii. Scio me danais e classibus unum, & in secundo. Classibus hic locus. S.

Classes equites dicunť. Virg. geor. ii. Classibus hic locus: & hortatiue classes. Vnde & eorꝫ turbas classica uocamus: & ꝑtes populi quæ quinq; fuerunt classes appellantur. S.

Classici dicebantur testes qui signandis testamentis adhibebantur. Fe.

Classici dicebanť non oēs q in classibus erant sed primæ tantum classis hoïes qui centú & xxv. milia æris ápliusue censi erát ifra classé aut appellabantur secúdæ classis cæterarꝫq; omnium classium: qui minore summa æris q̄ supra dixi censebantur: hoc eo scriptú notaui: quia in. M. Cato. oratione qua uoconiá legem suasit: quæri solet quid sit classis: qd ifra classem? Ma. de sa.

Classicos a classe quos iter cornu uocát: ut cú classes cōmitiis ad comitatum uocát. Varro

Classicum flexibilis est tuba, significat & soná ipsú quo modo ꝑ Vir. li. vii. ꝑ utroq; usurpatum est. Classica nāq; sonant tam enim tuba q̄ sonum significat. Seruius.

Classis procincta exercitus instructus diciť ut manifestum est. Ser.

Classis nauiú collectú: abusiue tamé pro una naui poniť. Hor. Me uel extremos numidarum in agros classe releget. Classis. n. dicta a κάλον. i. lignum: unde calones dicti qui ligna militibus portant: calopodia quoq; hic dicta. Ser.

Claua teli genus qua Hercules utebať. Fe.

Clauata dicuntur aut uestiméta clauis intexta aut calciamenta clauis confixa. Fe.

Claudeť & clauis ex græco κλείω καὶ κλεῖσ descenditcuius rei tutelá penes pōtinú esse putabant. quem clauim manutenere significabant; & deum putabant esse portarꝫ. Fe.

Claudere significat includere. Virgilius geor. libro tertio. aut intus clausos secum ad præsæpia seruant. No.

Claudere circum ire. Virgilius in buc. Claudite nymphæ dicteæ nymphæ nemorum iam claudite saltus. Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris Errabúda bouis uestigia. No.

Claudere rursus obsistere. Vir. lib. x. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Nonius Marcellus.

Claudiana tonitrua appellantur: quia Claudius pulcher instituit ut ludus post scæná collectus lapidum ita fieret. ut ueri tonitrus similitudinem imitaretur. Nam ante leues ad modum & parui sonitus fiebant: cum claui & lapides in labrum aheneum cōiicerentur. Festus.

Clauim consuetudo erat mulieribus donare ob significandam partus facilitatem. Fe.

Clausula quá græci περίοδον. i. uocant a breuitate & conclusione appellata. Fe.

Clauus ánalis appellaťiq figebať in parietibus sacrarꝫ ædiú per singulos annos: ut per eos numerus colligereť annorꝫ. Fe.

Clauus fustis gubernaculi. Vir. æne. clauumq; ad littora torquent. & Cicero in catone ma-

iore. Ille autem clauum tenens quietus sede bat in puppi. Ser.

Claustronius: uide & editimus. A g.

Cracentes graciles. En. succincti gladiis media regione cracentes. Fe.

Cratera est quam nunc situlam uocant Nean lycur. Nam & ludere lætanter inter se uidimus præter amnem cratere sumere aquam ex puteo. Varro de ui. pa. lib. ii. an sibaritaná prædam in qua sunt tripodes cratere. an antea populo nobili & tarentinorum. Cice. de deorum na. li. ii in medio quæ sinu fulgens crateræ lucis. No.

Cratera uasa sunt uini. Virg. æne. li. i. Crateras læti statuunt: & uina coronant. N.

Cratera: in multis enim uidetur commutatio ne terminationis genera quoq; esse conuersa: ut hæc cratera.

Cratera est non exiguæ magnitudinis sinus iter sinuessam & misenú: a miseno usq; atheneum coeuntibus promontoriis insinuatur super has rippas tota sita est Campania. Stra.

Crâtor solénis philosophus auditor xenocratis Palæmonis socius. Laer.

Crater cuppa grádis: & hæc cratera. T.

Crates atheniésis philosophus: alter thebanus maritus Hipparchiæ Metrodis sororé secundum Demetriú magnesium deposuit apud trapezitam pecuniam hac cõditione: ut si filii idiotæ eétis traderet: sin philosophi plæbi distribueret: alius orator. & alii plures: unde Laer. Tor.

Cratinus comicus uetus athen. T.

Crathis fluuius argiuorum a quo alius in Calabria qui facit pulchros capillos. Ouidius decimoquinto. Tor.

Crapula græce κρεπαλῆ. Tor.

Cratylus philosophus: cui Plato librum de significatione nominum inscripsit. Tor.

Crasis temperamentum: unde discrasia distémperamentum.

Crarippus philosophus peripateticus: secúdú Plutar. Tor.

Crateres uasa olearia. Vir. in buc. Crateresque duos statuam tibi pinguis oliui. Idem i æne. vi. fuso crateres oliuo. No.

Craticulum a græco κρατῖω deducitur. Fe.

Crasitudum fartum intestinum lucani dicũt Varro.

Crathis flumẽ aureos reddens capillos; a quo flumine (ut arbitror) stilla cratheis dicta est.

Crassescere crassius robustiusq; fieri: ut Pli. de leguminis inarmento & maturitate li. xviii. frumenta cum defloruerẽt: crassescũt maturanturq; tũ plurimũ diebus. xl.

Crassum positum pro hebeti & stulto. V. i sexagesi. senibs crassis humilis nõ uidimus qd fiat. Nonius.

Cecinunt. Varro in gerúto didascalo. utrum oculi mihi cecinunt: an ego uidi seruos i armis contra dominos. No.

Cæcum oculis non solum captũ: sed etiam insidiosum & occulte malum & latés & tacitũ quod ueteres existimauerunt. Vir. li. vi. Cæca regens filo uestigia. Nonius.

Cæcum ueteres pro improuido dixerũt. Var. de ui. pa. li. iii. Neq; id cæci consules fecissét quæ mandata arcana tam pio fecisset: aut di uidi cæcum magnum. No. ma.

Cedere secũdũ cõsuetudiné significat abire se patum: & locum uictori dare. Vir. lib. x. Conuenit euandri uictos decedere ad urbem. & li. v cede deo. Lucil. lib. xxx. quandoq; pudor ex pectore cessit. M. T. de offi. lib. ii. cui quidem exercitus nostri iperatoresq; nostri sæpe cesserunt. No.

Cedrũ arbor est: ex qua libri autore Vitruuio oleo cedrino tincti nõ timét nec tineas: nec catiem lemina in annalibus scriptum relíqt libros Numæ repertos: a Cn. Terétio sub ianiculo non fuisse consumptos: quoniam cedrati essét alii codices pliniani habér cærati.

Cedrus lignũ quod Home. thyon uocat a cure in delitiis habitum: ex cedro oleum nasci tur: quod conseruat cuncta a tineis & carie: unde & cedro digna locutus: uel de tabulis dicit quæ sunt ppetuæ: unde simulacra deorũ e cedro fiebat. Ma. dicit de cedro itellexisse Vir. cum inquit. fœlicis mali. Tor.

Cedere succedere. Virg. li. xii. Cesserit ausonio si fors uictoria turno. No.

Cedere dare. V. li. xi. Hæc omnis regio & celsi plaga pinea montis: Cedat amiciciæ teucrorum. & lib. xii. Aut habeat uictus cedat lauinia coniunx. Nonius.

Cedere discedere. Lucil. lib. xxviii. uel si aliqua opus sit forte si hinc aliquo cesseris. No.

Cedere obsequi. Vir. libro. iii. Cedamus phoebo & moniti meliora sequamur. & li. ii. Vestrum hoc augurium uestroq; in numie troia est. Cedo equidem nec nate tibi comes ire recuso. Nonius.

Cedere uitare. Vir. li. v. Celeriq; elapsus corpore cessit. Nonius.

Cedere incedere. Plau. in aulu. in hostem absolutus cedas Nonius.

Cædere excidere. Vir. geor. li. i. Cæditur & tilia ante iugo leui. Lucil. li. xxvi. lignũ cædat pensum faciat edis: uerrat uapulet. Mar. T. in horten. aut ibi idipsum peruei: tédum fuit qr tu ne attigisti quidem: aut eius partes quasi membra quædam cædenda. Nonius.

Cædere occidere uel mactare. Vir. in geor. nõ aliã ob culpam baccho caper omnibus aris.

Cæditur.& ænei.libro.v.cedūt uigiles.Var. in eumeni.maximum cedit ferro:sed cedere ulyssem cum bacca sylua cedit porcosq; ti u cidas.Nonius.

Cedere imolare.Plau.in au.cedendū conduxi ego illū.Vir.æn.li.iiii.cedit quinas de more bidentes.T.

Cedere frangere.Vir.geor.li.iii.Cedūtq; securibus humida uina.M.T.in uerrem actu.secunda.cedere ianuā saxis instare ferro.Luci.li.xxvii.cede hostium grato urge istam primus.Nonius.

Cedite significat dicite uel date: ab eo q cedo Neuius in lycurgo:pro industria cedite regē prognatum patre lycurgū.Ennius in me.sal uete optima corpora cedite manus uestras: measq; accipite.Actius i menalippo.aheneū aliquis in conspectum:aut nos ubi est ducite ad eum.Pacu.in atalanta.his nostrorum interfit cui signum datum est cedite.No.

Cædere cōmiscere.Lu.li.xxx.lana opus omne perdit:fullo tineæ omnia eedunt.No.

Cedo singularis est tantum numeri.cedite pluralis:salue saluete.& cedo porrigentis est manum:& cedo idem significat quod dic.Ter. in an.cedo cuium puerum.Do.

Cedo tibi & cōcedo tibi i.nō repugno tibi: fateorq; præteritū cessi.cedo te p flagello tecum ius præteritū est cecidi p flagellaui: & supinum cæsum.Cedo p occido:ut Cicero.cedit greges armētorum.unde cæsus est flagellatus esttam putatus uel occisus.Lau.

Cæsaria philippi ciuitas uersus Hierusalē:nūc Belsei castrum dicitur.

Cædicula a cædes dīminutiuū format nō cædecula.Lau.

Cedere est non solū succedere: sed & ferire cædendi causa:augere:deglabrare:subsecare est subsecuisse serra.non enim poterit cedisse intelligi qui serra secuisset.Pri.

Cedere diē significat incipe deberi pecuniam: uenire diē significat eū diē uenisse: quo pecunia peti possit:ubi pure quis stipulatus fuerit: & cessit & uenit dies ubi in diem cessit: dies nondum uenit ubi sub conditione neq; cessit neq; uenit dies,pendēte adhuc conditione.Vl.de uer.sig.

Cædere flectere procedere.Vir.li.xii.pars misse ferrum corripiunt cæsiq; ruunt.S.

Cædo nūq̄ diphthōgus mutat i præterito: ut hæreo hæsi:audio audiui:excepto cedo cecidi.

Cedria a cedo loca sūt alia serēda ut habeas uinia:alia utferas & accolas syluā cedriā.V.

Cedūt plectūt.Var.in pai mē.Cedit uelocibus in uenis mēbris leuis nitidis oleo.No.

Cellam a celando appellauerunt.

Celeratim celeriter.Sisen.hi.li.v.quo magis celeratim poterāt in insidiis suos disponit. N.

Celeres antiq dicebāt quos nunc eqtes a Celere interfectore Remi.qui in initio a Romulo his præpositus fuit.qui primitus electi fuerunt ex singulis curiis; ideoq; omnino trecenti fuere.Festus.

Celebrescat celeris fiat. Actius in diomede: & qualis fuerat fama celebrescat tua.No.

Cælestia auguria uocāt cū fulminat tonat.Fe.

Celerāter pro celeriter.Actius in antenoribus Se si quis hic qui ē matutinū cursum hic celetanter rapit.No.

Celere pro celeriter.Neuius in pau.Nūc te obtestor celere sancto subueni i ensore.En.sat. primo dum quicquid celere.No.

Celidonium ultimū est thauri promōtoriū in nostrum effusum mare.

Celius mōs urbis ē:a cele iubēno nobilissimo duce thusco dictus:eo q Romulo aduersus Latinū regē cū auxiliaribus uenerit inclytus insignis ē q i eo poeta Ennius habitarit.

Celticum promontorium hispaniæ: i oceanū procurrens.

Celebris & frequēs hoc differūt:dicimus locū frequētē quē multi frequētare solēt:aut habitantes:aut diuersantes:ut urbs frequēs:platea frequēs.Refert ad psonam:ut miles frequēs spectator præliorum.i.creber & assiduus in turba.Sic frequens populus uel senatus.i. copiosus:& multus in singulari cū collectiuo:cū exteris in plurali: ut frequētes aues.i. numerosæ:cū de loco dicimus passionem significamus:de psona uero actionē.Celebris uero passiue ponit tam ad rē q̄ ad psonā relatū:ut locus celebris q honestioribus uiris celebrat.homo celebris q cū honore colit. inde celebritas quæ tū hominū cœtū onerantum declarat; tū dignationē ipsā atq; ut qui ante oīa futurus orator cui in maxia celebritate & in media repu.uiuēdū est. Lau.

Cælebs non tam qui caruit semp uxore:q̄ qui nūc caret.inde celibatus.Lau.

Celarius.i.qui in eo præpositus est ut ratōnes saluæ sint.Vlp.de fun.insti.

Celtæ sunt galliæ populi ad Massiliæ ac narbonis mare:qui rupē calpes aliqua ex parte attingūt secundum Cæsaris diuisionē: ut augustus celtas prouinciæ diffiniuit.Sunt proprie celtæ quos narbonēses dicimus . Celtæ separ a belgis fluuio garūna & sequana.Sunt enim celtæ a pyreneo usq; ad sequanā . Stra.

Celox genus naiculæ modicissimæ:quam uā plū dicimus.Apule.in li.de rep.iquit:q celocem regere nequit:onerariā petit. Ful.

Celer celerissimus Marcus attilius dixit in iliade:celerissimus aduolat hector.celer etiam

fœmi.dixerunt ut li.in odyſſe. & celer haſta uolans perrumpit pectora ferro.
Celeruſculus diminutiuú.celeruſcula protulit.Ci.ad pre .
Cælibes gabinius ĩquit:ueluti cælites ꝙ hono re grauiſſime uacet: idq; græco argumento innuit:eadem de cauſa dici affirmat.
Celius mons a celio rege thuſcoꝝ:qui cum in auxilium ueniſſet Romulo contra Latinú: (ut Varro ſcribit)mortuos in eo colle eſt hu matus:qui cum eo uenerant thuſci in planú deſcendẽtes uicum tenuerunt: qui Thuſcus dictus eſt.
Celeuſma clamor nauticus & hortatio.
Celius:modeſtus inquit:quia ei Saturnus teſti culos abſciderit:hoc nomine appellatus eſt: & uxore caruit.
Cælene urbs:hactenus phrygiæ caput:quã ali qui lydiæ propter propinquitatem dixerũt: ubi Marſya ſepultus:& flumen iuxta marſya oritur:ubi marſya excoriatus eſt.propiquus etiam Gallus fluuius: de quo qui bibit inſanit.Tor.
Celeno una ex harpyis: quæ ſignat atrũ & tenebroſum.Tor.
Celte tertia pars galliæ:qui uenientes ad Iberũ hiſpaniæ:celtiberi dicti ſunt.Tor.
Cibũ appellãt ex græco κιβωτιον: q̃ illi peram in qua cibũ recondunt appellat. Fe.

Cicatricare cicatricem inducere. Festus.

Cicindela genus muscaꝶ quod noctu lucet uidelicet a cauda: unde etiam cãdelabra putãt appellari.

Cicuma auis nocturna. Festus.

Citior comparatiuum a cito. Plau. nullam ego citiorem apud homines esse: q̃ famam reor. Festus Pomp.

Ciceronis fons haud longe a puteolis est calidas emittens aquas: quæ ægris oculis plurimum cõferũt: & ideo Ciceronis uocatur: q̃ in uilla eius quam academiã uocauerat: ea in uia quæ ab auerno lacu fert puteolos ẽ: nec tamen eo uiuente fons erat: sed breui interposito post eius necem ipse illam: Antistio ueteri possidente: eius in parte prima prorumpit. quem etiam libertus. Tullius unus ex libertis olim Tullii carminibus celebrem reddidit. Plinius.

Cicercula nomen leguminis. Lau.

Cicuris qui ex fera domesticus est factus: ut aper: ceruus: capreolus: damaleo. i. qnicq̃d cicurari potest: quod significat mãuefieri: q̃d enim a fero discretum est: id dicitur cicur. i. de cicur ingenium & mansuetum: a cico dictum cicur dictum est. Cicum enim dicebãt membranam tenuem: quæ est malo punico discrimen. Var. & Cice. Nam aliæ sunt feræ: aliæ sunt cicures: aliæ natantes aliæ uolucres

Lauren.

Ciconiæ: neq̃ enĩ ciconiæ & hirundines: quæ in italia pariunt ĩ omnibus terris pariũt: nescitis palmulas caricas in syriam parere ĩ italiam non posse. V.

Cicum membrana pellis maloꝶ punicorum: Festus Pompeius.

Cicuta est quod inter cannarum nodos. Virg. in buc. Est mihi disparibus septẽ compacta cicutis Fistula. Ser.

Cicures: Cice. tuscu. libro. v. partim soliuagas: partim congregatas in amnes altas quosdã: ut cicures: nonnullas abditas: terraq̃ tectas. Nonius.

Cicurare apud Pacu. nulla res neque cicurare: neq̃ metiri potis est: neq̃ reficere. Cicurare mãsuefacere: quod enim discretum id dicit̃ cicur: & ideo dictum cicur ingeniũ obtineo . i. mãsuetum: a quo cicuri quoq̃ nobiles cognominati cicuri: id natum a cico. Varro.

Cicones populi thracũ iuxta hebrum: quorũ fœminæ spræte orphea dilaniarunt.

Citesus fluuius. Homerus in hymno Apollinis. Tor.

Cyclades insulæ in ægæo: quia in cycli forma disponuntur ut Solinus & Ser. quia lõgo ordine circuiri eas necesse est inter has myconæ & gyarus.

Cyclas uestis rotunda. Iuuenalis.

Cyclas uestis muliebris in rotunditate forma ta: cuius meminit Plautus.

Cyclas genus lini tenuissimi: quo uestes cõtexebant̃. Iuue. tenui in cyclade sudant: cyclos latine dicitur limbus.

Cyceon potõis genus: quo heroes in bello troiano utebantur.

Cyclius pictor eximius tempore euphranoris cuius tabulam cum argonautis Hortensius emit talentũ. xliiii.

Cyclopes circulatoris oculis gigantes in sicilia iuxta ætnam uno oculo in fronte; & cyclopas dicit Virgilius propter uersum: imo q̃a accusatiuus est græcus: & utrũq̃ recte dicis.

Cycnus a græcis dicitur. latini de more mutãtes c in g cygnus dicunt.

Cygnus audito interitu phaetontis dolore in auem sui nominis conuersus est. Cygnus autem ante q̃ moriatur suauissimum cantũ emittere dicitur: ea de causa dicatus est phœbo deo uaticinii (ut scribit Cicero) Martialis Dulcia defecta modulat̃ carmina lingua: Cãtator cygnus funeris ipse sui. Pli. hoc fabulosum putat.

Cilices populi Asiæ minoris ad taurum montem crocum habent præstantissimum: ad id antrum maxime quod corycium appellant: unde crocus corycius. Pli. & Strabo testes.

Cydna idē areas est appellata & aletes (ut scribūt græci) unde modiciđn appellati sunt: ut phrygii a phrygia: quod testaf Iulius pollux.
Cydarum genus naniculæ.
Cyclades dictæ sunt: non quia in rotunditate sunt: sed q longo ordine eas circuire necesse est: uel propter promontoria: unde & Virg. sparsasq; per æquor cyclades dixit.
Cicum dicebant membranam tenuem: quæ est i malo punico discrimen: a quo etiā Plautus dicit q uolet densum ciccum non inter duo. Var.
Cydnus fluuius ciliciæ non habens certam originem secundum Solinū: alii ex tauro: alii ex aluo coaspidis dicunt nasci: diuidit tharsū Alexander ibi se abluit. Tor.
Cydippe nympha secundum Vir. iiii. geor. Et puella apud Ouid. Tor.
Cydon ciuitas cretæ a Samiis ædificata in cuius agro spicula harūdinea nascebātur secūdum Virg. & nomen proprium longam habet primam. inde cydonia mala: idest cothonia. Tor.
Ciere nominare. Fest.
Cylene arcadiæ mons est solum natale mercurii minister nuncii.
Cyllenius: idest mercurius dictus: q omnē rē sermone sine manibus conficiat: quibus partibus corporis qui carent uocātur κῦλλοι. idest mutilati: ideoque quadratum eum finguntur: alii uolunt sic appellatum: q i cyllenia uia sit nutritus: alii q i mōte arcadiæ cyllene: alii q a cyllena nympha sit educatus. Fe.
Cillere mouere. unde & furcillæ: eo q his frumenta cilleantur: idest moueātur & ciris formæ & arbori suspensa & mota ossilla dicta sunt. Vir. geor. iii. Ossilla atq; alta suspendūt mollia pinu. Ser.
Cillibæ mensæ rotundæ. Fest.
Cylindrus lapis teres in modum colūnæ ad aream æquandam: qui e uolubilitate nomen accepit. Nā κυλίω græce uoluo latine. Vir. primo geor. Area cum primum est ingēti æquanda cylindro. Ser.
Cillibam mensam quadratam appellant escariam: quæ etiam nunc in castris a cibo cilliba dicta: postea rotundæ factæ & q a nobis media: & q a græcis mēsa dici potest: nisi q etiam ponebant plæraq; in cibo mensa. V.
Cyllenius mons Arcadiæ celebris natiuitate. Mercurii.
Cilones dicuntur: quorum capita oblonga & compressa sunt. Chilones autem cum aspiratione ex græco a labris improbioribus: quæ illi χεῖλε uocant: unde & pisces improbius labrati chilones dicuntur. Se.
Cylindri capilli omnes sunt fastigiata longitudine in speciem cylindri idest colūnellæ formati.
Cilix apud cilices & syrios capellæ & hirci uestiuntur uillo consimili: unde uestes fiebant quas nunc cilicia appellamus.
Cylindrus lapis est rotūdus: cylindrum super spacia terra prona atq; diruta: si iacias causā quidem ei & initium præcipitandi effeceris: ille præceps uoluit: non quia tu id iam facis sed quia ita sese modus & formæ uolubilitas habet: & est præciosus lapis. Iuuenal. Tu nube atq; tace donant arcana cylindros.
Cilicia in minori asia syriæ proxima: subiecta tauro a cilice Agenoris filio.
Chiliarchus qui mille sub se habet.
Cilicrantes populi prope heracleam ab Hercule constituti: composito scilicet nomīe a κῦλικος p poculi genere nos calix quasi chersydros: sed potius diuersæ sūt species malar gumentas Herculem fuisse in Vltibolum. ; Herodotus.
Cylindrus quasi uolubilis. Seruius chelydros dicit.
Cylindrus lapis præciosus teres & oblongus: uarii coloris a κῦλιω græce: unde columna qua æquatur area.
Cilla urbs ætoliæ.
Cyllarus equus pollucis castoris fratris: unde ad differentiam. vi. ingentem dixit.
Cyllarus hic castoris equus fuit expssus i æde castoris: quæ offi. prio rostris.
Cyllene mons arcadiæ: a quo cyllenius mercurius ubi natus. inde cyllenis patronymicum dixit.
Cilicia texta de pillis i castrorum usum atque naturam erat. Asco.
Chilo dicitur cognomento a magnitudine labrorum aspiratum.
Cilium est folliculum quo oculus tegit: unde fit supercilium. Fest.
Cymbam sabini uocant eam quam militares lecticam: unde uidetur deriuari cymbam cubiculum esse. Fest.
Cymbam græci dicunt κῦμβιον. Fest.
Cymbalissare cymbala quatere. Cassi. emi. lib. iiii. Mulier cantabat tibiis phrygiis: & altera cymbalissabat. No.
Cymba nauis piscatoria. Affra. in excepto. tū conscendo cymbam inter ibi lucus piscatoriam remo iaciunt anchoram: inhibent leuiter. M. T. de offi. libro. iii. cymbarum āte pedes multitudo pro se quisq; quod cœperat afferebat. No.
Cymbia. Virgilius libro quinto. Cymbiaq; argento perfecta atq; aspera signis. Varro de ui. pa. li. primo. Itē erant uasa uinaria scyphi cymbia aqlinæ pateræ gutti sextarii. No. M.

Cimbri rhenum transeuntes ubi postea ad ad tatici incoluerunt citra id flumen omnem galliam uexando & occupãdo solis belloua-cis resistentibus: iterq; per galliam prouĩciã Romanorum facientes in italiam contéde-runt. hos memorat Lucanus in primo: quos a Dacia: que daunia dicit̃ uenisse opinio est.

Cimmerica oppida in bosphorũ myrmetion: pãticapeũ theodosia hermisũ ĩ euxinũ mare taurici super hos sinus portuosus: & ideo ca-los limen appellatus promõtoriis duobus ĩ-cluditur: alterum criu metopon uocant catã-bico: quod in Asia diximus: patet aduersum parthenion: alterum oppidũ adiacet cero-ne a diana (si creditur) cõditum & nympheo specu: qđ in arce eius nymphis sacratum est: maxime illustre subit tum rippã mare: & do-nec quinq; milia passuũ absit a mæotide re-fugientia usque subsequens littora: quæ fa-tarchæ & taurici tenent: peninsulam reddit qđ inter paludẽ & sinũ est chatare nomina-tur. Pom.

Cinos & calioros urbes in Locride. Pom.

Cymas insula mariandino℞ finibus proxima urbem habet quam quia bithynin incolunt bithynida appellant. Pom.

Cyminum enim contrarium sanguini: quo ac-cepto lebescit sanguis nascitur pallor. unde horã si pallẽnẽ casu: biberent exangue cymi-num.

Cynnamum in æthiopia nascitur troglodytis cõnubio permixta: inde mercantes uehũt p maria ratibus sine remis & uelo: solisq; uen-tis a mari deferuntur: tandem in portum ge-banitæ ocillam nomine uix quinto ãno na-uigatio perficitur.

Cimerios ephorus (autore Strabõe) scribit ha-bitasse sub terranea domicilia iuxta baias: quæ achilias appellabant: ibi fiebãt sacra plu-tonia: dabãturq; ab his responsa: atq; inde fi-ebant quæstum: conueniebãt aduenæ aliqđ audituri dicebantur in cauernas illas: q̃s nec oriens nec occidens sol aspiciebat (ut scribit Homerus) hi a rege deleti sunt: cum oraculi fides parum successisset.

Cymetha nomen capræ apud Theocritum.

Cymbrica hodie dacia uocabatur.

Cymbia poculum in modum cymbæ facta. i. nauiculæ. Virg. æne. lib. iii. Inferimus tepido spumantia cymbia lacte. Ser.

Cymbium dictum: quia eius mediũ æque pa-tet ĩ omnes partes. quod genus a geometris κύβος dicitur. unde etiam thesselæ quadra-tæ κύβοι hic & cymbios genus piscis: quia piscantes id genus piscis uelut aleam ludunt Festus.

Cymbium poculi genus: quod græ. κυμβίον nominant. Alii dicunt modum esse tunicæ muliebris: quo cõnexa circa ceruicem tuni-ca submittitur. Festus.

Cymbri ea regio germanorum: quæ ad aqui-lonem uergit ad oceanum pertinet: cognit sũt qui ab exitu rheniusq; ad albin initium capiunt celeberrimi & cimbri. Strabo libro septimo.

Cimbri lingua gallica latrones dicuntur. Fe.

Cimerii dicuntur homines qui frigoribus oc-cupatas terras incolunt: quales fuerũt inter baias & cumas: in ea regione in qua conual-lis satis eminenti iugo circũdata est: quæ ne-que matutino neq; uespertino sole contegi-tur. Festus.

Cymba antiquitus cumba: nauiculæ genus.

Cymbala instrumenta in sacris matris deũ cũ tympanis eo℞ q̃ sonitu clypeo℞ & galea℞ iuppiter in creta tutatus sit. & cymbalistria: quæ cymbalum pulsat.

Cymbium poculum ad cymbæ similitudinẽ.

Cimbri qui nũc flãmingi germani: lingua gal-lica latrones: qui inundatione oceani fugati in italia in campo raudio a Mario deleti sũt

Cyminus lacus italiæ: a cymino monte quidã dici putant: qui ex uecte ferreo iacto ablato ab Hercule scaturit.

Cimmerii populi ĩ asia amazonibus proximi qui ex ultimo occidenti uenerunt secũdum Home. x. ody.

Cymolia creta uestibus & medicamentis apta & a κύμωλι. cimæ nomẽ assumpsit.

Cymodoce nympha oceani & tethyos filia.

Cimon athen. Miltiadis filius: hũit filios Stesa-goram & Miltiadem lusticiam inupum di-cunt: quo qui tingebatur ocius facies.

Cymetam uocãt ãtiqui uas quoddã quod op-tum ĩ nuptiis ferebãt: ĩ quo erãt nubẽtis utẽ-silia: quod & camillum dicebãt eo q̃ sacro℞ ministrum καμιλλον uocãt. Fe.

Cyminum ex græco κύμινον . . . fluctuo.

Cymothohe deæ nomẽ est: sic a causa ficta. est enim θηο curro & κῦμα fluctus. Ser.

Cynicus agnomen philosopho℞ sectæ: cuius princeps Antisthenes: uel a cynosarche gym-nasio: uel a canibus: qui ut mordaces sũt: ita illi cõtra uicia: uel quia sine uerecũdia pudẽ-da exercebãt: ut Crates Thebanus cũ uxore hipparchia uacabãt soli morali philosophiæ de quo Lae. mul.

Cynthos mons deli: ubi Apollo & Diana nati altissimus: unde Cynthius Apollo. Vir. etiã pro octaui in sileno. T.

Cynthia diana. Propertius amicam suã ita uo-cauit: quæ hostilia dicebatur.

Cincinni ĩtorti: quia ad locũ capiẽdum tẽdũt appellati. Festus.

Cinctus & cingulum a cingendo: alterū a mulieribus attributum. V.
Cincta flaminica ueste uelata. Fest.
Cingulo noua nupta præcingebatur: q̄ uir in lecto soluebat: factū ex lana ouis: ut sicut illa domus sublata cōiuncta inter se sit: sic uir suus secum cinctus uinctusq; esset hunc herculaneo nodo uinctū uir soluit hominis gratia: ut sic ipse fœlix sit in suscipiendis liberis ut fuit Herculanus: qui septuaginta liberos reliquit. Festus.
Cingulum a cingendo: quod in cingulum plærūq; dicitur. Var. in gerūto dida. Nouus maritus taciturus taxim uxoris soluebat cingulum. Nonius.
Cingulū generis neutri est hominū: nā aialiū fœminini generis est: & cīgulas dicimus. Se.
Cinefactum in cinere dissolutum figuratio ut tepefactum & labefactum. Lucil. libr. iii. Ad nos horrifico cinefactū te prope cubet. No.
Cinædulis Scipio afri. æmilianus in oratione contra legem iudiciariam. Thyberii gracchi ut ducēter præstigia ihonestas cum cinædulis & sambuca psalterioq; erunt in ludum histrionum discunt cantare: quæ maiores nostri ingenuis probis dicier uoluerunt. Ma. de fa.
Cinabari græ. latine cinabaris & cinaberi ut pi pari nos piper. Quidam minium dicūt: quo tingebatus iouis facies diebus festis secūdū Pli. nam fortasse Vir. minioq; tubentem: sed aliud minium: aliud cinabrim Plinius dicat xxxii.
Cinædus puer ad patiēdum aptus: a κινέω .i. moueo uel experior. & τεαιλοια uerenda: ut inter socraticos notissima fossa cinædos hæc est: q adolescentes bonis moribus a Socrate instructi scelestos uitabant: ut uiatores fossam. T.
Cynægirus athen. Euphorionis filius. He.
Cynætha capra quædā uel bucula apud theocritum. T.
Cinyrhas Paphi filius rex Cipri: q ex filia myrrha adonē genuit: alter rex assyriorū in lapidem uersus ob filiorū infortunia. T.
Cynosema in hellesponto tumulus hecubæ siue ex figura canis: in quam conuersa tradit: siue ex fortuna: in quā deciderat humili nomine accepto.
Cyparissius fluuius inter tænaron & acritam & Icthim in ipso tænario neptuni templum & specus illi: quem in ponto acherusium diximus facie & fabula similis.
Cynthius & eurotas amnes in laconia. Pom.
Cinis fluuius ex monte caridon (ut Herodotus scribit) inter duas syrtes labitur.
Cynici a cyon quod canē significat dicti sunt: nā canino ritu cōtempta hominū opinione sola naturæ necessitatis contenti uidebant sordidi.
Cinyphus nam excogitatum est putamina testudinum in lamias secare lectosq; & repositoria his uestire: qd Arulius pollio primus docuit sagacis ingenii ad luxuriæ instrumēta angustatorium intelligit: quod ex putamine testudinū cōstabat: tuittebaturq; in saturnalibus.
Cinyps cuius genitiuus est cinipis: ut cyclopis sed cinyphis inter duas syrtes fluuius: autores sunt Herodotus & Plinius: qui ex rumulo labitur: quem cariston appellauit: ibi sunt magni hirci. unde dicunt hirci ciniphii: imo a fœtore sic appellati: quod ea loca ut hirci fœtorem exhibent. ideo Virg. in geor. cinyphii tondent hirci inquit.
Cyneas quidam cinneas: thessalus pyrrhi amicus admirandæ memoriæ: Plu. & So.
Cinyps fluuius garamantum: a chantone colle in libycum mare iter duas syrtes cadit: habens hircos maximos: unde Cinypii cognominantur. Hero.
Cinnamomum fructetum in æthiopia: nō excedens duas ulnas.
Cinnamum similis arbuscula in æthiopia.
Cynomaia canina musca. T.
Cynocephali bestiæ similes simiis præter capita canina humanam speciem deferentes i æthiopia: uiolenti ad saltum feri morsu: de q̄bus puto Ouidium sensisse in primo. Persusam multo natorum.
Cynocephala ea herba ut caput canis: ægyptii ositen uocant: de qua Pli. iii.
Cynoglossa lingua canis herba. T.
Cynothodos rosa siluestris: sed canis interpretatur: quare autem uide Pli. viii. Fuit ex ideis & nutricibus iouis: a qua i archadia usbs & portus a ioue i cælum locata: & dicta minor ursa. T.
Cynedi dicti sunt apud ueteres saltatores: uel panthomimi. Plau. in au. Ita fustibus submollior magis q̄ ullus cynedus. Idem i sticho. lepidam & suauem cantationem aliquam occupato cynedicam. Lucil. sa. li. i. Stulte saltatum te inuenisse cynædos. Var. honos lyras merentis ut getus ac demissior pbādus. N.
Cingulos appellabant homines qui in his locis ubi cingi solent: satis sunt tenues. Fest.
Cynthius apollo a cyntho deli monte appellatus. Fest.
Cynthia propertii amica pprio nomie hostia dicebatur (ut Apuleius tradit).
Cynthia locus romæ ubi cinthorū monumētum fuit. Festus.
Cinxiæ iunonis nomē sanctum habebatur in

nuptiis; quod initio coniugii solutio erat cinguli: quo noua nupta erat cincta. Fe. Pō.

Cyprius uicus quoniam sabina lingua significat bonum & sabini illic habitarūt: tamen a bono omine cypriū appellarunt: idem sceleratus dictus est quod tullia carpento super ora mortui patris ibi inuecta sit: in eo florales erant ludi: spectat autē capitoliū uetus.

Cyparisse dicuntur ignes prodigiosi similitudine cupressorū. Fest.

Cyprestes Athenis mirabilis horologii artifex Varro.

Cippi pomœrii stant: & circum ariæ quædam & circum Romam. Varro.

Cypria uenus: q ei primū in cypro insula templū sit cōstitutū: uel qa parentibus præsidebat: quod græce κύπειν parere sit. Fest. Pom.

Cyprio boui merendā. Ennius sotadico uersu cū dixit: significat id quod solet fieri in insula cypro: in qua boues humano stercore pascuntur. Idem cum dicit: propter stagna: ubi lanigerūq; genus piscibus pascitur: esse paludem demonstrant in qua nascuntur pisces similes ranunculis: in quas oues consecratæ edunt. Festus.

Cyparissus & cupressus fabula nota arbor: cæsa nunq̄ repullulat: unde inferis sacra: & ante domū in funestam ponebat': ne quis imprudens ingrederetur & pollueretur. de hac Pli. plura lib. xvi. & cyparissus urbs achaiæ. Home. & Pli.

Cyprus insula in carpathio mari īter ciliciā & syriā diues: luxui dedita: unde ueneri sacra & arbor odorata in ægypto: foliis & semine coriandro similis. Pli. xii. circa finē. Quidā putāt quam ligustrum uocamus: primum eius cyprianus: & nomen proprium.

Cyphus genus poculi quo in sacris utebantur qui & scyphus etiam dicitur. T. at cyphus aliud est.

Cypselus pater Periandri: corinthiorū tyrāni.

Ciranus lycius Sarpedonis comes: ab ulysse interfectus. T.

Cippus est lapis sepulchri: aliq̄do p sepulchro

Cypros insula in sinu quem maximum asia recipit prope media ad ortum occasumq; se immittens recto iugo inter ciliciā syriāq; porrigitur ingens: ut quæ aliquando nomen regno cæpit: & nūc aliquot urbes ferat: quarū clarissime salamis & paphos & quo primū ex mari uenerē egressam accolæ affirmāt. Pō.

Cyrenem therei condiderunt: qui olim ex laconia uenientes theram tenuerant insulam: quæ dicta est calisto: callimachus nomie calisto fuerat: postmodo Thera dicta fuit: telluris urbis origo meæ: idest cirenes quam battus ex progenitoribus callimachi cōdiderat

equos alit optimos & fructus fert Silphium in primis: meminerunt Hero. Pli. & Iustinus

Cyrus & cambis amnis post scythicum sinum ex radicibus corsici montis uicinis editi: & in diuersa abeunt per quæ hiberos & hircanos diu & multum distantibus alueis defluunt: post non longe a mari eodem lacu accepti in hircanum sinum uno ore perueniunt.

Chirographum alicuius de quo agatur manu scriptum.

Circus flaminius quid est q dictus ē: an q flaminius quidam priscus cum ciuitati agrum reliqsset equestribus ludis eius fructu & uectigalibus utebantur: nam cum pecunia superesset: uiā quoq; flaminiā muniērunt.

Cyrenaica prouincia est a philenis aris āmonis oraculum fidei inclytæ: & fons quē solis appellant: & rupes quædā austro sacra.

Cyrene unde terris nomen est ī littore carthaginensi promōtoria hæc sunt zephyrion: & naustathinos portus paretonius: Vrbes hesperia apollonia ptolemais arsinoe.

Circius in Narbonensi prouincia clarissimus uentorū est: nec ulli uiolentia inferior. Plinius libro secundo.

Circes solis & Persæ filia dicta est: q̄uis Diodorus præter Homeri & apollonii sentētiā circem filiam œtæ & hecates fuisse tradat.

Cirrati pueri propter lunæ cursum uitandum pueris.

Ciri consecrati certis numinibus dicebāt'.

Cirrati pueri capillati: uel usq; ad certā ætatē.

Circæi ubi circe homines in feras uertere dicebatur: nam circe cum Sarmatarū rege coniuge interfecto migiaret expulsa ob crudelitatem in socios ad desertam quādam oceani insulam diuertit: quod nonnullos sensisse refert Diodorus: ut alii tradunt quædā: historiam secuti montem ī campania tenuit: quē ab eius nomine circæum appellarūt & eādē diuertisse in insulam oceani; putarunt q decepti sunt falsa carminis homerici interpretatione. Nam ubi ille Circes & Circæi meminit ī odyssea mare tyrrhenum quo alluit' oceanum frequenter appellauit: mons autē (ut ait Strabo) pluribus radicibus abūdabat: habebat circes sacellum Mineruæ aram.

Cirrha urbs uetusta iacebat iuxta delphos: unde ascensus ro introiebat phœbo sacra: unde cirrhæus dictus est phœbus: ut cirrhæi spicula uatis.

Circanea dicitur auis: quæ uolans circuitū facit.

Cirenæum promontoriū in asia minori haud longe a monte. Mina.

Cirra mons est phocydis: seu uertex alter parnasi montis: in quo olim celebre toto orbi

oraculum fuit Apollinis.

Ciren fluuius est hispaniæ: qui alio nomie bethys dicitur.

Cirta massiliensium fluuius est iuxta urbẽ Agatam.

Cyrus fluuius est ex radicibus montis coraxici protũpens: haud lõge a cambyso: & postq̃ distantibus alueis hiberos hircanosq; circuiuere quasi ex composito: haud longe a mari lacum influit: & in sinum hircanũ uno currunt alueo.

Cyrenæum mare thusci maris pars est ab insula cyrne: quæ postea Corsica a muliere ligustica: quæ illam primo incolunt dicta est.

Circunspectus non qui circunspicitur: quem cõspicuum appellare solemus: sed qui circũspicit: & in omnem partẽ more iam spectat: hoc est sagax & prudens. Lau.

Circiter ad tempus: ut circiter Kalendas Ianuarias: sed frequentius ad numerum: ut circiter decem miliariorum. Aliquando ad locũ: ut Cassius Emina lapidem fuisse quadratũ circiter in medio aræ iunctum calendis. La.

Circunsisto: circũsto differunt: sed primum ꝓ circundo: alterum pro inuado & irruo: & quasi territicatione aggredior. ut Virgilius. Circunstant animæ dextra leuaque frequentes Non nunquam terroris auferendi gratia: ut Cæsar in commentariis. Siquis grauiore uulnere accepto defierat circũsistebant: hoc est iacentem exhortabantur arcentes tela: Interdum pro circunsto: ut apud eundem & mercatores in oppidis uulgus circunsistat.

Circuitores uulgo appellamus: quibus uestiarii uel lintearii dant uestem circũferendam & distrahendam. Vlp. de iusti.

Circulatores qui serpentes circunferũt & præponunt: si cui ob eorum metum damnũ datum est pro modo admissi puniuntur. Pau.

Chirographum qui legat: non tantum de tabulis cogitat: sed etiam de actionibus quaꝝ probatio tabulis continetur. appellatione enim chirographi uti nos pro ipsis actõnibus palam est: quo modo uenditis chirographis intelligimus nomẽ uenisse. quin etiam si nomen quis legauerit id quod est ĩ actionibus legatum intelligitur. Iu. de legatis.

Circæum latina ciuitas littoralis post antium stadiis ducentis & nonaginta: mons mari & paludibus instar habens insulæ habet & castellum & circes sacellum & mineruæ aram & quandam Vlyssis patriam monstrant. St.

Circum & præpositio & aduerbium est locale: ut Vir. iiii. æneι. Anna uides toto properari littora circum. Pri.

Circa pro iuxta accipitur: ut circa templũ. inde componitur quocirca: & est cõiũctio causalis: dicimus circuncirca teste Donato in arte.

Circiter pro iuxta accipitur: solum pertinet ut circiter Kalendas. Pri.

Circum pro decipi.

Circius: sunt porro alia quædam nomina quasi peculiarium uentorum quæ ĩcolæ in suis quisq; regionibus fecerunt: aut ex locorum uocabulis in quibus colunt. Nostri nãq; galli uocant flamina ex sua terra: quæ scæuissimum patiuntur circium' appellant a turbine opinor ac eius uertigine. A. G.

Circum: circa: circiter: hoc differunt: q͂ circum loci est: ut circum theatrum: circa temporis: ut circa Kalẽdas: circiter numeri: ut circiter horas decem: nec aliter dicturo inueniatur: nisi licentia dictum inueniatur. Seruius.

Circe solis & Persæ nymphæ filia: quæ ĩ campania in monte a se circæo dicto habitauit: ubi urbs circæi in plurali: ut gabii Vulsinii. de quo Seruius. vii.

Circus a circũeo: non a κύκλος græce: cũ nõ scribatur neq; circum: neq; circuitus & similia: sed a circũeo dicitur. unde circenses idest circumenses. Nam antefacta spectacula iter enses locus uirentibus agebant: & medio ĩ loco munera ponebant. ꝗequi uero iunctis curribus a circi carceribus discedẽtes ex uno latere recurrentes ad primam metam reducentur. Nam circus oblongus in hemicycli speciem desinebat: ubi reuoluebantur equi: & ibi insurgunt gradus qualem Virgilius descripsit in quinto. Hic pius æneas misso certamine & cæ. Qui & cauea uocabatur. Ser. uidetur caueam & podium idem signar: sed potius in podio ipsi gradus sunt cauea in circo. In cuius medio & obeliscus & sepulchra nobilium ponebantur: circum quæ equi decurrebant. Vocabatur etiam circus stadium & locus ubi currebatur curriculũ stadii. Locus ubi equi mittebantur oppidum. Neuius dixit secundum Varro. Inde carceres q͂ equos coerceãt. Tres circi Romæ fuisse legimus: maximum flamineum qui & Apollinaris: & tertium Neronis ĩ Vaticano in maximo loca diuisa patribus equitibusq;: ut spectacula sibi quisq; faceret fori appellati. Liuius. i. ab urbe cõdita. Seruius dicit foros tabulata nauium q͂ icessus feratur quod Liuius sentire uidetur de circis. Vide Plinium xxxvi. & Tacitum. Circus maximus postea a Cæsare extinctus habuit uicinam ædẽ Veneris a Fabio gurgite ex mulratitio ære aliquod matronarum damnacarum stupro cõstructam ædem cæteris iuuentutis. a Cn. Licinio duumuiro dicatam mercurio secundũ Ouidium de fastis: & columnam marmoreã

post summum circum ad quam ituri ad bella ad eam partem hastam proiiciebant secūdum eūdem. Item templum Herculis Sylla iussu Sibyllæ constructum aliud in foro boario: quo nec canes nec muscæ ingrediebāt: quia post ualuas locata erat claua qua Cacū occiderat: quam timebant canes. flamineus dictus quia in pratis flamineis est ubi ædes Apollinis. Vnde etiam apollinaris: in quo apollinares ludi. de quibus Macro. cuius rem plū Adrianus primus apollinari martyri cō secrauit præsuli rauēnati. T.

Cercopythecus simia caudata: puto Gattum maimonium.

Cyrus rex Persarum: de quo Iusti. in prio quasi Kyrios. i. dominus. Tor.

Cyrillus proprium uiri.

Cyrrha mons seu collis Parnasi. alio noīe helicon. Apollini sacer. inde cyrrhæus.

Circerus nauis est asiana pergrandis. Plautus ī stycho. cum percontor portitores: ecque nauis uenerit ex asia: negaut uenisse conspicatus sum interim circerum: quo ego me maiorem non uidisse censeo. Lucil. saty. lib. xiii. uerum flumen uti atq; ipso diuortio ligneis pedibus circerum concurret equis. Idem in nono Ad regem legatus rhodum & bacanā & Babylonem ibo circerum summam. No.

Circenses ludi ex curruum certamine cōstituuntur: sic dictuq; in littore fluminum agerētur. in altero latere positis gladiis ut ab utraque parte esset ignauiæ præsens periculum. Vnde & circenses dicti. sunt q exhibeantur in circuitu positis ensibus: licet alii a circūeūdo dicūt circenses uocari. hos ludos īsinuat Virg in. geor. Centū quadriiuges agitabo ad flumina currus. Ser.

Circites circuli ex ære facti. Festus.

Circūluminium ius prædioꝝ. Festus.

Circūferre proprie lustrare. Lucil saty. libi. secūdo. Tu facto omnia sum circūlatus. Plau. in amph. Iube istam pro cerrita circunferri. Vir. li. vi. Idem ter socios pura circūtulit unda. Nonius.

Circus ludorum locus & spacium. Virgi. æne. .ii. Munera principio ante oculos circoq; locant. .S.

Circus & globus in hoc differunt: q circus est planicies rotunda: ut circuitus. globus soliditas ubique rotūda: ut est sphæra & staminū glomera. Tullius de natura deorum. Cumq; duæ formæ præstātissimæ sint ex solidis globis. Sic enim sphæram interpretari placet. Ex planis autem circus aut orbis. Vir. in. v. Mediaque in ualle theatri circus erat. Lucētēq; globū lunæ titaniaq; astra Spiritus intus alit No. Mar.

Circus dicitur quod circum moetas pompa ferebatur & equi iungebant: ut ait Varro.

Cista uas in quo panes seruantur & obsonia Horatius. aut cistam effractam & subductā uiatica plorat.

Cirbas sacerdos pinæ urbis conditor occasionem rhodus pbuit ut uulgarent corybātes dæmones esse quosdā Mineruæ & solis filios & saturni alii Iouis & aliopes & abisse in samothraciam: quæ quondā milita dicebat profectosq; bactriana: uel ex colchis: ut nonnulli affirmant eosdem cum curetibus hecates ministris Scepsius putat corybantes esse curetes: qui ad sacra ab elisis admissi sunt casti & puriilliceq; saltant armati ita appellati a iactatione capitis: quod choribam dicunt græci: hus betarmonas homerus uocat. Strabo ait eos qui capita saltando iactāt furiis agitantur: corybanthiā quidā ab idæis dactylis putauerūt manasse corybautas hi ī phrygia tātū & troade fuerūt (ut Scepsius scribit) alii mireta quoq; dixerunt. Diodo. uero scribit corybanthum iasei & cybeles filium hic nomen dedisse: qui una cum dardano deoꝝ matris sacra in phrygia attulit.

Chironomia significat manum gesticulationē a χειρ: quod est manus & νομος lex. sunt enim motus quidam præscripti: quibus saltantes manibus utūt: quod præsertim ī græcoꝝ usu fuit. hoc eruditionis genus laudat apud illos quod scribit Quintilianus.

Citharam terpāder lesbius septē neruis cōposuit octauā Simonides. nonā timothæus. idē illud distichon. Hos tibi mutato chordarū quattuor usu Iam noua per septem modulamur carmina neruis.

Cirrinæ carnes dicūtur quas pariūt ranæ iformes & exiguas eiusdem similitudinis carnes ostreorum sunt & cirri dicūtur. Cirri præterea dicūtur nodi infra dicet locū cirratū. & Persius. Iuuenes cicinatos appellat cirratam turbam liuidos cirros. Plinius uidet accipe pro minutioribus pedibus pisciū. Nā cū de polypis scriberet duo inquit longissimi pedes sunt per se uelut anaris stabiliunt cæteri cirri quibus uenant.

Circus intimus aduricis uocat. reqre ī aduricis.

Circus flamineus dicit q circunædificatus est flamineū tēplū: & quod ibi quoq; ludis tauricis equi circmetas currunt. V.

Circus maximus est idem in quo nunc circenses spectantur. Asco.

Circūferre uerbū antiquū. i. purgare. Virgi. vi. Idē ter socios pura circūtulit unda. Spargēs rore leui. & Plau. te circūferā i. purgabo. Nā lustratio a circūlatiōe dicta est: uel cæde. uel uictima. S.

Circunspicere & prospicere differunt. Nam circunspicimus praesentia: Prospicimus futura Teretius in adel. At postquam id euenit nunquid circunspexteraut nunquid tute prospexti tibi quid fieret & prospexti & circunspexti pro prospexisti & circunspexisti: syncopa Dona.

Circuli q mixta farina & caseo & aqua circuitum aequaliter fundebanr. V.

Circuiectũ uestitus genus, quo se uestitae iuoluunt. Var.

Circũtectum uocãt quod amictus habẽt purpuram circum. V.

Cirena insula est in ligustico mari: quae latine dicit corsica & cyrnos.

Cirnea uas uinarium. Plau. in amphi. cadus erat uini: inde impleui cirneam.

Cirros capitis crinem. M. Cato de libe. educãdis. Itaq; ambraciae primum capillũ puerilẽ demptum itemq; citros ad Apolline ponere solent. Nonius.

Chiroditas tunicis uti uirum prolixis ultra: & usq; ad primores manus ac prope in digitos Romae atq; omni latio indecorum fuit. Eas tunicas graeco uocabulo chiroditas appellauerunt. Au. G.

Crimes a discretiõe dici: quam graeci Διάκρισιν appellant. nam idem eos κριν[illegible] uocant. F.

Circũscripto sublato circũdato & praetermisso uel decepto significat. Asco.

Circũuallare & nos & alios dicimus: tamẽ nõ est rara locutio. Te. in adel totas res repente circũuallãt: & circũuallare dixit ueluti inimica acies contra nos. Do.

Cisiũ uehiculi genus epiroti. M. T. philippi. li. ii. deuenit in quandã cauponã atq; ibi se oecultans p totũ cisium domũ uenit. N.

Cispius in urbe exquilianae regionis mons de nomine cuiusdã hominis dictus. Fe.

Cistas. Sisen libro. iiii. cistasq; quae erãt legum ferendarum gratia paratae defecerant. Nonius Mar.

Cista in usu cõmuni cista: cistula cistella: ut canis catullus carellus. Var.

Cistas analogias in collatione uerbo[rum] seq nõ debemus magnitudinis uocabula cũ possint esse aeterna: ut cista: cistula: cistella. In mediis non sunt: ut in his macer: macriculus: macellus. Niger: nigriculus: nigellus. Itẽ minima in quibusdam non sunt: ut auis: auicula: & auicella. Caput: capitulum: capitellũ. In hoc genere uocabulo[rum]: quoniã multa desunt. dicẽdum non esse in eo: sed potius sequendũ cõsuetudinem q̃ rationem. V.

Cisseus rex thraciae: pater heccubae. Inde cisseis patronymicum.

Cissus genus hederae: quae sola sine adminiculo stat.

Cisterna uilla aedificanda: potissimũ intra septa uillae habeant aquam: si non quam proxime primumque ibi sit modo nata secundum quam influat perennis. Si uero omnino aqua non est uiua cisternae faciendae sub tectis: & lacus sub diuo & altero: ut pecus uti possit.

Cisterna dicta est q cis inest infra terrã. Fe.

Cis ita distingui potest a citra. Cis. n. cum propriis uel specialibus mõtium: ac fluuio[rum] nominibus iungi solet: ut cis alpes: cis apẽninũ cis padum: cis Rhenũ. Citra uero reliqs magis praeponi solet: ut citra famem: citra forũ citra cruorem. Seruius.

Cis positũ p ultra. Sal. cis rhenũ atq; intra mare nostr[um] & oceanum: nisi quae in paludibus uia fuit perdomita. Var. rhetoricorum libr. xx. "Eo die cis thyberim redeundum est: qd de caelo auspicari uis nemini sit praeter magistrum. No.

Citare est uocare. M. T. in uer. citat reum non respondet: citat accusatorem. No.

Citare incitare p̃uocare. M. T. de officiis li i. Citemq; salamis testis clarissimae uictoriae quae anteponatur consilio Solonis. N.

Cytheron Boeciae mons est poeta[rum] carminibus celeberrimus: nec lõge a thebis extollit. Aliqui prem parnasi putãt a cytheron quodã denominatũ. In hoc. n. praecipue colebat bacchus. secũdum autem alios uenus ei praeest: & ab eo cythercam fuisse uocatam.

Cithorus paphlagoniae mons buxo abundãs: de quo apud Catullum caret aspiratione.

Citrea poma quae Massilia & Medica dicuntur. Nam Martialis de his idem scribit: Aut corcyraei sunt haec de frondibus horti: Aut haec massili poma draconis erant. Haec sunt poma (ut docet Macrobius) quae nunc in delitus habemus melangola appellantes.

Citrum quippe antea praecisum notabantur: & auro comparãdum: uel certe locupletes: qa recumbentes in praeciosis lectulis delicatae sine cura scribebantur. In lectulis enim citreis scribuntur: qui apud antiquos citreis tabulis pariter ornabantur: quas & caera incaerebantur: ut quicquid in animum ueniebat statim notaretur: ne uis ingenii periret.

Citrum Strabo non nominat: sed mauritanias multas & magnas habere arbores affirmant: indeque mensas Romanis suppeditari uarietate quadam distans ex uno integroque ligno summittentem exilia deprimentem altitudinem honos: maiestas quaedam dissimulatus: quã cupiebat tegere.

Citro'& ultro in factis & in dictis: ut in Cice. multis uerbis ultro citroq; habitis quasi uerba accesserint & redierint huc & illuc quando errabundum incertumque iter significes Sursum & deorsum non nisi in loco decliuo Vltro est quasi sine requisitione: ut ultro adte ueni. Sponte uero.i.meo consilio:& refertur ad res inanimatas : ut arbores natæ sunt sponte.i.per se.L.

Citon poculum ex ordeo non multo uino inferior liquor ex plāta cita pro oleo ad lucernas utuntur.Diodorus.

Citare uestes.i.uocare non laudare; ut citetur salamis.Laur.

Cytharos mons est euboiæ.

Citra citeris uetustissimi tamen citer protulisse inueniuntur.Cato de agna pascenda.Cice, agnus alligatus ad sacra erit. Citimus quoq; dicebant(teste Capro)Pri.

Citra citerior citimus.Cicero de repub.lib.vi. *Ex quibus erat ea minima quæ ultima cælo citima terris luce lucebat aliena* . Affranius tamen eius etiam positiuum citer protulit ī patela(teste Aruntio)Pri.

Citra nūquam componitur:& pene eandem significationem habet:quam cis natura apud nos locum signat; sed inuenio φ in propriis nominibus fluminum uel montium cis solet præponi plærūq; reliquis non magis citra:ut cis rhenum:cis alpes:cis padum: citra saniem;citra cruorem.Pri.

Cithara instrumentum musicum: quod & lyra: inde citharœdus ab ἀοιδὸς cantor.oi ī œ & citharistria:ut a cymbalo cymbalistria: & psalstria ψάλλω idest cantrix uel cantatrix.Tor.

Cythera ciuitas cypri ubi Venus nutrita est.inde cytherea & isula ultima ex cycladibus uel laconiæ;quæ prius porphyris dicta est ; Sed propter celebratum illic ueneris templū cytherea dicta.Est enim pluralis numeri generis neutri;sicut solema & artaxata. Cytherea græci citheria. inde Ser dicit ream pro riam dici.Inde cithareius & reia T.

Cytheris liberta Volumnii a gallo dilecta: quā lycorim uocauit Vir. T.

Citheron unum ex iugis parnasi prope thebas a cythara Orphei:qui ibi sæpe pulsauit secūdum Lactantium. quod Oui.confirmare uidetur:ubi bacchus colebatur.T.

Cytorus mons paphlagoniæ.lxviii.M.passuū: buxo fertilis.Tor.

Cytisus frutex:de quo Pli. & Columella a sylua ubi inuentus est. Tor.

Citra:intra.ultra:quibus certi locorū fines demonstrantur singularibus apud ueteres syllabis appellabantur in cis.ul.hæ deīde particulæ quoniam paruo exiguoque sonitu obscurius promebantur addita est tribus eadē syllaba tra.Sunt ergo hæc omnia quasi conterminia iunctis inter se finibus cohærentia intra oppidum;ex quibus intra(sicut dixi)significat; Nam qui dicit intra oppidum; ītra cubiculum:intra ferias; non dicit aliud q̄ in oppido:in cubiculo:in feriis.Intra Kalendas igitur:non ante Kalendas ; sed in Kalendis; eo ipso die quo Kalendæ sunt. Itaque secundum uerbi ipsius rationem; qui iussus est intra Kalendas pronunciare; nisi Kalendas pronunciet contra iussum uocis facit. Nā si ante id fiat non intra id pronunciat; sed circa. Nescio autē quo pacto recepta uulgo interpretatio est absurdissima: ut intra Kalendas significare uideatur etiam citra Kalendas,& uel ante Kalendas;nihil ferme interest ; atq; insuper dubitatur:an Kalendæ pronunciari possint;quando intra ultra neque citra ; sed quod inter hæc medium est intra Kalendas idest Kalendas pronunciandum fit:sed nimirum consuetudo uicit : quæ cum omnium domina rerum;tum maxime uerborum est Cum hæc omnia apollinaris scite: perquam atque enucleate disputasset; tamen ego dixi nec cordi īquam mihi sint priusquam ad te irem quærere explorareque ; quoniam modo ueteres nostri particula ista: de qua agitē usi sunt. Atque inuenimus Tul .in tertia in uerrem scripsisse. Est autem modo locus inter oceanum iam nullus;neque tam longinquus;neque tam reconditus quo non p hæc tempora nostrorum hominum libido;iniquitasque persuaserit:intra oceanum dicit contra rationem tuam.Nam uult dicere (ut opinor)in oceano;neque enim uideri potest insulas significare nescio quas;quæ penitus esse itra æquora ipsa oceani dicunt̄. Tunc sulpitius apollinaris renidens non minus hercle īargute dixit; nec īcallide apposuisti hoc Tullianum. Sed Cicero intra oceanum non ut tu interpretare.Quid enim potest dici oceanum esse undique oceanus circunscribatur omnes terras & ambiat. nam citra quod est:idest extra est. sed si ex una parte orbis rātum oceanum foret citra oceanum dici posset:uel ante oceanum.Cum enim omnes terras omnifariam & undique ūersum circunfluant:nihil intra eum est; sed undarum illius ambitu terris omnibus conuallatis in medio eius inclusa sunt: sicut hercle sol cum citra cælum uertitur:sed in cælo & citra cælū Aul.Gel.

Cytherea.i.uenus:ab urbe cythera: in quā primum deuecta esse dicitur concha cum i mari esse concepta.Festus.

ithera appellaẽ effigies quædam arguta & loquax:ridiculi gratia:quæ ĩ pompa uehi so lita sit. Cato in. M. Cecilium. Quid ego dixe rim amplius:quem ego credo in pompa ue-ctitatum ire ludis pro citherã : at cũ specta-toribus sermocinaturum. Fe.

Cytheris puella uolúnii liberta: quã cum cor-nelius gallus Virgilii in theatro inuẽti fauo-re caneret: eam scilicet prima syracusio di-gnata est ludeñ uersu stupefactus. Cicero cu ius esset requisiuit: & cum eam tandem ali-quando cognouisset: dixisse dicitur: & ad su-am & ad illius laudem: magna spes altera ro mæ. Quod Virgili. postea ad Ascaniũ tran-stulit: fuerunt autem uno tempore tres no-biles meretrices. Cytheris: Orgo: Arbuscula

Cithara non omnes qui habent citharam ſũt citharœdi. V.

Citima sunt proxima cælo milia. M. T. de re-pub. lib. vi. Ex quibus erat illa minima: quæ ultima cælo citima terris luce lucebat alie-na. & libro primo. Quæ o si placet decora-tionẽ tuam de eo loco ad hæc citeriora. No. citimus; ultra facit ultimus: cis citra citimus Festus.

Cytisus seritur in terra bene subacta tanquã semen brassicæ. Inde fertur ut in sex quidẽ ponitur: aut etiam de cytiso duriore uirgu-læ deplantantur: & ita pangitur in serendo. Varro.

Citrosa uestis appellata est a similitudine citri Festus.

Citrus. Var. in geruntio didascolo. In quibus li bya citrus falces tingit fores. No.

Citum celere. Salusti. in catilinario bello: citus modo: modo tardus incessus. Nonius.

Citum diuisum uel separarum & oscitare di-ctum. Virgilius libro octauo. Haud procul ĩ de citæ metũ ĩ diuersa quadrigæ distulerãt. Nonius.

Citum uua pressa desiit sub prælo ˈquidã cir-cuncidunt extrema: & rursus cũ expressum fuerit circuncisum citum expellunt.

Ciuaronem oppidum proximum Hisare flu-mo Vocũtionibus populis montiq; cinisio allobrogibus in Sabbaudia non memorat Cæsar: Sed Plancus iter epistolas familiares Tullii nunquam mehercule quid initio gal-lici belli quique legiones ex italia traduxisse dicitur: & uerisimilis est: quã quod per hipo rigiam urbeu & augustã prætoriam ac mõ-tem: rui coloniæ iugum uulgo nomen est ĩ-ter cinesium & sancti Bernardi montes iter fecit : cum hoc impeditius ac prolyxius ui-deretur.

Crisa ciuitas phrygiæ.

Chrysa insula mediæ: quam aureũ solum ha-bere proditum est.

Chrysa fluuius agri syracusani.

Chriæ rhetoricæ exercitationes ad declama-tiones.

Chrysæ ad tanum insula est. Pom.

Chion significat niuem unde dicta est mulier chione ait Martialis: eam quidem esse chio-nem: quia frigida est ut nix.

Ciuitas & urbs hoc differunt: Vrbs est ædifi-cia; ciuitas incolæ. Virgilius æneı. libro pri-mo. Vrbs antiqua fuit. Ennius in thelepho. Et ciuitatem argiuorum incedere. Pacu. in atlanta folicita studio obstupida suspenso a nimo ciuitas. Sisen. histo. libro qn arto. deni-que cum uariis uoluntatibus incerta ciuitas trepidare. Pompo. cum uertice superiorẽ lo-cum incedere. No.

Ciuicam coronam salutis suæ causa seruatus ĩ prælio dabat: quæ erat lignea frondem ha-bens perennem. Festus.

Chiragra ἄγρα græce: dolor χεὶρ manuum. ita podagra pedum: soluere nodosam nescit me. p. nec formidatis auxiliatur aquis : idest rabidis hominibus more rabidorum canũ: qui & si sitiant aquam abhorrẽt. Lu. Spuma canum quibus unde timori. Tor.

Cyrene uirgo filia Penei regis Arcadiæ uel flu uii: quam apollo e pelico monte Arcadiæ ra puit: & in libyam duxit: ubi quattuor filios peperit Aristæum: Nomium: Antæum: Ar-geum secundum Iustinum tertiodecimo: u-bi Battus cyrni filius solutis linguæ nodis a pollinis responso cyrenem condidit tempo-re Anci Martii. Inde libya cyrenæa. ĩde cyre næus. Tor.

Cyrnus Rex theramnes: idest Corsicæ: a quo cyrne prius dicta est; pater Batti antedicti: & est insula in mari ligustico dicta primũ the-ramne: inde cyrne: inde corsica : inde cyrne-us. Virgil. in mœri. Sic tua cyrneas. f. e. t. T.

Cyrinus nomen proprium uiri. T.

Chirographum manus inscriptio. Tor.

Chiromantia manibus diuinatio. T.

Chironomus cõmunis generis : qui manibus gesticulatur & ludit. inde chironomia: ĩ qua lex gestus declaraẽ ab heroicis temporibus orta: & summis uiris & probata a Socrate ; a Platone etiam in parte ciuilium uirtutũ po sita. Tor.

Chirodita tunica secũdum Gel. & prolixa ma nus & digitos pene operiens ; quæ indecora erat (ut Gellius testatur) Virgilius. & tunicæ manicas. T.

Chirõ cũ ei græ. scribiẽ saturni filius ex phyl-lira oceani filia cõuersus ĩ equũ cum ops ad uentaret: qui cũ argonautis nauigauit ut iu-dex & medicus: inuenit herbarum uirtutes:

quas Aesculapium & Achillem docuit:ac etiam pulsare citharam:qui cum herculis sagittas tractaret:una pedē uulnerauit:& deorum miseratione post nouē dies in astra trāslatus.T.
Chirurgia manuū operatio: qdā cherurgia.T.
Chrisicus fluuius scythiæ.Hero.T.
Cyrillus proprium uiri.Tor.
Chilo Lacedæmonius: unus ex septē breuiter loquebat.unde chilonius modus: idest breuis.Laer.
Chius insula in ægeo:cuius promõtorium aruisium:unde uina in primitiuo.i.breue i deriuatiuo longum:quia chius deriuatiuū essē debuit:& cōuersa sunt duo u breuia in unū longum:sicut in tubicen.
Chytrapos tripes qui chytram.i.ollam supra ignem detinet.
Cius fluuius thraciæ ex pæonibus & rhodope monte æmum scindens: in Istrum defluit. Herodo.
Cyricus ciuitas asiæ non uilissima i cherronesoquasi altera Roma:ut scripsit florus secū libr.mœnibus arce & turribus.Tor.
Clamasnuas a clunibus tritis dictas existimāt. Festus.
Climacherias pericula uitæ fortunaeq3 hominum:quæ climacteras chaldæi appellant.
Clingere cingere:a græco κλειειν dici manifestum est.Festus.
Clypeum antiqui ob rotunditatem corium etiam bouis appellauerunt:in quo fœdus sabinorum cum Romanis fuerat descriptum est.Festus Pom.
Clipat.Pacuan hermi.Currum sicuit chlaroy de contorta:astu clypeat & astum incallare. Cinna in epigrammatis.Miseras audit clypa te puellas.Nonius.
Clypei tu onū res nullas pictas habebāt; sed tātum erat aeris species designata.¡Vir.de tiro ne palmaq3 inglorius alba.
Cynici medici erāt in maiore precio q̄ chitur gi hippocrates incenso templo æsculapii instituit medicinā:quæ clinice uocat (ut Varro in rebus diuinis scribit) qui eā exercebāt clinici dicebantur: alii Martialis ; Sorte filia clinici labula ea medicina: sumpsit nomen a κλινη quod est lectus:& quoniam lectus tā cadauerum est q̄ ægrotantium ; non inepte dicit qui effert cadauera clinicus.
Clypei scuta maiora q3 celent corpus totum.
Clepere.i.furari ab ictibus:& proprie sunt peditum:cum scuta sint equitum:ut Titus Liuius.vi.ab urbe cond.inquit.Ser.Grāmatici ueteres a cluēdo.i.certādo dici clypeos uoluerunt:quorum Plinius opinionem carpit.
Clypeis ante romani usi sunt: deinde postquā stipendarii facti sunt scuta pro clypeis fecere.S.
Clientam pro cliente.Pa.dixit.Fe.
Cliéta uerris Chelipo amica fuit;quæ illū morēs hæredē fecit: qua in causa ipune illā meretricē appellat orator Asconius.
Clitellæ dicuntur non tātum quibus sarcinæ colligatæ roulis portantur : sed etiam locus Romæ propter similitudinem: & in uia flaminea loca quædam deuexa subinde & accliuia.Est etiam tormenti genus eodem nomine appellatum.Fe.
Climax scala & figura:quæ gradatio: ut torua leæna lupum sequitur. & Ouidi.uidet hanc uisamq3 cupit. Tor.
Clymenæ nympha oceani & tethyos filia mater phahethōtis;altera ministra Helenæ hero cum æthra. Tor.
Clio musaq3 una a κλεος gloria dicta.
Clytæmnestra Tyndarei filia ex Læda uxor agamēnonis mater Orestis.
Clitomachus philosophus carthaginensis lingua patria Hasdrubal.xl.ānoq3 fuit Athenas audiuit Carneadē:cuius successor fuit. Tor.
Clinias pater Alcibiadis:alius cretensis : cuius Plato meminit in legibus.Tor.
Clypeus secundum Pli.xxxv.a γλυφω quasi sculptus non a cluere pugnate.Tor.
Clysterium instrumentum ad purgandū uentrem.Tor.
Clitor inuitator;inde clitorius fons arcadiæ q semel potus odium uini facit. Tor.
Clytius Laomedontis filius;alius apud Virgilium.Tortelius.
Clitumnus secundum quosdam quasi clitor i uitator aronis;fons umbriæ sub Treuio flumen alluit Meuaniam;qui tauros albos facit:ut Virgilius.
Clicerna est in medio Bononiæ & Rauennæ & aliarum ciuitatum.non lōge ab Arimino: per quam iter est Romam.Strabo.
Clinicus medicus q male ualētibus & iacentibus in lecto medet:a κλινη:quod significat lectum.
Clinopale est lecti.i.concubitus exercitatio:a græco deductum(ut Suetonius)libidinis nimis assiduitate concubitus uelut exercitationis genus clinopalero uocabant.
Clupeus & clipeus dicitur.
Cliti patri dedicata est terra ois atq3 natura:q dictus est apud græcos.Pluton quia & recidant oia in terras & oriant a terris.
Cliues mellissus fœminine dixit. Hora. uero masculine;& sit melius ut panis.
Cliuia auspicia dicebat quæ aliqui fieri prohibebāt. omnia enim difficilia cliuia uocabāt unde & cliui loca ardua. Fe.

Cliuus publius ab ædilibus plæbeis: q eũ publice ædificauerunt. V.

Cliuus publius: quod ab eo ædificatur similiter. V.

Cliuus proximus uersus Capitolium. V.

Cliuus uetus q ibi sacellum iouis iunonis minerua: & id antiquius q̃ ædis quæ in capitolio facta. V.

Chrysippus philosophus Stoicus syllogismũ socitem uocauit: quem per adiectionẽ & detractionem ex aceruí frumentarii similitudinem ostendit.

Crispa a capitis crespitudine. Cass.

Chrysocella est aureum gluten.

Chrysomalon græci appellant arietem illũ: qui ut est in fabulis lanam aureã habuit: de quo & si latini poetæ dicunt q is phrixũ & hellẽ gestauerit: tamen græcorum quidam aliter rettulere. fuerũt enim neptũnum correptũ amore theophanes althidis filiæ illam rapuisse: translatamq; in insulam chrimissam in canem conuertisse. & i arietis forma cognouisse. ex quo aries chrysomalus natus fuerit.

Chirographum: chirographum accipe pmissionem uxoris manus sua scriptam.

Chiragra dicitur articularis morbus: idest dolor manuum.

Chimæra mõstrũ: quod Solinus mõtẽ interpretatur fuisse domitum a bellorophonte filio glauci.

Chiromãtæ q ex manuũ incisuris uaticinañ.

Chiapnicus erat quam ex disciplia cloacii nominant. Macrobius ea haber saporem acerbiusculum propterea delectat.

Chius (ut Plinius inquit) primum uersicolores istas maculas chioꝝ lapicidinæ ostenderunt & cum extruerent muros turres calchidicas & a calcbidensibus conditas.

Chios & samos insulæ & urbes in Ionia. Pom.

Chrysothemis agamẽnonis filia.

Chrysomilon pomum aureum.

Chrysolithos chrysopassus lapilli præciosi.

Chrysocolla terræ genus quã a macedõia apportari & illic fodi (autor est Victruuius).

Chiron medicinã herbariã primus docuit (ut refert Plinius) ab eoq; herba quædam chironia est appellata.

Cotta dictus significat. n. toruum. Cass.

Codanus ãnis germaniæ super albi ingens sinus magnus paruisq; insulis referẽs est. Põ.

Cæcosites populi i aquitania proximi sub gadibus uocatis tarrhusatis somptiatibus garrũnis ac hispaniæ citeriori & garũnæ fluuio in Francoꝝ regno siti.

Cochlea & cochlear dicebãt apud ãtiquos cochleæ lapides fluuiales rotundi ut cochleæ: cochlea nomẽ uirginis Romanæ.

Coccinati gerentes uestes tinctas cocco.

Coctyria dicit (autore Plinio).

Critici dicũt acuti poetaꝝ interpretes & censores alienoꝝ scriptoꝝ. Hor. qd critici dicunt Martia. æqualis liber est criticæ q malus est Ci. Ego tãq̃ criticus ãtiquos iudicaturus sũ.

Chrysendeta erãt lãces grandiores auro obliti uel uasa aurea.

Chriteis mater homeri.

Crystalla maximi luxus apud Ro. nõ nisi ubi maxiæ hibernæ niues rigẽt glaciesq; reperiunt: ut scribit Pli. unde græci nomẽ dederũt κριοσ significat gelu. de hoc plura apud Pli. li. xxxvi. naturalis historiæ. Soli. quædam aliter scribit de eodem.

Cribrũ. Lucil. li. xxvii. Cribrũ in cerniculũ: lucernam in laterem in telam lycium. No.

Crimẽ læsæ maiestatis causa cõtra rẽpu. Titus Liuius. ii. ab urbe cõdita. id qđ ppius fidei ẽ a quæstore cesone Fabio: & L. Valeri. diẽ dictã & p duellionis dãnatum. Seruius.

Crimen & maledictum quid differant docet Ci. in tuscu. maledictũ criminatio est aduersarii. Teren. in and. ueteris poetæ maledictis respondeat. Dona.

Criminat. En. saty. lib. iii. nam is non bene tibi uult: quia falso criminat. No.

Crustulum a crusta pultis cuius eo q ut coriũ exuritur crusta dicta. V.

Crocota crocei coloris uestis. Plau. in au. cũ incedunt infectores crocatarii. Nonius.

Clipeus a cauus. Varro.

Coagulũ a coagẽdo. quod ẽ colligẽdo. Varro est modus matulæ. cui nihil iucundius qcq̃ uiuit hæc ægritudinẽ ad medẽdã iuenerunt hoc hilaritatis dulce sæminariũ hoc continet coagulum conuiuia. Nonius.

Coaspis fluuius medoꝝ in tigrim decidẽs cuius aquã reges Persaꝝ potabãt semp ob dulcedinẽ & secũ deferebãt. T.

Coagululum: quidam pro coagulo addunt lacti de fici ramo & acetum spargũt. V.

Coagmenta dicta sunt coniũctiones arctæ: & cõpares a coagendo. i. stringendo. unde & coagulum dicitur. M. T. de senectute. Viuendi finis est optimus cum integra mẽte: certisq; sensibus opus ipsa suum eadẽ quæ coagmẽtauit natura dissoluit. Nonius.

Coctum genus edulii ex melle & papauere factum. Festus.

Cochleæ dicũtur lapides ex flumine rotundi: ad cochlearum similitudinem.

Coctum a cogendo: quia coquendo coercetur ut ad utilitatẽ uescentium perducatur. F.

Cocytus ẽt lucrinus dicebañ Sil. ast hic lucrio mãsisse uocabula quondã cocyti mẽorãt: nã (ut scribit Ho. i odys. illic cocytus flu. & styx

dicebat. Vir. de eo raptam cocytos ostreosa diuam nam illic per agebant sacra plutonia: autor Strabo. At nihil agit hoc exemplū, est enim cocytos dactylus.

Cochlea machina ab archimede syracusano inuenta ad irrigandum sata. Diodo.

Coclites luscos dixerūt antiqui; nam & cyclopas coclites legimus dictos unum oculū q̄ habuisse perhibeantur. Seruius.

Cocula uasa ænea coctionibus apta: alii cocula dicunt ligna minuta: quibus facile decoquantur obsonia. Festus.

Coda Varro in tapheminippo; sed ut canis sine coda. Nonius.

Codica appellatur ager trans thyberim: q̄ i eo uirgulta nascuntur ad caudarum equinaȝ similitudinem. Fest. Pom.

Codicarias naues etiam nunc consuetudo appellat: eo q̄ in fluminibus sunt usui. Salu. hi. tertio. q̄maximis itineribus per regnū ariobarzanis contendat ad flumen Euphratem: q̄ in parte Cappadocia ab armenia disiungitur: & q̄q̄ ad naues codicariæ occultæ p hyemem fabricatæ aderant. Varro de ui. pa. lib. iii. q̄ antiqui plures tabulas cōiunctas codices dicebant: a quo in thyberi naues codicarias appellamus.

Codrus dux athen. Seruius super daphnim. & Iusti. in secundo. Tor.

Cœmiteriū a κοιμᾶσθαι quia ibi mortui dormire dicantur. T.

Cœnobium ubi cōmunis uita ducitur. T.

Cœna a κοινῇ communis: quia in communi cœnabant plures. Vnde Iuuena. Secreto cœnantes arguit & erat: quod nunc prandium dicimus quoque nunc cœnam uesperam. Tor.

Cœnaculum locus superior: idest sine inferiore taberna & officina ad cœnandum aptus; & tota superior pars secundum Varro. & p loco ubi pauperes cœnabant; in significatu diminutiuo Rarus uenit in cœnacula miles

Cœnatio pro loco ad cœnandum in imo domus ponunt poetæ. T.

Cœlum uel a cælo sculpo: quod a κοῖλον uenit: quia in sculptura concauum est; & inde cælebs. Alii cælum cū æ diphthōgon: quod magis placet: ut in diphthongo uidebitur.

Cœlesyria caua syria. Tor.

Cœus gigas filius Titani & terræ: unde cœa insula: ubi regnauit. T.

Choenica mensuræ genus. Festus.

Cœna apud antiquos dicebat: quod nunc est prandium uesperna: quam nunc cœnam appellant. F.

Cœnacula dicuntur ad quæ scalis ascendit. F.

Cœnaculum ubi cœnabant. Festus.

Cœnatus: ut pransus: ut potus: ut lotus; idest confecta cœna. Varro de ui. pa. li. iii. ut eius conuiuium qui triumpharet in capitolio uideretur esse proprium: ut ipse potius domum reduceretur cœnatus a conuiuio. No.

Cneus ob isigne neui appellatus q̄ unū pnomē uaria scriptura notat. Alii eni neum: alii gneum: alii circum scribunt; qui c littera in hoc nomē littera usa est: olim enim dicebāt frumentum: nunc framentum: & foretur & foretis non fortis: & enatura non natura: ergo. etiam qui i corporibus gigni solet gneus appellatur: iqui. Cn. ponunt corruptione syllabæ delectari: nunc qui neuus lenitate.

Cœnitaret a cœno cœnas. Lucili. in tecto ruthonis: quod fecit in tusculano tricliniū habuit & delicate cœnitaret. V.

Cœnitaretur instrumenta gulæ: quæ enumerare longum fuit: ingenio excogitata uel studio confecta in mirum causæ fuerunt: propter quas tot numero leges de cœnis & sūptibus ad populum ferebantur & imperare cœpit in patentibus ianuis pransitaretur & cœnitaretur: ut sic oculis ciuium testibus factis luxuriæ modus fieret. Ma.

Cogere urgere. M. T. de offi. libro tertio. Diogenes contra nimium te soluere coegit: qui ne hortatus quidem est. Terentius in eu. Iubes ne: iubeo cogo atq; impero. No.

Cogere mollire subigere. Varro in uirgu. diuina sed patica arpiæ occiono coactas libamēta legem caduca uetus. No.

Cogere in unum colligere. Sisen. histo. lib. iii. Summoti & intra moenia rursum coacti. Cicero tuscula. libro primo. Cælum hoc i quo nubes: imbres: uentique coguntur. Terētius in eu. quasi talenta ad quindecim coegi. M. T. ad. M. Catonem. Coactoque in unum extraque castra in lycaonia apud comum facerer. Virgilius in bucco. Cogere donec oues stabulis. No.

Cogere mulgere. Vir. in buc. Cogite oues pueri si lac præcepit æstus. Vt nuꝑ frustra pressabimus ubera palmis. No.

Cogere stringere. Vir. geor. li. iiii. Nam frigore mella cogit hyems; eadēq; calor liquefacta remittat. No.

Cogere imprimere coartare. Vir. li. v. Quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis Scindebant. No.

Cogitare & deliberare hoc differunt. Cogitare est confirmare. Tur. in bœtōtibus. Quæso cogita & delibera. idem in philopato. Certum ac deliberatum est me illis obsequi. Se, & No.

Cogitare a cogendo dictū: mens plura in unū cogit: unde edicere possit. V.

Cogitatio dicta uelut coagitatio .i. longa eiusdem rei agitatio in eadem mora consilii explicandi. Fe.

Cogitationem uulgus minime esse actionem.

Cogitatum aduerbialiter pro cogitare. Fe.

Cognoscere audire existimare. Lucil. lib. xxvi. Rē cognoscat simul & dictis animi attēdat postulo Pompo. in pa. sapi. Ego magnis curabo ubi cognouerit omnes una assentiat. Teren. in and. Eo pacto & gnati uitam & cōsilium meum cognosces. Virgilius geor. Ne refugis tenuisq; piget cognoscere curas. No.

Cognoscere diligenter & attente considerare. Terentius in ecy. Postquam ipse sese & illam & hanc quæ domi erat cognoscis satis. Do.

Cognoscere noscere uel percipere. Virgilius libro. xi. Venatu assiduo & totum cognouimus agmen. Idem geor. libro secundo. Nūc quo q̄que modo possis cognoscere dicā. M. T. i Hor. unde autem facilius q̄ ex animaliū monumentis aut bellicæ res: aut omnis reipub. disciplina cognoscitur. N.

Cognoscere & agnoscere. Virgilius in buccolicis. Incipe parue puer risu cognoscere matrem. M. T. de repub. libro. i. Cognoscere me hercule inquit consuetudinem istam & studium sermonis. Var. Sexq; Vlysse uereor ne me quoq; cum ab illo eo ssim reuertero præter canem cognoscat nemo. Nonius.

Cognitu facilia eadem ratione dicitur qua dictu facilia: & perspectu & factu facilia. F.

Cognitor qui litem alterius suscipit coram eo cui datus est: procurator autem absentis nomine auctor fit. Festus.

Cognomen est eiusdē nominis. Afra. in diuortio lesium genus cognominationis morborum cognominis. Nonius.

Cogo colligo. Virgilius in bucco. Tityre coge pecus. Seruius.

Cognomines dicuntur qui eiusdem nominis sunt. Fe.

Cognosco quære in uerbo æstimo.

Cognationis nomen a græca uoce dictum uidetur σύγγονους. sic enī illi uocant: quos nos cognatos appellamus. Cognati sunt & quos agnatos lex. xii. tabularū appellat: sed hi sunt qui patrem. Agnati qui ex eadem familia: qui autem per fœminas coniungunt cognati tantum nominantur proximiores: & agnati sui dicūtur. Inter agnatos igitur & cognatos hoc iterest quod īter genus & speciem. Nam qui est agnatus & cognatus ē: nō utiq; autem qui cognatus est & agnatus. Alterum enim ciuile: alterum naturale nomen est: nūc uero nō percipimus his nominibus: idest cognatoꝝ etiam in seruis. Itaq; parētes & liberos fratresq; etiam seruorum dicimus sed ad leges seruiles cognationis nō pertinēt Cognationis origo & p fœminas solum cōtingit. Frater enim est qui ex eadē matre tantum natus est. Nam qui eundem patrem habent: licet diuersas matres: agnati sunt. Paulus de gradibus.

Cognationis substantia bifariam apud Romanos intelligitur. Nam quædam cognationes iure ciuili: quædam naturali cōnectūtur: nōnūquam utroque iure concurrente: & naturali & ciuili copulatur cognatio: & quidē naturalis cognatio per se sine ciuili cognatōne ītelligitur quæ per se fœmina descēdit: quæ uulgo liberos peperit. Ciuilis aūt per se quæ etiam legitima dicitur sine iure naturali cognatio. Cōsistit per adoptionem utroq; iure cōsistit cognatio cum iustis nuptiis contractis copulantur: sed naturalis quidem cognatio hoc ipso nomine uocetur. Ciuilis autem cognatio licet ipsa quæque per se plenissime hoc nomine uocet̄ ꝓprie tamen agnatio uocatur: uidelicet quæ per mares cōtingit. Modesti. de gradibus.

Cognoscere est instrumenta relegare & recognoscere & dispungere & cōferre accepta & data. Vlpia. de uer. sig.

Coguntur. i. impellūtur. Hor. li. ser. omnes eodem coguntur. Acron.

Cogeonum montem sacrum appellant apud getas deoꝝ maxime cultoꝝ. Eodem nomīe amnem præterlabentem dicunt.

Cognoscimus ignota & inuisa: Agnoscimus quæ a nobis exciderant. Caper.

Cognati appellati sunt quasi ex uno nati: ur labeo ait: q; quasi cōmune nascendi initiū habuerint. Vl. de cogna.

Cognati ab eo dicti putātur: quasi una cōmuniterq; nati: uel ab earum orti ꝓgenie sint Modesti. de gra.

Cohortat. Quadrigarius in quinto annalium Et ducerent castra facta esse atq; hos cohortarent uti maturarent. No.

Collynistæ quære ī uerbo argentarius. L.

Colurnus a corylus pro materiato ex hac arbore. Laurentius.

Colophon dixerunt cum aliquod finitū significaretur: uenit enī ex uocabulo græco κολοφος: idest altus locus: & colophos circa īsulam iut Horatius li. epistolarū. Quid tibi uisa chios bullati notaq; lesbos: smyrna q̄d & colophos.

Colchos scythiæ ciuitas ūde nata ē medea: A.

Coloni. Hor. li. car. Siue īopes erimus coloni. Colonos autem dixit quasi nihil ꝓprium habentes: sed temporales terræ cultores.

Colliberti commilitones: quære ī uerbo libertus. Laurentius.

Collis est (ut ita dicam) monticulus siue per se & a monte separatus: siue pars montis. Iugũ ipsa arguitas montis & procliuis & prona supinitas: cui similis ẽ ĩ cole: Cliuus tamẽ mollis magis & clæmens: ut cliuus capitolinus: unde Roma septicollis dicta: & sepemontialia sacra olim celebrata Romæ: promontorium mons est in mari prominens: ut Plini. promõtoria aperiũt mari & rerũ natura agitur ĩ planum. Lau.

Collegarũ appellatõe cõtinent̃ qui sunt eiusdẽ potestatis. Vl. de uerbo sig.

Colaphizo alapam incutio: unde colaphus.

Colyma uetatio: non ueotio: ita & cætera primæ cõiugationis in atioa supioo ĩ itũ: seco sector qui est uẽditor bonorũ exulis & sectio ipsa actio: lauatũ & potatum: lotio & potio: lotor & potor: lauatio etiam aliquãdo & potatio lotium pro urina a iuuo iutor uel adiutor: a domio domitor.

Coitus solis defectus non nisi nouissima prĩaue fieri luna: quod uocatur coitus. Pli.

Condrusi belgarum populi inter eburonẽses: qui nunc leodienses sunt segnos & treuiros quorum erant clientes menapiis Mosæ fluuio & syluæ arduenæ finitimi gente nomĩe & numero germani: apud quos est ad rippas Mosæ Hoium oppidum ab Antonio pio: (ut quidam scribunt) conditum: & benefacta appellatum nomen retioẽt: diocesis sunt leodiensis: & usq; ad ciuitatis fere mœnia protenduntur: cuius nunc ducatui lucũburgẽsi ac comitatui Namurcensi Mosæ fluuio finitimi.

Colyphium cibus quo luctatores utebant̃: ut Iuue. & ita græci. Tor.

Colica passio intestini: quod græce colon. T.

Colocasia herba nobilissima ĩ ægypto: de qua Pli. li. xxii. quæ & cyamon dicit̃ fortasse: quã fabam ægyptiam dicimus. T.

Colossus rodii statuam solis habebant. lxx. cubitorum altitudinis: quam fecit cares lyndius Lisippi discipulus ea prostrata est post quinquagesimum sextum annum rhodos aspera obsitum ad pugnam.

Colobium uestis sine manicis: a κολοβῶ breuio. Tor.

Colocynta: quam nostri colloquinta: agrestis cucurbita. Diasco. Tor.

Colchos regio in ponto regnum oetæ. T.

Colla nostris gluten. T.

Collyrium medicamentum oculorũ. T.

Colophon urbs lydiæ nobilis oraculo clarii. Apollinis.

Colon artus membrorũ & ĩternodiũ: & nomẽ intestini: inde collosus a membris pro membrosa & alta statura: de quo Pli. xxxiiii.

Colyphia panes erãt palæstritarũ membris firmandis: quẽadmodũ gladiatores (autore Plinio) caricis utebantur Coliphia. Iuuenalis: luctãtur paucæ comedũt colyphia paucæ: κῶλον græce: Ianne mẽbrum ĩ qũ fortitudinẽ.

Coloseros formosior uel membrosior: nã colon est membrum.

Collibus genus nũmi minuti colibaris manibus: sicut trapezita mensarius: trapeza enim mensa est.

Cohors ꝙ milites se ad pugnam inuicem hortentur: quod si est cũ uerbis hortor solo usu aspirationem receperit in nõie cohors aspiratio erit interiecta: aut hiatus causa: aut qđ usus uicerit ut primitiuum aspiretur: & similiter in uerbo cohortor: a quo (ut dixi) uolũt dicta cohortari: siue autẽ ꝙ ducat̃ ab eo uerbo quod non probo: siue aliunde: certe aspirationem exigit cohors etiam cum locũ gallinarum & anserum significat: ut apud Ouidium. Abstulerat multas illi cohortis aues. Varro uult cohortem uile spacium esse ĩtra materiã ubi coerceãtur. i. clausæ teneãt̃ aues altiles. Itaq; si coercẽdo cohors dicta est mutata littera e in o habebit aspirationẽ hiatus causa. Ego quidem arbitror cohortem militum: uel ductam esse a similitudie cohortis alitum: quæ potius uidetur: inde dicta est ꝙ illic sint simul ortæ quasi coortæ: Vnde & altiles dictæ sunt: eo ꝙ illic una alãtur: & ꝓpterea a cohorte dicuntur cohortales: uel ab horto: quod est uerisimilis. Nunc ꝙ ueteres hortos uicos dicerent ꝙ qui arma ferre possent ibi nascerent̃ (ut supra dixi) inde cohortem dixerunt manum hominum ex eodem uico ad pugnam exeontium ꝙ illi essent ex eodem horto: idest uico nã & galli: ut apud Cæsarem est hoc modo pugnabant: ut q̃sq; pagus per se ĩ cohors: ut apud Martialẽ. Paucæ cohortis aues: inde aspirationẽ hẽt: idq; uetus indicat epigramma: quod est nemesiæ in tẽplo trinitatis: hoc modo. T. filio oratio legato. xxii. chortis primus potens philargyrus.

Collynista nummularius & minutus mensarius: forte trapezita. Tor.

Colphus sinus.

Collabella adiunge labra: laberius: ãnalibus ꝑ annua collabella osculum. No.

Collachrymare: collachrymat qui suas lachrymas alienis cõmendar. Terẽ. in and. Curabat una funus tristis interim nõounq̃ collachrymabat. Do.

Collacea qua porta Romæ collatina dicta est Festus.

Collatiuum uentrem magnum & turgidũ dixit Plautus: quia in eum omnia edulia cõge-

runtur. Festus.

Collatinum sacrificium dicitur quod ex collatione offertur. Festus.

Collatia oppidũ fuit prope Romam: eo ꝙ ibi opes aliaꝝ ciuitatum fuerint. Festus.

Collare uinculi genus quo collom astringit̃. Lu.lib.xxix. Cum manicis catulo collarique ut fugitiuum deportem. Nonius.

Colere ĩhabitare. Vir.li.iii.æne. Mater cultrix cybele & rursum. quas dira cæleno harpyiæque colunt aliæ. Plau.in aulu. Hanc domum iam multos annos est cum possideo & colo. Var.in eumenidibus. ut Mercuriũ arcadon colonium. In eumenidi. ut naiades undicolæ. Nonius.

Colere exercere ut rustici. Virg.geor.li.i. Fructusq; feros mollite colendo. No.

Colere diligere. Vir.in buc. Ille colit terras: illi mea carmina curæ. Idem in quarto. Solã nã perfidus ille te colere. Ter.in heau. Quippe forma impulsi nostramos amatores colunt. Lucil.li.xxvi. qua te hoc colere est satius q̃ illa studium omne hic consumere. No.

Colere ornare. Var.in raphenippo. Aut ĩ segetibus post mensam colligebant qui domicilia colerent. No.

Colere & maioribus & minoribus conuenit. Teren.in adel. nos colunt maxime. Vir. post habita coluisse samo. Do.

Colere pati. Teren.in heau. Tum ille uitã illã colet inopem carens patria. No.

Collegaꝝ appellatione duo continentur: qui sunt eiusdem potestatis. Ser.

Colles ꝙ posteaq̃ cãpis proxima superiora loca colere cœperunt: a colendo colles appellarunt. V.

Collegæ quod una lecti. Varro.

Collecta ꝙ ex plurimis locis in unũ lecta. V.

Coles capita uitium quæ dicunt̃: quære in pãpinarium. Va.

Collis quirinalis quirini fanum est: qui a quiritibus qui cum Tacio uenerũt curribus ad Romam qui ibi habuerunt castra quod uocabulum coniunctaꝝ regionũ noĩa oblitterauit: dictos enim colles plures apparet ex argeorum sacrificiis: in quibus sic scriptum est collis quirinalis terticeps: ædem quirino collis salutaris quarticeps aduersum est: pilonoris ædem salutis. Collis mutialis quinticeps ad ædem dei Fidii in delubro: ubi æditimus habitare solet. V.

Collis latialis sexticeps ĩ uico stellario summo apud turaculum eo ædificium solũ est hoꝝ deoꝝ aræ a quibus cognomia habẽt in eius regionis partibus: quæ sunt quartæ regiõis palatium: ꝙ palantes cum euandro uenerũt qui & paulatim & aborigines ex agro reatino: qui appellatur palatium ubi consederũt: sed hoc alii a Palana uxore latini putauerõt eũdem hunc locum a pecore dictum putãt quidam. Itaq; Neuius balantiũ appellat: hic germalum & uelium coniunxerunt: q; ĩ hac regione sacri portus est: & in ea sic scriptum Germalensis quinticeps apud ædem Romuli & ueliensis sexticeps ĩ uelia apud ædẽ deũ penatium. Germalium a germanis Romulo & Remo: ꝙ ad ficum ruminalem: & hi ibi ĩuenti quo aqua hiberna thyberis eos detulerat in expositos alueolos. Varro.

Colurna hastilia ex cotno arbore facta imo ex corylo: ut ex Seruio Priscianoq; licet ĩtueri.

Colinam ueteres coquiam dixerũt: nõ ut nũc uulgus putat. Var.ĩ modio. Et hoc ĩterest inter epicurũ & ganeones nostros: quibus modulus uita est colina. Plau. Exi e colina sis foras mastigia: qui mihi inter patinas exilies argutias. Var.de ui.pa.li.i. qua finis fit ãtica & postica in postica parte erant colina. & dicta ab eo ꝙ ibi colebant ignem locupletiorẽ domus q̃ fuerint angustica paupertinis coactæ ipsa nomina declarant. No.

Colligere in unum redigere. Vir.in vi. Colligere arma iubet ualidisq; ĩcumbere remis. M. T.in phi.li.vi. Succurrendum.d.b. oẽs utiq; cœpere colligere. No.

Colligere reficere. Cicer.in uer.actio.secunda. sed manifesto furto perturbatus ubi se colligit. Nonius.

Colligere celare supprimere. Vir.lib.xii. Subsistit æneas & se collegit in arma. poplite subsidens. No.

Colligere auferre. Luci.li.xxx. Eius hæc & colligis omnia furtim. Plau.in au. quin ipse pridem tonsor unguis dempserat: colligit omnia abstulit præsegmina. No.

Coliandrum ex græco. V.

Colophon dixerunt cum aliquid finitũ significaretur. Fest.

Colossus a coleto artifice: a quo formatus est dictus. Fuit enim apud rhodum insulam statua solis: alta pedes centum & quinque. Fe.

Coquum & pistorem apud antiquos eundem fuisse accepimus. Neuius coquus inquit edit. Neptunum Venerem Cererẽ: significat per cererem panem: per Neptũnum pisces: per Venerem holera. Fe.

Coloni dicuntur cultores aduenæ. Vir.i.æne. Tyrii tenuere coloni. Ser.

Colobia genera sunt tunicarum quibus antiqui romanoꝝ utebant̃: hic dicta ꝙ sine manicis: siue mutilata sit κολοβον enim mutilum cõpressum: quod græce dicitur. Quocirca apud Virg. troianis obicit̃ ꝙ uestibus utant̃ manicatis: cũ is nõ sit uirilis habitus.

Et tunicæ manicas:& habét redimicula mitræ.Ser.

Coloniæ hec consuetudo est. Non.n.ueniũt extrinsecus in ciuitatem; nec suis iudicibus utuntur sed ex ciuitate quasi ꝓpagatæ sunt: & iura istitutaq; oía populi Romani: nõ sui arbitrii habent:quæ tamen iudicio: cum sit magis obnoxia & minus libera q̃ municipiũ potior præstantior existimatur propter amplitudinem & maiestatem populi Romani: cuius istæ coloniæ quasi effigies parua simulacraq; sunt municipioꝝ iura quibus utiq; per innocentiam non quæruut.A.G.

Colocenses populi ad quos Paulus apostolus complures scripsit epistolas:nunc dicũť rhodienses qui ciuitatem incolunt militibus tẽpli subditá cypro insulæ finitimam.

Colosso colossus ingentem statuam significat moles inqt Plinius excogitatas uidemus statuarum:quas colossos uocant turribus pares: uel a κολοῦσθαι τὼ οσσε ab hebetãdo aspectu natura oculi caligant táta altitudine spectáda:ut græcis placet: uel a colosso puino opere autore(ut Festus scribit)moles gẽmata equum designat super impolito colosso apud Martialem.

Colorarii qui tota die in arena sunt:uel in prælio.

Coliphia.i.panes luctatorum.gladiatorum uero cibus erat ad firmandos artus ficus arida ut scribit Plinius.Martialis de philenis luctãte cum coliphia sexdecim comedit.

Colorum nomina a rebus ipsis deducta sæpe sunt;ut a croco croceus;a ferro ferrugineus: a cæra cæreus:a purpura purpureus. Cæruleus tamen est color maris;molicinus color floris maluæ: iplutus color aquæ hostrinus color subrubeus:item conchyliatus.

Colias quære in uenus.

Colossus ab hebetaudo aspectu: nam oculi caligant tanta altitudie sꝑctanda:ut uix sulpicere possimus.Suida.

Colluuione uerborum teterrima. A.G li. xu. & Liuius lib.iii.ca colluuione mixtorũ omnis generis animantium & odore insolito & ubi pro confusione.hic pro corruptione.

Columella cognomẽ est georgici autoris a ꝓceritate corporum.Pom.

Colubraria contra ebusum meminisse succurrit:quod cum scateat multo ac malefico genere serpentum:& fit ideo inhabitabilis. tamen ingressis ea intra id spatium quod ebusitana humo circum signauerunt: sine pernicie & tuta appetere aspectum eius pulueris: aliud ue quod uerius procul & cum pauore fugientibus.Pom.

Coloniæ nostræ omnes i litteris antiquis scribuntur urbes q item conditæ ut Roma: & ideo coloni & urbes conduntur q intra pomœrium ponantur. V.

Collucare dicebãt cum prophanæ syluæ ramĩ deciderentur officientes lumini.

Colũnæ dictæ q culmina sustineant Fe.

Colus quoq; masculine dixerunt.Est enim genus tormenti e corio.Fest.

Colluuio labes ex inmundicia. M.T.de sene. Cũque ex hac turba & colluuione discedam Nonius.

Colustra lacumen nouũ lac in mãmis. Lucil. li.vi.biberam insulam fermento omni colore colustra. Lucil.in uirgine. Siquidem mea colustra fretus terris studere fecisset sumere aquam ex fonte. Nonius.

Collutilet significat dederet. Plau.in trinũmo Hæc famigeratio te honestet: & me collutilet:& sine dote duxeris.No.

Colustrum.i.lac nouum.Ser.

Columbas domesticas dicimus: nam palũbes agrestes intelligimus.Ser.

Columbæ:require in alites. V.

Colũbella mensa una ærea uinaria: lapide quadrato oblonga:require in cartibulum.

Columbæ dicebãtur prius mares & fœminæ q non erant in eo usu domestico:quo nunc contra propter domesticos usus:quod inter nouimus appellatur mas columbus: fœmia columba.V.

Columbarũ duo genera:unum agreste: quod alii dicunt saxatile: quod habetur ĩ turribus & culminibus uillæ a quo appellatæ columbæ:quæ propter timorem naturalem sũma loca in tectis captant:quo fit ut agrestes maxime sequantur turres in quas ex agro aduolant suapte sponte & remeant. Alterum genus illud columbarum est clæmẽtius: quod cibo domestico contentum intra limina ianuæ solet pasci:hoc genus maxime est colore albo.illud alterum agreste siue albo siue uario. Ex his duabus stirpibus fit mistelum mistum. Tertium genus fructus caula quot incedunt in locum unum:quem alii uocant peristeronã:alii peristerotrophion in quo uno sæpe quinque milia sunt inclusæ. Peristeron fit ut testudo magna camera tectus uno ostio angusto fenestris punicatis: ac latioribus retinaculis utrinque: ut locus omnis sit illustris: ut neque serpẽs aliudue animal maleficum introire queat.Intrinsecus q̃ lenissimo marmorato toti parietes ac cameræ oblinuntur:& intrinsecus circum fenestras;ne mus aut lacerta arrepere ad colũbaria possit Nihil enim timidius columba singulis parientibus. Var.

Collum niuarium idest in quo depositus niu-

bus refrigerabatur decocta.
Coliculus siue cauliculus delicatissimus erat Apicii luxuria quē est fastiditus drusus Cæsar.
Columella agnomen georgici autoris: a procerirate corporis. Cass.
Colossus dicit̃ ingens statua κολούσθαι τὰ ὄσσα. idest ab hebetando aspectu: ut Suidas apud græcos interpretatur: uel ĩ colosso primo conditore (ut Pompeius scribit) hic loqtur de colosso Neronis. nam Nero accersito Zenodoro ex Gallia eius opera & artificio iussit sibi ftrui colossum &.xx.pedum: quæ statua eo mortuo dicata est soli mutato nomine: & erat in atrio oli eius domus: de hoc inq̃ loquitur: quoniam (ut Suetonius scribit) erat ĩ atrio domus neronianæ: ut etiam hic & quod indicat Martialis.
Commendare gratiorem facere.
Cõmitiales dies dicebantur in quibus ad futuros honores designabantur.
Compita ĩ quibus iuga fracta ab agricolis ponuntur uelut emeriti laborationis indicium siue quod omnes instrumentum existiment sacrum: uel compita dicũt: ad quæ plura itinera competunt: uel quod ibi compotare rustici consuessent: ut probus putat.
Comagenæ pars est syriæ: unde comagenũ dixerunt iecur anseris maceratum niuibus: qđ medicamentum est & comageni inuenerũt.
Committere ducere ĩ inimicitias dicimus cõiunctí: quoniam cogimur inter nos dimicare & contendere: & cõmittũt fere quãdo coguntur simul pugnare.
Columinibus hæc supra in columbaꝝ. Var.
Columellares require in equoꝝ. Varro.
Columen culmen. Alii columen colũnã: unde columellæ apud ueteres dicti serui maiores domus. Luci. xxii. Columella seruus neq; infidus domino ne inutilis quia lumine columnam iniuriose ne pede proruas. Columẽ uero famæ sustentatio uel decus: unde colũnæ dictæ. Teren. in phor. Columen uero familiæ cui cõmendaui filium. Dona.
Comalaxare est exercere ac maturefacere. Varro ĩ flastalibus. Nec dolore a diaphoron esse quod de philosophia comalaxatem ea pſem neq; habenas dedi: neq; unq̃ cupiditas impo suit frænos. No.
Commanducatur. Lucil. in iii. Assequitur nec opinantem in capite insilit ipsum commanducatur totũ complexum. Idem in. xv. Villicum aristocrotem neastrinum atque bubulcum commanducatus: ut corrumpit ad nata adegit. Nonius.
Comœdias constat appellari ex eo q̃ in uicis iuuenes cantare soliti essent crebro conuenientes. Festus.
Comessatio a uicis: quos græci κώμας dicũt appellatur. In his enim habitant priusquam oppida conderentur: quibus ĩ locis alii alios conuictus causa inuitabant. Festus.
Comedum sua bona consumentem antiq dixerunt. Festus.
Comedo comedõis: qui ut supra sua bona cõsumit. Festus.
Comedice figuratum a comedo. Plautus. Euge heus assistite & dulce & comedice.
Cometacula uirgæ quas flamines portent per gentes ad sacrificium: cũ a se homines amoueant. Festus.
Comedim pro comedam. Plautus in bacchidibus. Quod dem fortis quidẽ comedim cõgreget pater. Cicero ad Varronem in epistola. Petisset cura si me amas ut ualeas: ne ego iacente te bona tua comedim. Fest.
Commentum pro communimẽtum. Plautus in amphi. Facias amphitrionẽ aduenientem ab ædibus ut abigas quo uis pacto fac commentus sies. Nonius.
Commentum a comminiscor: quod est fingo Terentius in andria. Atque ipsis commentũ placet. Dona.
Cõmentare cõmeare. Neuius in bubulco cerdone: cum ad lupam nostram tam multi crebro cõmentant lupi. Affranius in Vir. Quo tu commentas ubi confixus desides. No.
Cõmeare est abesse ubi te esse oporteat. Terẽ. in ecy. Hic raro in urbem cõmeat: unde cõmeatus qui ex aliqua cõmemoratione temporalis abscessus. Do.
Cõmodotarius passionem significat est qui cõmodatum accepit. Lauren.
Cõmendo te regi: idest cõmitto: cõmendo te apud regem: idest laudo. L.
Commentarii. Seneca. iii. declamationum. Sine commentario nunquam dixit: nec commentario. Commẽtarius erat in quo nudæ res ponuntur. & Cicero in Bruto. Non est oratio: sed capita rerum & orationis commẽtarium paulo plenius: uel sunt libri ut idem ubi sunt fundi Brute: quos tibi pater publicis commentariis consignatos reliquit: q; nisi puberem & iam haberet quartum librum cõposuisset. Vtrum libri sunt etiam ubi res latæ diffusæque explicãtur: dicimus primus secundusue commentarius: non autem commentarium. Quidam tamen pro expositiõe interpretationeq; auctorum utroq; genere promiscue utuntur: ut Aul. Gel. est: ideo probi grammatici commentarius satis curiose factus. & iterum nonnulli grãmatici qui cõmentaria in Virgilium composuerunt. quidam commentum appellant. Lau.

Comes comiti raro dicitur: socius socio crebrius: namque socius est par: comes uero minor quippe qui sequitur & ducem habet: ut Cicero, non comitem se inquit: sed ducem praebuit: ponitur interdum pro socio: ut Cice. in rhetoricis. Qui cum ante lucem surrexisset comitem suum sequit inclinauit: & antea dixit. & secum aliquantum nummorum ferentem e comitatus. Nec sicut dicimus cupiditas dicendi pacis est comes ociique socia: non econtra dicemus pax est dux cupiditatis dicendi neque ebrietas est dux libidinis: sed ebrietas e magistra libidinis, superbia est mater odii: diuitiae sunt materia superbiae: non autem dux. Comes quoque qui utrumque sequitur alterius dictum. Socius uero plaerunque in negociis seriisque rebus & fortunae arbitrio subiectis. Sodalis autem in rebus leuioribus ac saepe uoluptuosis: ut Cice. epulabar modice cum sodalibus, sodalitates enim me quaestore sunt institutae. Cuius autem sodales inquit qui eiusdem collegii sunt: ut Cicero norbanum quaestorem suum appellat sodalem. Comes e benignus homo & facilis: qui aliis non grauate inseruit. Lau.

Comitari minorum est erga maiores. Deducere uero & reducere quotiens alicui officii praestamus comitatum: ut deduc Catonem in senatum cumque domum reducem. Sed hoc est inter homines non multum auctoritatis distantes: & quasi ad certum locum. Assectari est quasi comitatum praestare: non tamen in itinere: aut nauigatione: aut militia: aut fere per urbem: ut Cice. de ora. Cumque maior natu & consularis Sergius galba assectaretur. Lau.

Committo quaere in uerbo feci inuitus. Lau.

Commeatus in singulari tantum pro facultate ad tempus a militia ab alio ut ministerio recedendi, quam praebet militi Imperator eundi quo uelit ad praescriptum diem reuersuro: licet Liuius libr. xxiii. ait. Magna pars sine commeatibus dilabebatur. In utroque autem numero pro cibariis & alimonia reipublicae: aut exercitus: aut alicuius multitudinis. Interdum etiam priuatim. Cicero pro lege manilia. Iam commeatu & priuato & publico prohibebamur. Lauren.

Committo non committas: ut cum omnia tibi a nobis suppeditata fuerint. tu tibi defuisse uideare. Cicero ut etiam sine ut: sed per quamobrem quod idem pollet: ut Cicero. Nihil tibi esse committendum considerare debes: quamobrem eorum quos laudas te non simillimum praebeas, & hoc modo semper accipitur in malam partem & cum negatione. Quapropter non recte dicitur: fac committas ut omnes te laudent. Lau.

Commigrare quaere in uerbo migrare. Lau.

Comparatiui & superlatiui nominibus magnificus: honorificus: munificus: nulli formantur: sed ex aliis quae in usu non sunt: ne possunt quidem esse: ut magnificentior: honorificentior: munificentior: & in superlatiuo: magnificentissimus: honorificentissimus: munificentissimus: mirificus tamen mirificissimus facit: ut mirificissimus est patruus tuus. omnia igitur a facio sic terminata hanc regulam sequuntur: ut mirificus: maleficus: beneficus uulnificus: tabificus: luctificus: pacificus: sacrificus: morbificus: quae interdum habent suum superlatiuum: Similia sunt a dico & a loquor & a sequor: ut maledicus maledicentior: maledicentissimus. Benedicus numquam repertum est: neque benedico composita. Fatidicus ueridicus uero rarum uerbum est. Causidicus magis substantiuum. A loquor magniloquus: grandiloquus: altiloquus. nam loquus: doctiloquus: uersutiloquus formant similiter: ut magniloquentior: magniloquentissimus quae a participio formari possunt: ut magniloquens. Suauiloquens uero dicimus non suauiloquus. Maledictus participium est tantum huius formae. A sequor pedissequus: quod substantiuum est Lau. Valla.

Coma breuis capillorum ornatus o correpta syllaba: coma non caesi capilli caesaries caesi. nam coma prima syllaba longa generis e neutri: & caesum latine dicitur: ac utrumque a graecis sumptum.

Comma pars. Tor.

Comarus arbutus & genus mori. T.

Comata nomen pastoris apud theocritum: & regionis gallorum cognomen: ubi magnam comam ferunt. T.

Cometes a coma crinita. Plinius in secundo.

Comoedia antiqua & noua. Antiqua quae atticam retinet gratiam & libertatem: ut Quinti. quae nostra satyra est. Noua ut nostra: nisi quod secundum Quin. eam uenerem non retinemus praecipuus Menander apud nostros qui fugerunt a Nigidio nominantur. Tor.

Comici qui comoediam scribunt: comoedus auctor: ita & tragicus & tragoedus. T.

Comparatiua aduerbia & superlatiua: quae a praepositionibus ueniunt: praeter suam constructionem ablatiui & genitiui: aliquando accusatiuo. ut Ci. ad Octauium. Propius urbem mouentur. & Salust. Proxime Hispaniam mauri sunt. Lauren.

Compertum est mihi & exploratum est mihi idest per inuestigationem scio: similiter comperi & exploraui. Constitutum est mihi: uel deliberatum uel decretum: idest cogitando firmatum est similiter constitui & decreui: at non ita deli-

berauit:possum náque deliberasse:& nihil tamen constituisse:ut qui oderitis:licet cõfessioné meá deliberauit:hoc est dubitatiui & hæsitaui. Cice. in uerrem. deliberatú est:idest fixum & decretú est. Exploraui tamé p inueni fere accipitur. cú exploro idè est quod inquiro sagaciter: unde exploratores: sic exigo .i. uæheméter & iure quodá postulo. inde exegi exactum: quod postuládo obtinui. & postuládo obtentú tale est quæsitú pro partú: a quæro. Lau.

Cõplacitus quære in dictiõe participia. Lauré.

Cõplura quære in uerbo plura. Lau.

Cõplodere est aduersas manus inuicé collidere: uel ad testificandú doloré uel gaudiú uel admirationé uel similia. Supplodere est pedé terræ incutere: q̄ iterm in oratore solet laudari: ut Ci. Iam quidé explosa sentétia est: appositissimo uocabulo usus est non dicit eiectam: sed quasi pulsationé manuú iniectos a coetu. Et idé Ci. aut si uersu & pnunciatus é una syllaba breuior aut lõgior exibilat & explodit. Explodo nõ tátum significat eiicio. manibus etiá pulsantibus qualiter quépiam e domo: uel a theatro etiam pulsatione eicimus. Lauren.

Comitem accipere debemus eum qui comitetur & sequatur: & ut ait Labeo: siue liberum siue seruú: siue masculú: siue fœminam: & ita comitem labeo diffinit qui frequètandi cuiuscúq; causa: ut sequeret destinatus est. VI.

Cõmodatú inter & datum utendú labeo qdé ait tantum interesse: quátum inter genus & specié. cõmodari auté ré mobile: nõ etiá soli utendi: mdari etiam soli: sed ut apparet proprie cõmendata res dicitur etiam quæ soli é. Ideinq; Cassius existimat. Iulianus amplius etiam habitationem cõmodari posse ait. de uer. sig. VI.

Compello & appello: ad pulsionem cõpellis & appellis. ad compellationem uero compellas & appellas.

Cõplura dicimus: q̄uis antiqui pluria dixerút. Cicero de signis. Imo uero alia compluria Teren. in phor. Aduenièti ut sit noua hic cõpluria. Pri.

Commistionis urbs est in celtiberis nobilissima. Strabo.

Comaci populi sunt in hispania: iuxta fontem iberi amnis. Strabo.

Coméses ex como ciues i gallia cisalpina: quá lombardiam dicunt cum ex cumis olim ciuitate in cãpania sit cumanus. Stra.

Comú ciuitas est in gallia cisalpina iuxta lariú lacum. Hæc mediocris erat colonia trans padú. sed deinde Pompeius. deinde Scipio: post diuus Cæsar eam auxerunt.

Cõparatiuú i or ois generis erat apud átiquos. Valerius antias in li. vi. annaliú. Hic senatusc õsultum prior factum est. Pri.

Comœdia. Cicero pro Roscio. & nomen huic cõficta arbitror a poetis nostris: ut affectus nostros monens in alienis personis: expressáque imagine nostrú uitæ quottidianæ uideremus.

Comes benigni faciles suaues hoies esse dicút qui errãti comiter mõstrant uiá benigne: nõ grauati. Ci. inquit pro Cor.

Cõmemorare cõmonefacere í memoriam reducere. M. Tul. de senectute pythagoreo;q; more exercendæ memoriæ gratia qd quoq; die dixerim: audiuerim: egerim: cõmemoro uesperi. Idé de finibus bono;& & malo;: audire Ci. quæná sit istius ueteris quam cõmemoras academico;. & de finibus bono;& malo;& peripareticorum sententia. No.

Cõmeruisse pro cõmisisse. Terentius í andria. Quid cõmerui pater. Idem í phormione. Ná si senserit te timidú pater esse: arbitrabit te cõmeruisse culpam. Do.

Comedones ab edendo. Varro in modio. Putat fore hoc quod hinc comedonibus cõuenit usu: quibus nota uolútate comedút: dúmtaxat gula gaudet. No.

Cometa stella crinita cæsarie dicta. Ser.

Cõmendare nihil aliud est q̄ deponere. Ser.

Commendo laudabilem reddo. Valerius libr. x. Quapropter non ludicram artem cõmendauit. Seruius.

Comes benigni faciles suaues hoies esse dicútur: hoc Cicero i oratione pro Cornelio balbo. Ser.

Cõmessatio gemino ss scribi debet absq; n. Dicitur enim a commesse infinitiuo de comedo. Est autem cum luxu factum conuiuiú. Cicero pro Murena. Nam amor non cõmessatio: non libido: non sumptus ostendit. Ser.

Comest pro comedit. Varro in maicopoli: natura humanis omnia sunt: patria quippe te plus urget: piscis ut sæpe minutos magnus comest: ut aues enecat accipiter. Titinnius í gemina. Libram agebant satis esse ambobus farris intrite plus comest sola uxor. Idem in fullonibus. Ego me mandatá meo uiro male arbitror: qui rem disperdit ac meá comest. Plautus i mustellaria. Nemo uenire saluum quem absentem comest. Idem in trinumo. Quod & bibit & comest: quod & facit sumpti. Afranius: æquatibus iste ut tu ré nares dona comest hic quottidie. Pomponius i pistore decipit uicinos: quod molendum conduxit comest. Neuius in fullonibus feriatis uertit se i omnis bestias comest quicquid tetigit tantum. Idem in agricola: ædepol pater

nam qui comest pecuniam. Lucilius in quarto. Commanducatur totum complexa comestque. Et in trigesimo. Conficit ipse comestque. Marcus Tullius in hortensio. Sed ad extremum pollicetur prolaturum: quæ sæpe ipse comestiquæ efficit dialecticorum cohors. Nonius.

Comendaticias nomen cultori fuit: de cuius obliuione quærebatur dicenti: nunquid ad forum mandas: accipe hinc augustus comendaticias qui illic neminem nosti. Macrob.

Comiciales dies appellantur: cum in comicio conueniebantiqui locus a coeundo: idest simul eundo est dictus. Fest.

Committere proprie est simul mittere: nunc eo utimur: & pro facere aut incipere. Fe.

Comptilis compositi. Pomponius in præcone posteriore. Si sciam quid uelis, quasi conici serui comptilis. No.

Comitasset pro concubuisset. Actius in erigona. Tum autem egestis sine esse eodem lecto comitasset pater. No.

Committere effigiare. Pacuuius: Ruptus barbaricam pestem sabinis nostris obtulit nouam figuram factam commissam in fabre. Nonius.

Committere coniungere consociare. Lucilius libro uigesimo octauo. Quod me fiet siquidem non uis te improbo cōmittere. Virgili. libro tertio. Delphinum caudas utero commissa luporum. No.

Committere donare relinquere. Marcus Tullius in uerrem actione secunda. Is calumniator ex sinu suo composuit qui illam hæreditatem ueneri ericinæ commissam esse dicerent. No.

Committere facere. Marcus Tullius ĩ uerrem actione tertia. Ego etiam quæ tu sine ueire cōmisisti uerri crimini daturus sum. Virgil. æneidos libro primo. Quid meus æneas in te committere tantum. Lucilius libr. xxviii. Commouet se nusquam neque committet ut pareat sibi Idem in libro. xxvi. Ad herum ducis clandestino tibi quod commisimus foret ne mutues quicquam nisi ministeria: & foras ferres. No.

Committere & commendare differunt. Committimus magna: & quæ salutem in dubio habent. & quæ magno cum periculo uolumus esse seruata. Terētius in andria. Nec satis digna cui cōmittas primo partu mulierē. Cōmendamus non cognitis: cōmittimus cognitis. Idem in eunucho. Ego me tuæ cōmēdo & cōmitto fidei.

Commilitium commilitonum sub eodem duce. militia est. Cor. tacitus: penes quos ciuitatis regimen in cōmilitium adiciti.

Committere dicitur initiare. Virgilius libro sexto. Et tuba commissos medio canit aggere ludos. Varro in eumenidibus: Discumbimus multitudo nimis mature cœnam committis.

Committere cedere permittere. Virgilius libro nono. Portam quam ducis imperio cōmissa recludunt. Terētius in eunucho. Ouē lupo commisisti. Lucilius libro trigesimo. Quia sua committunt mortali claustra camœnæ. Marcus Tullius de officiis libro secūdo. quādiu respu. per eos gerebat': quibus se ipsa cōmiserat. No.

Cōmitigare est tundendo deprimere: atque deponere. Teren. in eunu. tibi cōmitigari uideā sandalio caput. Do.

Cōmiserescimus. Virgili. æneidos libro secundo. His lachrymis uitam damus & miserescimus ultro. Ennius. Hectoris lustris seruos: & uestræ imperiū & fidē myrmidonū uigiles cōmiserescite. No.

Comitiū ab eo q̄d coibāttur comitiis curiatis & litiū causæ essent.

Comitiales dies dicti q̄ tum dum esset populus constitutus ad suffragium ferundum: nisi si quæ feriæ cōceptæ essent: propterquas non liceret ut cōpitalia & latinæ. V.

Comminisci dictum a con & mente: cum finguntur in mente quæ non sunt: & ab hoc illud quod dicit' reminisci: cum cōmentū pronunciatur. V.

Cōminisci dicere & fingere. Terentius in ecyra. Aliquid tulisse comminiscentur mali: capiti atque ætati illorum moribus qui auctus fiet. Donatus.

Cōmissa dicuntur quæ contra testatoris uolūtatem facta: aut non facta ab hærede. Asconius ped.

Comitiū erat locus prope senatū: quo quiritibus Romanis populoque Romano licebat coire. Asconius.

Cōmissionē require in seruus. Macrob.

Comitiales dies sunt: quibus cum populo agi licet: & fastis diebus quidem lege agi potest cū populo non comitialibus utrunque potest Ma. de sa.

Cōmode pro blande. Terentius in ecyr. haud opinor cōmode, & alibi. Nunquā tā dies cōmode. Dona.

Cōmodū sicuti plærūque utile. No.

Cōmodū aptū conueniens. Virgili. libr. xii. Ac cōmoda fraudi.

Cōmodū integrum totū. Lucilius. Bis quinque octoginta uidebis cōmoda te capua quinquaginta atque ducentum. Plautus in asinaria. Viginti argēti commodas minas eius quidem matri. Nonius.

Commodare est mutuare. Lucil. lib. xxvii. Certa sunt sine detrimento: quæ inter se cõmodent. Marcus Tullius de officiis libro secundo. Atque ut dando & accipiendo mutuandisque facultatibus & commodandis nulla re egeremus.

Commodum pro eo quod cupimus: aut uolumus capimus. Tullius in uerrem. Ante iudicem: quem commodum erat quem uolebat Et Terẽtius in adelphis. Amat dabitur a me dum erit commodum. idest quod cupiuerit Nonius.

Cõmodare cũ cõmodo dare. M. T. ad filiũ lib. ii. Cui ego quibusq; rebus poteto libentissime cõmodabo. No.

Cõmontanus a monte Sacerna ꝓbandus: qui ait singula ingere quaternis operis uno operario ad cõficiẽdũ satis esse: sed si hoc in Sacerna fundo in gallia satis fuit nõ continuo idem in agro cõmontano. Var.

Cõmugento conuocato. Fest.

Cõmunitus pro cõmuniter. Var. reꝝ diuinarum. Etenim ut deos coleret debet cõmunitus ciuitas. No.

Cõpascuus ager relictus ad cõpascendũ cõmuniter uicinis Fe.

Comparare & sociare & coniungere. Actius ĩ amphitrione. Qui meum senium cum dolore tuo coniungam & comparem. Plautus in asinaria. Prænde auriculis cõpara labella labellis. No.

Cõparare adæquare. Marcus Tullius ad Cæsarem iuniorem libro primo. Neminem tibi profecto hominem ex omnibus: aut ãtepo-suissem nunquã aut etiam comparassem. Terentius in eunu. Haud ne cõparandus hic q̃dem ad illum est. No.

Cõparare cõponere machinari. Sisen. histo. li. iii. Eos qui hoc malum publicum clandestinis consilius comparauerint. No.

Comparare ueteres confirmare & cõstituere dixerunt. Terentius in andria. Ita me comparem non perpeti meretricum contumelias. Idem in andria. ut malis gaudeant: atq; ex incommodis alienis sua ut comparent cõmoda. Titinnius in gemina. Ergo ut sua seruet dona nobis faciendum est: ita ut cum ea primum blãditer cõparemus colloquia. Actius in eurysace. Nihil est: si autem ad te retardet socium in portu copiaq; subsistat modo tu reipse affirma & cõpara. Idem in tereo. atq; id ego mecum semper sic agito & comparo quo pacto magnam molem minuam. Turpil. in lænis. Nunquam unius me comparatu seruire elegãtiæ. Marcus Tullius de republica libro sexto. Quamobrem se comparet hic ciuis: ita nec est ut sint contra hæc quæ statum ciuitatis permouẽt semper armatus. Afranius in episto. Nam improba & pudica q̃ sine consulo & parco mihi: quoniã cõparatum uno ut simus contentæ uiro. Cicero de finibus bonoꝝ & malorum libro sexto. Omnis auctoritas philosophiæ consistit ĩ beata uita comparanda. No.

Comparare emere. Terẽtius in eunucho. Des ubi aurum & uestem. atq; alia quæ opus sũt comparet. No.

Comparare acquirere æstimare. Terentius in andria. Atq; ex incõmodis alterius sua comparent commoda. Dona.

Comparare interim existimare. Actius in epinausimache. Proin tu id cui fiat: non qui facias compara. No.

Cõparare apparare. M. T. in uerrem actione secunda. Vt erat iter suos copiosos conuiuiũ comparabat. No.

Comparare dare. M. T. in uerrem de suppliciis Et omni gemitu ac dolore certa merces cõparabatur. No.

Comperendinatio est secunda actio. Item cõperendinatio est ab utrisque litigatoribus ĩuitis sibi denunciatio in perendinum diem. Nanque cum rem aliquam agerent litigatores: & pœna se sacramẽti peterent: poscebãt iudicem qui dabatur post trigesimum diem quo dato deinde inter se comperendinũ diẽ ut ad iudicium uenirent denunciabant. quo cum esset uentum anteaquã causa ageretur: quasi per iudicem rem exponebant. quod ipsum dicebatur causæ coniectio: quasi causæ suæ breuis coactio. Alii sic inter comperendinationem & ampliationem hoc interest: q̃ comperendinatio ex una tantum reperitur: ampliatio tarde condemnabit. Asconius Pedianus.

Compescere est uelut eodem pascuo cõtinere. Festus Pom.

Cõpernes nominãt homines genibus plus iusto coniunctis. Festus.

Competere compesce dixerunt antiqui. Fe.

Compercit pro compescuit. Fe.

Compescere lucum: est lucũ suis finibus cohibere. Festus.

Compernes dicunt longis pedibus. Luci. saty. libro. xvii. Nunc censes Caliopeia mora illã non licitum ueterum esse aquæ etiam igni-na tãgere mammis compernem: aut uaram fuisse amphitriõis acerni. Alcmenam atque alias lenam ipsam denique nolo dicere: tute inde dissimulabo. elige quod uis. No.

Compedes qui sunt quos epidauri & artinos appellant. centum enim & octoginta remp. administrabant: ex quibus senatores deligebant: quos artinos appellabãt. Plæbs autem

magna ex parte in agro agebat: uocabantur autem compedes a pedibus: ut cuius facile agnin puluere obliti cum in urbem rediret.

Compita proprie dicuntur ubi multæ uiæ cōueniunt: ut triuium uel quadriuium: aut error.

Cōclaue cœnationem significat: ut Cicero docet cœnationibus.

Compedes non a pedibus dictæ: sed ab impedimento. Varro in prometheo libro primo Ego infœlix non queam uim propulsare: atque inimicum horcho immittere. ne quenquam separatas manus compedes conor reuellere. Idem ī flexibulis. Domo exeo intro & pedes & corrigis compedio. Idem in parmenone. Lepusculi timentes hoc quadrangulum dedit. Diana rete nexile archia suis eum fugam lineamq; compediam. Idem: sex ulysse: quo cum ire uellemus obuius stare: ubi corpori trinos compedes impositas uideo. No.

Cōpetere par esse uel simile. Inde & in æstimatione rerum hoc illi competit dicimus. No.

Cōpetere significat honorem uel coniugium: uel quoduis aliud aduersus alium petere: unde competitor: ut sæpe. No.

Competere rei cuiusq; reminisci: aut constanter ualere. Salustius histori. libro primo. Sic uero quasi formidine attonitus: neque animo: neque auribus: aut lingua cōpetere. Nonius Mar.

Compellare alloqui. Virgilius æneidos libro secundo. Vltro flens ipse uidebar Compellare uirum ac mœstas depromere uoces. Seruius.

Compendium quod compenderet una. Reque in foris. Varro.

Compitalia festa quæ in compitis peragebantur. Fe.

Comperēdini dies sunt quibus uadimonium licet dicere. Macro. de sa.

Compilare est cogere in unum condere. Fe.

Compita loca i quadriuiis quasi turres. ubi sacrificia finita agricultura rustici celebrabāt: uel a compotando dicta idem simul bibendo. uel mariti confinia ubi ædiculæ consecrantur patentes ad compita: uel a comperēdo quod multæ simul uiæ cōueniāt: ut Probus putat.

Compita quadriuia appellātur ab eo: qa multæ uiæ in unum confluant. Virgilius geor. secundo. Ingentes pagos & compita circum thesidæ posuere. Ser.

Cōpitalini ludi a patre libero dicti: quos athenienses primo instituerūt cōpita: in quibus primi noīe hircus dabatur. hoc autem genus poematis tragœdiam uocabant. Ser.

Compitalitii more maiorum ferias concipere solent: quæ appellantur compitalia. Aulus Gellius.

Cōpitalia dies attributus laribus: ubi uiæ cōpetunt: tunc in compitis sacrificat' is dies cōcipitur. Var.

Comprimere interdum iniuriæ & non amoris. Terentius in phormione. Eam compressit. Donatus.

Computum a cogendo. V.

Componere finire. Vir. æne. li. i. Ante diē clauso componet uesper olympo.

Componere reficere recreare. Virgilius georgico. libro quarto. Vix defessa senex passus componere membra. Idem æneidos libro primo. Nunc placida compostus pace quiescit No.

Componere disponere constituere. Virgilius libro quarto. Quam tuta poscis urbem cōponere terra. Marcus Tullius de officiis libro tertio. Atque quod communiter compositum fuerat solus edixit. Sisenna histo. libro quarto. Exercitum dispartitum ad confligendum componunt. No.

Cõnexum est ex parte declinatũ: qualis est natura cæli; quod ex omni parte ad terrã uersus declinatum sit. Fe.

Conuenire placere cõstituere. Sisen histo. libr. iiii. Signum natus a papo: quod inter eos tol li conuenerat. No.

Conuenere apta & commoda fuere. Terẽtius in adel. Quæ conuenere in audriam. Do.

Conuenisse non inuenisse & uidisse tantum: sed & collocutum significat. Terẽtius in andria. Conueni hodie adueniens quendã mei loci hinc atq; ordinis hominem. Do.

Conuenire aptum esse. M. Tullius in horten. Nam quod uereris ne non cõueniat nostris ætatibus ista oratio quæ spectat ad hortandum. No.

Conuenire significat obuium fieri. Ter. in eu. Conueni hodie adueniens mei loci quendã atq; ordinis hominem. No.

Conuenire uidere. M. Tullius de senectu. Neque uero eos solum conuenire habeo: quos ipse cognoui: sed illos etiam de quibus audi ui & legi & ipse conscripsi. Plautus in asina. ætatem uelim seruire libanum ut conueniã modo. No.

Conuenire colligi coire. Virgilius æneí. libro primo. Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni. Marcus Tullius in philippi. lib. iii. cui quidem hodierno die: nunc enim pri mum ita conuenimus. No.

Conuenire constare. Teren. in phor. Conuenit numerus quantum debuit. No.

Conuenire similem esse. Varro. Longe fuit q nos fugit solus rhetor: solus rex: solus formo sus solus fecus: uel ad ædilicium modius pu rus purissimus adhuc charactera deo pan- thus conuenit caue attigeris hominem. No.

Conuenire placere certum fieri. Virgilius lib. xii. Cesserit ausonio si fors uictoria Turno. Conuenit Euandri uictos discedere ad urbẽ Marcus Tullius de finibus bonorum & malorum libro quinto. Videndi cupiditate incensi omnes summus: atq; hoc mihi cum tuo fratre conuenit. No.

Conuenire interpellare. M. T. in uerrem actio ne secũda. Non dubitat quin ubi ipse uerrẽ conuenisset: æquitate causa auctoritate sua commouere hominem possit. Lucilius libro xxxviii. Hæc tu conuentus tela insidiis loca ui. Nonius.

Conuertere magnifice dictum est: ut uerbum magni moliminis & agminis ingentis. Nam cõuertere se dicitur quem pompa præcedit. Et Imperator proprie cõuertit exercitũ. Teren. in adel. Ego autem iam transacta re conuertam me domum cum obsonio Do.

Conuicium a uicis in quibus primo habitatũ est uidetur dictum: uel ĩmutata littera quasi conuocium. Fe.

Conuiuones compotatores: a bibendo dicti. Lucil. lib. xxvi. Quãdo quidem repperi magnam ex conuiuionibus ex copiis. No. Mar.

Cõuiuii proprietatem. Marcus Tullius de senectute demonstrat. Bene enim maiores accubitionem epularem amícorum: quia uitæ coniunctionem haberet conuiuium nominauerunt. No.

Conuicium dictum est a uicis locus qui secũdum ignobilitatem loci maledictis & dictis turpibus caulletur. No.

Cõuiuãt pro cõuiuãtur. Pompo. in munda. Si Kalendis cõuiuãt idibus cœnãt foris Ennius in primo. Stat malo hercle suo cõuiuat si ne modo. No.

Conuiuium domũ conuiuii esse opinor. Var. Non tam lautum q̃ sine sordibus & cõuiuio legi non omnia debẽt: sed ea potissimũ quæ simul sint honesta & delectant; neq; non de senis quoq; mensis cuiusmodi esse eas oporteat præcepit. A.

Conuiuari conuiuia facere.

Conuiuiũ ut in urbe aut in umbra: aut in sole pro temporis cõditione instruebatur: propterea Teren. in adel. lectulos inquit in sole iligneis pedibus faciundos dedit ubi poteris uos. Do.

Cõuoti isdem uotis alligati. Fe.

Cõuola occulta. Fe.

Cõuertit pro conuertit. Plautus in amphitrione. Sed fugam in se nemo tamen conuertit. Nonius.

Conum quod cogitur in cacumine uersum. Varro.

Cliophon prosopon. i. muta psena.

Cloacæ fossæ a clodio duce albanorum dictæ Festus.

Clodia familia a Clonio æneæ comite est appellata. Festus.

Clotho una ex tribus parcis: quæ ut refert hesiodus in theogonia bonum malumq; futurum mortalibus nascentibus dant: & uitam nent.

Clotho parca: significat græce clotho uerbũ id quod neo, torqueo & circũuoluo.

Choliambon in carmie iãbico magna est acer

bitas quali uſus eſt bibaculus infenſus in primis Catoni grammatico. Archilochus eodẽ genere uſus eſt:poſtea fuit excogitatũ a mollioribus poetis:ut diffracto eo rigore iambico alterum genus inſtitueretur iãbicũ quod erat:ſed fractum. Vnde dictum eſt choliambon claudus iambus.

Cohors eſt ſpanum illud domus:ubi ſeruantur altilia: tamen apud Martialem pro parte domus profertur per ſyncopam. Varro p neutrum profert figuratum.

Cloacare inquinare.unde & cloacæ dictæ.Feſtus Pomp.

Crocotillum ualde exile.Plau. in extoxtis.Talis tum crocotillis cruſtulis.Fe.

Crocodillus:require in anguilla. Var.

Crocitum eſſe uoluerunt propriam coruorũ uocem.Plau.in aulu. ſimul radebat pedibus terram:& uoce crocitabat ſua.No.

Crocatio coruoꝝ uocis appellatio.Fe.

Croto inquit Liuius murum habuit patẽtẽ in circuitu.xii.milia paſſuũ ante aduentũ pyrrhi in Italiam poſt illius belli uaſtitatem uix dimidia pars habitabat in urbe templum urbe ipſa nobilius lacunæ Iunonis ſanctũ omnibus arca populis locus eſt frequenti ſylua & proceris abietis arboribus ſæptus : lata in medio paſcua habuit: ubi oĩs generis deæ ſacrum pecus paſcebatur.

Crocum principatum obtinet alitium ex coryco:alterum lycium ex olympo:tertiũ centuripinum ex Sicilia nonnulli ſecundum locum phlegræo dederunt.Strabo.

Crotala quod dicam in genui filii ſenatorum ĩ ludũ ſaltatoꝝ cõmeabant: & illic crotala geſtantes ſaltare diſcebant.

Crœſus Alyactis filius rex ultimus lydorum a Cyro ſuperatus.T.

Crocus adoleſcens:cuius amore Similax uirgo in eius nominis fruticem uerſa eſt: & ipſe in florem ſui nominis.Qui.ut alii.a coryco ciliciæ oppido:ubi optimus ad medicinã ſecundum Diaſco T.

Crocodilus animal quadrupes quaſi croceus: hic præ oĩbus ex minimo maximus fit ex ouo ad decemſeptem cubitos excreſcit:& etiã ex.nocte in aquis diei maiorem partem ĩ humo quieſcit:quattuor menſes hyemales ſecũdum Herodotum non comedit:& ſola beſtiarum non habet linguam:uide Plinium.T.

Crocyla inſula apud Homerum.ab aliis corcyra.Tortelius.

Crocylus paſtor apud Theocritum.T.

Crotalum inſtrumentum muſicum ægyptiũ in ſolennitatibus deorum.a κροῦω pulto & plauſtrum a ſono.

Chromaticus qui nulla uerecũdia colorẽ mutat:uel coloratus.T.& unum ex tribus muſices generibus ſicut enharmoniũ & diatonicum.

Chromius uir argiuus ſecũdum Herodotum & Home.xi.odyſſeæ filius Nelei frater Neſtoris a Diomede interemptus in bello troiano.

Cromma urbis nomen.T.

Chronus tẽpus & ſaturnus apud antiquos poſteriores chronus tempus cronus ſaturnus cæli filius ex Veſta cæpit uxorem opem ſororem:qui cum Titano maiore fratre & deformiore conuenit ut ipſe regnaret: ſed non tolleret uirilis ſexus filios: quod Titanus fecit:ut ſui filii regnarent ita. unde primus interfectus eſt.Inde nati ſunt Iuppiter & Iuno. Iuno oſtenſa:Iuppiter abſconditus:inde & inſcio patre educatus.Inde Neptũnus abſconditus.Inde Pluto & Glauca nati.Glauca oſtẽſa:quæ parua mortua ẽ. Titan cum reſciſſet eum filios:qui Titani dicti ſunt Saturnum & opem compræhendit:& in carcerem truſit. Iuppiter cum magna Cretenſium manu Titano uicto exemit patrem in regnũ reſtituit Saturnus inde ſorte admonitus ut caueret a Ioue inſidias tetendit: quare ſuper eum fugauit:& per omnes terras perſecutus eſt eum: qui tandem ĩ Italiam uenit.Hæc ex ſacra hiſtoria: & ſecundum Lactantium ſecutus eſt eam Ennius.& quia Italia inferior eſt q̃ græcia ubi ẽ olympus finxerit ab ætherio olympo expulſum:& falcifer dictus: quia primus uitem Italis putare oſtendit:& cum ueniſſet ad loca mari infero uicina dictus eſt ad inferos relegatus eſt:igitur Saturnus græce tempus quod a cælo eſt:& omnia cõſumit:ut dicitur filios deuoraſſe.Ideo apud Ciceronem Saturnus dicitur quod ſaturat annis. Tor.

Chronicus eſt prolixus corporis morbus: qui multis temporibus remoratur: ut podagra: phtyſis.chronos enim apud græcos tẽpus dicitur.

Chronica tẽporalia proprie annales:inde chroniſmos temporalitas: & ſynchroni contẽporanei.Hieronymus.

Crotapos uir antiquiſſimus.Ariſto.

Croton urbs Calabriæ.Oui.xv.inde crotoniata:qui inde eſt.T.

Copidas uocabant gladios leuiter curuatos falcibus ſimiles.

Choraula eſt tibicen qui tibia in choro canit.

Chorocithariſtæ qui in choro cithara canũt.

Corona querna donabatur : an quod ubiq; in expeditionibus facile ſit quercum inuenire: an quod Ioui & Iunoni : quos ubi præſidere putant:corona conſecrata eſt.an uetus ab arcadibus mos acceptus eſt: quibus eſt quædã

cum hac arbore cognatio: ut enim primi homines ex terra arcades; sic quercus prima ex omnibus plantis nata.

Corinthium æs latius florus quantas opes abstulerit & turbauerit: hinc scias quod quicquid æris toto orbe laudatur incendio superfuisse cognouimus: nam & æris notam præciosiorem ipsa opulentissimæ urbis fecit iniuria permistis plurimis statuis atque simulacris æris auri argenti uenæ incōfluxerint: eo demque modo dicitur signum corinthium .i. ex illo ære; ūde labolenus đ legatis .iii. ticii corinthia uasa legata. Plinius libro. xxxiiii. signis quæ uocant corinthia plærique in tantum capiuntur.

Cophinus græce & cista eodem uerbo dicuntur id inde in supellectile habebant Iuuenalis. Cophinum frænumque supellex.

Cornelii forum: nunc Imolam urbem dicimus.

Cornicari sũ murmurari: & quasi cornicis uoces proferre.

Corduni populi inter belgas sub imperio neruiorum proximi cētronibus leuacis pleumosiis et grudiis. Coris: quære in uenus.

Corduba patria Lucani: quæ in hispania betica est: Hæc soli præstantia opibusque insignis Bethi fluuio īterluitur & protenditur in occasum: qua occurrit oceanus: de quo Ptolomæus.

Corycio parnaso multa loca sunt præcipua sāctitate ueneratiōe digna e quibus corycium est antrum eodem quo ciliciam nomine. Plinius præterea ita scribit thebis quæ corsiæ cognominatæ sunt iuxta heliconem.

Copi pro copioso. Plautus in pseudulo: atque ego nūc me ut gloriosum faciam: & copi pectore. Turpil. in epidico. Te quidem omniũ iam pati copem eam rem facit. Pacu. in periboea. O multi modis uarie dubium: ut prosperum copem diem. No.

Copiantur a copia honeste positum ut lignantur pabulantur & aquantur. Cecil. libro primo. Armis & magno cōmeatu: sed præda ingenti copiantur. Virgilius georgicorum libro quarto. Sub mœnibus urbis aquantur. Nonius.

Copona taberna a copiis dicta. Fest.

Copulantur pro copulant: passiuum pro actiuo. Plau. in aulu. Ardent consistunt copulantur dextras. Nonius.

Copiæ cum de exercitu dicitur: pluraliter efferuntur. Copia uero aliarum rerum est. Ouimet. Ante ait emoriar q̄ sit tibi copia nostri. M. Tullius ad Cornificium Quātum copiarum haberes: cum ipsa coniectura consequi poteram; tum ex litteris tuis cognoui. Ser.

Copiantur & Romani: inquit Actius: multis armis & magno cōmeatu prædaque īgenti copiantur. Aul. G.

Copia facultas potestasque: ut faciam tibi copiam: idest potestatem & facultatem. Neque cum alio uerbo iungitur q̄ cum facto apud oratores. Poetæ uero cum do. ut coram data copia fandi. Cum aliis uerbis copia pro abūdantia accipitur: ut copia frumenti. In plurali etiam multitudinem significabit ut copiæ Pompeii: quod etiam in singulari significat: ut Pompeius ad Domitiū: ut cum omni copia q̄primum ad me uenias. Lau.

Copula dicitur cuiuslibet rei duplex numerus. Vnde tractum est ut matrimonii copula diceretur. Horatius libro carminum. Fœlices ter & amplius: quos irrupta tenet copula. Ac.

Cops uetustissimi tenent hic & hæc & hoc ops & cops pro opulentis & copiosis proferebant. Pris.

Copulatum ut coniunctum: quod græci uocant συνημμένον; nos copulatum uel coniunctum dicimus: quod est eiusmodi. P. Scipio Pauli filius: & is consul fuit. & triumphauit: & censura functus est: & collega in censura Lucii Mutii fuit. In omni autem copulato seu coniuncto: si unum est mendacium: etiam si cætera uera sint totum esse mendacium dicitur. Nā si ad ea omnia quæ de Scipione illo uerba dixi addideram: & Hānibalem in Aphrica superauit: Quod est falsum: uniuersa quoque quæ coniuncta dicta sunt propter hoc unum quod falsum accesserit: quæ simul dicentur uera non erunt. Varro.

Coquitare pro coqui: cocitare idest frequēter coquere. Plau. posuit. Festus.

Coquinatum ad coquendum. Plautus in aulularia. Neque ego unquam nisi hodie ad bacchas in bacchanal coquinatum accessi. No.

Choragium instrumentum scænarum. Festus.

Corona cepione centurione & præcone: quæ pridem eiecta est aspiratio. Nam corona: ut grammatici dicunt: aspiratione caret: siue a choro dicta sit: siue q̄ ab honore cum ei aspiratio imposita sit.

Corona cū uideatur a choro dici: caret tamen aspiratione: siue coronæ dicuntur: q̄ honorent eos quibus imponantur. Fe.

Coram & palam differunt. coram enim ad certas personas refertur: palam ad omnes. Ter. in adelphis. Cur nō imperabat coram: & coram præsentes: & corā præsentibus dicimus & coram indiget adiectione. palam nō indiget. Donatus.

Choraulæ a græcis: a nostris tibicines appellātur. χορος enim chorum significat: & αὐλος

tibiam magna olim æstimatione & mensis principium grati Tranquillus de galba cano inquit mite placenti super cœnam denarios quinque donauit: idem Plutarchus in galba in hoc genere claruerunt ismenias Dionysius & nicomachus.

Corollaria a corolla coronarum dona. Sueto. libr. ii. Itaque corollaria & præmia in alienis quoq; muneribus ac ludis. & crebra & grandia de suo offerebat.

Choragium dicimus dispensatorem largitorem exhibitorem: ut in augustū carmen Suetonii. Cum primum istorum conduxit mensa choragium.

Corolla diminutiuum est a corona. Corollam noua nupta de floribus uerbenis herbisque a se lectis sub amiculo ferebat. Festus Pompe.

Coracem est nomen positum pro coruo. Marcus Tullius de oratore libro secundo. Quare coracem uestrum istum patimur nos pullos suos excludere. No.

Corradere difficulter comparare. Terentius ī adelphis. Minas decem corradet alicunde: & corrasi omnia. & ī phormione. Et credo minus hoc corraditur apta in uerbo difficultas Donatus.

Coram ad personas accipitur. Virgilius æneidos primo. Corā quem quæritis adsum troius Aeneas. Et Seruius Sulpitius ad Ciceronem. Qui si istic affuissem: neque tibi defuissem: coramq; meum dolorem declarassem Seruius.

Corbites dicuntur naues onerariæ: q; in malo earum summo pro signo corbes solerent suspendi Festus.

Corculum a corde dicebant antiqui solertem & acutū. Plau. in cassina. Ego sum liber meū corculum melliculum. Fe.

Corda frumēta quæ sero maturescunt: ut fœnum cordum. Fest.

Cordi est honeste dictum. animo sedet. Lucil. libro. xxvi. Et q; tibi istæc magnopere cordi est: mihi uæhementer displicet. Idemque Si porro tibi istæc res iccirco cordi est: q; te utilis. Nonius.

Corgo apud antiquos pro aduerbio: quod est profecto ponebatur. Fe.

Corinthienses ex eo dici cœperunt: ex quo coloni corinthum sunt deducti: qui ante corinthii sunt dicti: quam consuetudinem seruamus etiam cum Romanenses & Hispanienses & Sicilienses negociatores dicimus: qui ī alienis ciuitatibus negociantur. Fe.

Corinna nomen puellæ fictum ab Ouidio. nā duæ fuerunt corinnæ utraq; thebana & carminibus lyricis erudita; adeo ut iunior cum Pindaro cōtendisse dicatur huius tumulus in Boetia erat ipsius effigie uitta coronata ī monumentum superati Pindari (autor Pausanias) inde Ouidius puellæ suæ nomen honestum indidit.

Coruscarum cliuarum locus erat trans thyberim corintbibus dicatus q; in Iunonis tutela esse putabatur. Fest.

Cornua liberi patris simulacro adiiciunt: quē inuentorem uini dicunt: eo quod homines nimio uino truces fiunt. Nonius.

Cornua q; ea quæ nunc sunt ex ære: tunc fiebant bubulo cornu. V.

Cornua a curuo ære dicta: quod plæraq; curuamus. Varro.

Corripere contorquere. Virg. æne. lib. iiii. Tue bine corripuit. No.

Corripere excutere. Vir. ænei. lib. iii. Corripio e stratis corpus. No.

Corripere raptum inferre. Terentius in ecyra. ita corripuit de repente tacitus sese ad filiā. Donatus.

Corite leue missile in modum sagittarū. Vir. æne. libro. x. Coritiq; leues humeris & læthifer arcus. No.

Corytus arcuum theca: dicitur etiam forulus sagittarum: quam & pharetram nomiamus. Virgilius in. xi. Quis tela sagittæ coritiq; leues humeris & læthifer arcus. S.

Cora Tiburti frater: a quo oppidum Volscorum. Alter orator siculus & Tisias primi rhetores.

Corax Arethusæ filius: persequens leporem: delapsus e petra periit: mater se in fonte suffocauit. Inde petra coracos & fons Arethusæ dicitur. xiii. odysseæ. Sunt autem Ithaca. Tortel.

Corcicos non longe a Pompeiopoli oppidum portu saloque īcingitur angusto tergore cōtinenti ad nexum: supra specus est nomine Corcicus singulari īgenio: ac supra qui ut describi facile possit eximius grādi nanque hiatu patens montem littori appositum: & decem stadiorum cliuo satis arduum: ex summo statim uertice aperit: tunc alte demissus quantum demittitur amplior uitet lues pubentibus undique & totum se nemoroso laterum orbe complectitur: adeo mirificus ac pulcher: ut mentes accedentium primo aspectu cōsternat: ubi contemplati durauere nō satiat unus in eum descensus est angustus asper quingentorum & mille passuum per amœnas umbras: & opaca sylua quaddā agreste resonantis riuis hinc atque illinc fluitantibus: ubi ad ima peruentum est: rursus spe-

cus alter aperitur ob alia dicendus terret ingredientes sonitu cymbalorum diuinitus & magno fragore crepitantium: deinde aliquandiu pspicuus: mox & quo magis subitur obscurior ducit ausos penitus alteque quasi cuniculo admittit: ubi ingens amnis ingēti fonte se extollens tantummodo se ostendit: Et ubi magnum impetum breui alueo traxit. Iterum demersus absconditur intra spatium est magisquam ut progredi quisquam ausit horribile: & ideo incognitum. Totus autem angustus & uere sacer habitarique a diis: & dignus: & creditus: nihil non uenerabile: & quasi cum aliquo numine se ostentat.

Corsina isula in Ionia i sinu smyrneo est thermodon amnis & urbs leucua extra fines Ioniæ ultima. Pom.

Corithos olim clara opibus post clade notior nunc romana colonia ex summa arce quam acrocorinthon appellant maria utraq; contuens Pelopōnensi oram: sicut diximus: sinus & promontoria lacerant ab oriente bucephalos & cheronnesus & scyleon ad meridiem malea tænaros achritas Ichitis ad uesperum Chelonates & Taraxos habitant ab Isthmo ad scyleon epidaurii Aesculapii templo incliti & troezenii fide societatis atticæ illustres portus Sardonicus & Schenitas & pagonus: Oppida autem epidaurus & Troezen: & Hermiona his littoribus apposita sūt Pomp.

Corybantes populi cretæ: qui cum curetibus Iouem infantem aluere. Tor.

Corydalus genus auiculæ. T.

Corycus urbs ciliciæ & portus & mons ubi optimum crocū: ubi specus amplissimus: uel tres potius: quorum ultimus typhoneus: de quo Luca. inde corycius. Item corycus collis iuxta delphon etiam cum specu. Homerus ī hymnis & Herodotus.

Cors pars domus ubi altilia seruabant.

Cortina quidam græcum dicunt: sed potius a coriis ex quibus cōficiebatur primo: quibus loca abdita in tēplis separabantur locus: unde præceptum oraculi datur. Ser. Plinius uero tripodem dicit. Seruius quod corio phythonis tectus sit: uel quasi cortina: uel quod cor uatis illic tenditur. T.

Cortyna urbs cretæ: quæ gortyna potius. Tortelius.

Corydon pastor. Tor.

Corcyra insula i Ionio: olim phæacum patria: & Alcinoo: inde corcyretum. Martialis, quis corcyreti. Tor.

Corylus arbor est & fructus: quæ a nostris dr̄ auellana a loco scilicet ubi primū cōptaq; fuit Vir. li. geor. ii. Neue iter uites corylū sere. T.

Corymbus propriie est fructus hederæ & inde corymbiferus: ut Ouidius libro fastorū primo. Festa corymbiferi celebrabat græcia bacchi. Tor.

Corinus ante Homerum primus Iliadem cōposuit.

Corinthius Sinus ionii maris olim phion dicebatur.

Cornelia olim habebatur insignis pudicitiæ Scipiōis aphricani filia nupsit Cornelio graccho: cui genuit. C. & Thyberium Gracchos ad utriusque filii eloquentiam plurimū contulit præceptis suis: ut scribit Quintilianus: his sublatis per seditionem popularem misera præ dolore mortua.

Choris nympha.

Corybātes cybelei: de quibus Ouidius: de his est historia.

Corinthus dicta est ephyre a nympha: ut scribit Pausanias: & interpres Apollonii postea corinthus a corintho iouis filio batteis dicitur: Nam famulia battiadum ānis ducentis corinthon tenuit: ut Strabo scribit. Cypselus tyrannus eos deleuit. hi sunt quorum factione Tarquius & demarathus domo electi sunt: ut scribit Dionysius Alicarnaseus. Ouidius Et qua battide bimari gens orta corintho.

Corinthus urbs Achaiæ a Sisypho latrone æoli filio condita. Eusebius prius cercyra: inde Ephyra: inde instaurata a corītho Orestis filio: unde nomen accepit ense: inde corinthiacus & corinthius. Tor.

Coritus oppidum hetruriæ in colle eiusdem nominis: a Corito rege conditum: patre dardani uel uxoris ex Ioue. T.

Cordei medorum sunt montes.

Cordi est: idest delectat & placet: Vt Cicero. Ideoque eo mihi magis est cordi: idest magis delectat. Terentius. Si hæ nuptiæ sunt tibi cordi: idest iucundæ. Animo est: idest animus est mihi: uel uolo: uel constituo: ut Cicero ad Terētiam. Nam mihi erat in animo mittere ad Dolobellam. Lau.

Corobius uiri proprium. T.

Corone urbs Achaiæ: a qua coroneus. Tortelius.

Chorus secundum Festū: a corona: sed potius græcum a χαρα secundum Platonem in. ii. de legibus.

Corasnii populi asiatici. Hero.

Choraules & musicum instrumentum: & pulsantis nomen. Iuuenalis.

Chorda græcum nomen: secundum Iulium Pollucem.

Chorea g.ea e longa a bre. Virgil. Choreas & carmina dicunt. T.

Chorebus uiri proprium. T.

Chorineus proprium. T.

Choriambus pes choris aptissimus.

Corylus idest auellana: quæ ab auellino cāpaniæ nominata: ubi abundat. Ser.

Corripio raptum perago. Virgil. in. vi. Corripiunt spaciu medium. Ser.

Corymbus uua hederarum. Virgilius in bucolicis. diffusos hedera uestit pallēte corymbos. Ser.

Coruos require in alites. Varro.

Corporare est interficere: & quasi corpus solum & sine anima relinquere. Ennius in andromeda. Corpus contemplatur: unde corporet uulnere. Actius in astasiastis: uel trophæa libro primo. Corpore abstergo es ausus. Nonius.

Corpulētis. Ennius pro magnis dixit: nos corpulentum dicimus corporis obesi hominē. Festus.

Cortes sunt uillarum inter maceriem spacia. Varro in pappia papo. Dum uixi promiscaris meus in corticibus pauit. Idem de re rustica libro primo. Nec minus & a populo cū redirent anseres: sues: porci in corte exteriore. Idem de uita patrum libro primo. Ad focum hyeme ac frigoribus cœnitabant: æstiuo tempore in loco propatulo rure in corte: in urbe: in tabulino: quod mœnia non possumus intelligere tabulis maculæ fabricatum. Nonius.

Cortina locus ubi oraculum datur: dicitur autem cortina: uel quod apollinis tripos corio phythonis tectus: uel quod corte illic uates tenetur. Nam cauerna quædam in apollinis templo fuit: ad quam phœbas rapta uaticinabatur. Ser.

Cortina cauerna quædam Apollinis fuit in tēplo: ad quam rapta puella uaticinabatur: idest. phœbas. Virgilius in septimo. Neque te phœbi cortina fefellit. Dicta autē: uel quod cor teneat: aut quod tripos Apollinis phythonis corio tectus erat: aut secundum græcam hetymologiam ὅτι τὴν κούρην τείνει quod puellam ostendat: uel quod certa illinc responsa fundūtur: quasi certina: uel quod uerius est: cor illic uatis tendebatur. Ser.

Corte nec minus cū redierint anseres sues porcæ in corte exteriore. Varro.

Cortumnio dicitur a cordis usu. cor enim cortuminionis origo. Varro.

Coruscus crispans. Vir. æneī. i. Tum syluis scæna coruscis. Ser.

Curiculus cursus. Varro in epistola Iulii Cæsaris. Quē simul ac Romam uenissem: mihi attigit auris nuncio exemplo meos in curriculum contuli prope pedes. No.

Corpus potius quam carnem nostrum uiuentium dicimus: ut hominem corpulentum potius quam: ut aliqui loquuntur: carnosum: ut Quintilianus. Corpulento litigatori: cuius aduersarius & cætera. Et Cicero ad Gallum. Nam & uires & corpus amisi: sed si morbum depulero: facile (ut spero) illa reuocabo. Et Martialis. Inque omni nusquam corpore corpus erat: uidelicet quod in corpore illius non erat caro. Laurentius.

Corporeum est existens ex materia atque substantia corporea: & e diuerso incorporeum: ut lapis & uirtus. Corporale uero existens ex materia substantiaque corporea: & e diuerso incorporale: ut domus & legatum. significat enim qualitatem substantiæ. Ibi uero de ipsa substantia: præterea dicimus lapis est res: uel substantia corporea: non corporeus uictus est res incorporea: non autem incorporea. Lauren.

Correptorum uel præsidium prouinciarū est notio ex omnibus causis: de quibus uel præfectus urbis: uel præfectus prætorio. Itemque consules & quæstores cæterique: quos Romæ cognoscunt. Hermoge. de offici præsi.

Coram Ticio aliquid facere iussus: non uidetur eo præsente fecisse. nisi is intelligat. Itaque si furiosus aut infans sit: aut dormiat nō uidetur coram eo fecisse. Scire autem non etiā uelle is debet. nam etiam inuito eo recte fit quod iussum est. Floren. de uer. sig.

Corporum genera tria sunt. Vnum quod continetur uno spiritu: & græce uocatur ἡνωμένα ut homo: lignū: lapis: & similia. Alterum quod ex contingentibus: hoc est pluribus inter se cohærentibus constat. Græce συνημμένα uocatur: ut ædificium nauis armarium. Tertium quoque quod ex distantibus constat: ut corpora plura non soluta: sed uni nomini subiecta: ueluti populus: legio: grex. Pomp. de usucapionibus.

Corona militaris. Coronæ multiphariæ sunt: quarum quæ nobilissimæ sunt: has ferme esse accepimus: triumphalem: obsidionalem ciuicam: muralem: castrensem: naualem. Est quee a corona quæ oualis dicitur. Est item postrema oleagina: qua uti solent qui in prælio non fuerunt: sed triumphum procurant. Triumphales coronæ sunt aureæ quæ imperatoribus ad honorem triumphi mittuntur Id uulgo dicitur aurum coronarium: hæc antiqtus e lauro erāt: post fieri ex auro cœptæ Obsidionalis ē: quā hi qui liberati sūt obsi-

dione dant ei duci:qui liberauit. Ea corona graminea est ; obseruarique solitum ut fieret ex gramine quod in eo loco generatum esset:intra quem clausi erant qui obsidebantur:hanc coronam gramineam. S.P.Qu.R. qui Fabio maximo dedit bello pœnorum secundo:q urbem Romam obsidione hostiū liberasset:Ciuica corona appellatur quam ciuis ciui: a quo seruatus est in prælio testem uitæ salutisque perceptæ dat. Ea fit ex fronde quercea ; quoniam cibus uictusque antiquissimus querceus capi solitus sit. Est etiam ex ilice:quod genus superiori proximum est sicut scriptum est in quadam comœdia. Cecili aduehuntur inquit cum ilignea corona & chlamyde dii uestram fidem. Massurius autem sabinus i undecimo librorum memoralium ciuicam coronam tum dari solitam dicit:cum is qui ciuem seruauerat eodē tempore ipsum hostem occiderat:neque locum in ea pugna relinqueret. Ius ciuicæ coronæ negat concessum . Thyberium autem Cæsarem consultum an ciuicam coronam capere posset qui ciuem in prælio seruasset: & hostes ibidem duos interfecisset:sed locū in quo pugnabat non retinuisset: eoque loco hostes potiti essent:rescripsisse eum quoque ciuica dignum uideri: quod apparet tā iniquo loco ciuem ab eo seruatum : ut etiā fortiter pugnantibus retineri non quiuerat. Hæc corona ciuica Lucius Gellius uir censoris in senatu Ciceronem consulem donari Aulus.

Corinthiacus sinus ab eueno usq; araxum amnem suum circuitum habet stad. duum milium.cc.&.xxx. ab acheloo uero cemenis augetur stadiis.

Corinthus duplici mari absoluitur:scilicet Ionio & ægeo. Horatius libro primo carminū Bimarisue corinthi. A.

Coritum uidetur potius esse quæ hodie dicit' cortona ; q̄ illa quæ dicitur Cornetū:ut quidam putāt. Silius libro quinto. Areti muros corrti nunc diruat arcem.

Corripuit accelerauit . Horatius libro; carminum. Semotique prius tarda necessitas læthi corripuit gradum. ut Virgilius. Corripuere uitam. Ac.

Cornu fortunæ dicitur diuitias cōsueuisse largiri: cuius metaphora dixit. Horatius libro carminum . Hic tibi copia manabit ad plenum benigni iuris honorem opulenta cornu. Acron.

Corona pro ornatu muliebri. Horatius ;libro carminum . Et scinder hærentem coronam crinibus,ut uirgo duplicem gemmis auroq; coronam. Ac.

Corculum diminutiuum a corde. Plautus i cassina. Meum corculum melliculum uerculum. Pri.

Cornu in u latina sunt generis neutri:& apta in singulari ut cornu;genu: tonitru; quæ antiquissimi inueniuntur in um quoq; ,proferentes in eodem genere.

Cornu i singulari aprotum est similiter genu gelu: & tonitru . Inueniuntur tamen etiam neutra in um & in us masculina ;quartæ declinationis: ut Lucilius. Cornus tibi cura sinistri.& idem. Seu cornus seu tela iouis præsaga notauit. Cicero tamen hoc genus protulit pro genu ; ut in Arato . Tertia sub caude genus ipsum lumina pandit. In eodem. Et præter læuum genus omni ex parte locatas Paruas uigilias tenui cum luce uidebis . In eodem , Hoc genus ad læuum pisci delapsa resedit: Atque interflexum genus & caput altis habens . Actius in prometheo . Profluxus flammę,hyberno gelus. Illud etiam notandum:q cum composita sint plærunque simplicium declinationem seruāt, Capricornus secundæ declinationis inuenitur . Cicero in Arato , Corpore semifero magno capricornus in orbe. Idem i eodem. Cum magni cornus capricorni corpora propter. Ouidius in secundo metamorpho. Dextra cornu tenet. Idem in uerbo. Flexibilem cornum. Lucretius similiter in sexto , Propterea fit utique fæmina cumque habēt in se mittat quia sæpe gelu quod continet in se sunt. Actius fonitus ire in ferrum peruasit auris inter tonitrua & turbines. Pri.

Coram & palam dictiones præpositiuæ: & ad uerbia esse possunt. Virgilius. Coram quem quæritis adsum. Clam uero semper in appositione inuenitur: differunt tamen: quia corā magis ad personas : palā uero ad omnia accipitur.

Cloelia quæ inter obsides porsenæ fuit:& horatio coelitii publice præmia data sunt: q e Pisonis annalibus discimus antea Tarquinium sibi & Sibyllæ posuisse uerisimile est: ut scribit Plinius.

Clumæ folliculi ordei. Fe.

Clunes masculine. Plaut. quasi lupus ab armis ualeo clunes infractos fero. F.P.

Corduba in hispania marcelli ædificium turdetanorum agro adiacet. Stra.

Cornū locus est iuxta gades ad occasum. Stra.

Corbelio emporium fuit in gallia super lygerim fluuium. Stra.

Cornogæ portus sic dictus uulgo est in oceani littoribus iuxta Britāniam. Strabo.

Corsica insula est e populonia priusquam Sardinia cernitur distat enim inde sexaginta stadia: quam græci cornum appellant: cuius lõgitudo est centum & sexaginta milia: latitudo uero septuaginta: secundũ alios ambitus est circiter tria milia & ducenta sta. Stra.

Cora iuxta priuernum est inter latinam uiam & appiam. Stra.

Corsica & Sardinia duæ grandes insulæ fræto que diuisæ hetrusco: quarum Corsica littori propior inter latera tenuis & longa præterquam ubi aperta & marianæ coloniæ fũt a barbaris colitur Sardinia aphricum pelagus attingens: nisi quod in occidentem q̃ in orientem angustius spectat par et quadrata undique & nusquam non aliquanto spaciosior q̃ ubi longissima Corsica: cæterum fertilis & soli q̃ cæli melioris: atque ut fœcunda ita pœne pestilens in ea antiquissimi populorum sunt iliẽses urbium antiquissimæ calaris & sulci. Pom.

Coracinus piscis palmam obtinet in Aegypto sicut faber gaddibus helops rhodi salmo i aquitania mulus ad Corsicam insulam: quæ i ligustico mari est.

Cornelius celsus temporibus augusti floruit: librosque edidit de re militari re rustica medicina ratione dicendi: huius tamen rhetoricen multis in locis damnat Quinti. & in fine scribit eum fuisse mediocri ingenio: & tamen dignum proposito suo: ut omnia scisse putet.

Cordilæ pisces sunt qui thinni: nam thinni simulac nati sunt matrem secuntur autunno redeuntem ex ponto in magnum mare cordilæ dicũtur: cum se immerserint cœno Pelamides. pelon enim latine cœnum. post ánũ appellantur thinni.

Crocodilus in nilo animal edit oua anseris similia qui crescit ad magnitudinem. xvi. cubitorum longitudo uitæ ferme hominis: caret lingua: corpus squamosum durissimum. ccclxxxv. dentes duo eminent. Edit homines & alia animalia unguibus discerpit: quod morsu lacerat nunquam sanatur: quot annis parit: raro capitur ĩde copia magna: cuius oua animal cuniculo simile ichneumoni contterit natura ducemõ ꝗ ea edit: sed hominũ utilitate. Diodo.

Cos insula & urbs in caria. Pom.

Cothon proprium: unde patronymicum cothonides est & cothons poculi genus græci arbores cothomisterea uocant.

Cota nomen uiri toruum significat.

Cosmetæ ancillæ aptæ ad ornatum dominæ. Nam κοσμω significat orno.

Cosmici dicuntur ornati & mũdani: & cosmicũs proprium. Martialis. Cosmicus ut liquidis perit dum nabat in undis.

Corsinium est pelignorum Metropolis super mare. distat autem: ut inquit Cæsar in commentariis a sulmone miliaribus. vii. M. appellatur alio nomine Italica. Stra.

Coram illo dicendum est: non palam illo: Nã palam ad multa refertur: coram de multis. Caper.

Cornu habet sexagenos milites. Stra.

Choragium dicitur uirginale funus: sicut apuleius in metamorphoseon choragium. Itaq; omnem domi unctionem parant. Ful.

Crunes inter Coloniensem & traiecensem urbes locum ultra nouensium oppidum Rheno adiacentem non memorat cæsar. Sed Tacitus qui ut coniectura quod assequi possumus cliuis etiam locus. Vnde cliuensis ducatus per allusionem ad cliuum dicitur.

Cornu fortunæ: quod Hercules uictor detraxit Acheloo fortunæ dedit: idque etiam uulgo cornu copia rutis honore idest copiis rusticis: ut Horatius libro primo carminum Hic tibi copia manabit ad plenum benigni ruris honorum epulenta cornu. Pot.

Coruscare non modo splendere: uerum etiam uibrare significat. Virgilius in decimo. Talia uociferans sequitur scriptũque coruscat mucronem. Se.

Chorus proprie coruorum cantus est atq; saltatio. Ser.

Coruus apud antiquos masculino genere dicebatur. Plautus. Iam tibi tuis meritis crassus coruus redditus est: pari modo diuerso genere dicebát. hæc ludus: hæc metus: hæc annus: hæc fons. Fe.

Cossi ab antiquis dicebátur natura rugosi homines: a similitudine uermium ligno æditorum: qui Cossi appellabantur. Fe.

Cossum dictum quasi cossim. Pom. in porcaria. Hoc sciunt omnes quantum est qui cossima uocant. Nonius.

Clusium uetusto nomine: nunc senensi ditioni subiacet: fuit & olim nomen carmon: ut Plinius inquit.

Coturnix appellatur a sono uocis. Fe.

Cotones appellantur portus in mari interiores arte & manu facti. Fest.

Cothurnum uas in quo sacrificiis uinum fundebatur. Fe.

Cothurnus calciamentum utrique pedi aptũ. Est autem uenatorum crura conuinciens: Virgilius æneidos primo. Purpureoque alte suras uincire cothurno. Græci quoq; cũ quempiam proditorem & uariam sequenté fortunam significare uolunt κοθορνον uocant. Ser.

Coturnix a græcis ορτυξ appellat̄: ea sane est quam uulgus quallitam uocat. Ser.

Cohum quod sub iugo medio canū: quo bura extrema addita opilatur: uocatur cohum a coria. Varro.

Coxendices coxas. Lucilius. Caput colos tentatur truncus sustinetur a coxēdicibus. Varro de re rustica. libro primo. Lata fronte naribus simulato pectore laxis coxendicibus. Nonius.

Causonas acus quibus caput mulieris scalpūt Festus.

Cubans auspicatur qui in lecto quærit augurium. Fest.

Cubita septem faciunt pedes duodecim. Aulus Gel.

Cuculus tegmen thuris & piperis uenditi.

Cuculus in alieno nido foetificat curucæ: ide dicūtur uiri qui uxores ab aliis possessas amplectūtur & fouēt: ut curuca oua cuculi sua esse existimant.

Cuneus ager lusitaniæ: ī quo sunt myrtilli baltio: ossonoba. Pom.

Cumæ in Campania Italiæ oppidum Italiæ & Siciliæ urbes antiquitate antecellit conditū ab Hippocle cumæo & Megasthene chalcidēsi nomen sortitum a cumæis: qui ex euboia uenerant: quāuis eam chalcidenses condiderint: ut Strabo inquit: alii a fluctibus qui dicuntur κύματα. Sunt enim in littore appellatas: putarent hæc ex Strabone & Plinio: cymæ græcum ēnos cumæ dicimus: ut apud Silium conscia cymæ.

Culex opus Virgilianum: ubi deflet mortem culicis pastoris: quod iuuenis & rudis composuit. Martialis. Qui modo uix culicem fleuerat ore rudi. Et Papinius de Lucano ante annos culicis Martiani serum erat nimiū sero cogitaui de his continendis.

Cuneus multitudo in spectaculo quæ ordine non sedeat. Iuuenalis: cuneis an habebāt spectacula totis: quod securus ames: interdū accipiunt cuneum pro ea multitudīe: quæ stat ante subsellia iudicum.

Cunei perspectatoribus spectatores suis ordinis spectabant qui appellabantur cunei.

Cuteletos insula in Aphrica contra maiorem syrtim contra minoris promontoria Menisnæ & Cercinna Tarichiæ & agatheæ insulæ contra carthaginis sinum romana clade memorabiles thasos imbros & samothrace scādile polyagos Scyathos Halonesos insulæ in Egæo mari prope thraciam: & quam aliquādo solum qui mares erant cæsis tantum foeminæ tenuisse dicūtur: atho monti Lemnos aduersa Scyathon insula Pegaseus sinus prospicit: Simisson amplectitur Euboia insula ad meridiem promontorium gereston & caphaream ad septentrionem Cauneum extudit: & nusquam lata duum millium passuu habet: ubi arctissima est: cæterum longa totique Boetiæ apposita angusto freto distat a littore Euripon uocāt rapidum mare: alterno cursu septies die: & septies nocte fluctibus inuicem inuersis: adeo immodice fluēs: ut uentos etiam ac plena uentis nauigia frustretur aliquot in ea sunt oppida Styra Eretria pirannessos oechalia. Verum opulentissime carystos & calchis. Pom.

Cuculus require in alites. Varro.

Cucumeres dicūtur a curuore: quasi curui mores dicti. Varro.

Cutiones dicti uidentur a contractione: quod in emendis uendendisque mercibus tardi perueniant ad iusti pretii finem. Item apud antiquos prima syllaba per i litteram scribebat. Festus.

Cudere a cudendo dictum. Fe.

Culeus in agro gallico ultra agrum picētium in singula iugera dena culea uina faciunt. Varro.

Culcitra quod tomento inculcatur sic appellata Festus.

Culticula fusticulus quidam ligneus in sacris dicebatur. Festus.

Cultio pro cultura. Tullius de senectute. Nū igitur horū senectus miserabilis: qui se agricultione oblectant. No.

Culcitra. Varro in quinquatribus. Quam ī testudineo lecto culcitra plumea in die dormire. Idem de ui. pa. libro .i. Qui primus uxorē ducebat duabus culcitris: ac duobus thoris plagalis contraxet. No.

Culcitra. Cicero tusculanarum libro quarto. Eripiamus huic ægritudiné quo modo collocemus in culcitra plumea psaltriam abducamus. Nonius.

Culcitra ꝙ in ea sagus aut tométum: aliudue quid conculcabant: ab inculcando culcitra dicta. Varro.

Cluere ueneris Cloanciæ signa collocata sunt Romæ: ubi Romani Sabinique cum ꝓpter raptas uirgines dimicare uoluissent depositis armis myrtea uerbena pacificati sūt. Cluere enim antiqui pugnare dicebant. Plinius libro .xv.

Culigna uas potorium. Cato culignam inquit in foeno græco ponitur: ut bene oleat. Festus Pomp.

Culiola cortices nucū uiridium: dictū a similitudine culcorum: quibus uinum siue oleum continetur. Fest. Pompe.

Culigna uas uinarium: a græco dicta: quia illi dicūt κυλίκα. Fest. Pompe.

Culina uocatur locus in quo epulæ in funere comburuntur Festus Pom.

Culmē ideo dictum quod culmis tegitur: ueteres enim ædificia de culmo cōtegebāt.

Culmus est ipse calamus. Vir.geor.primo Feret hyems culmumq; leuem; stipulasq; uolātis.Seruius.

Culmi qui in summo campo nascuntur: & sūmum culmine teneant appellati.V.

Culullos appellant fictiles calices. Horatius in arte poetica.Reges dicuntur multis urgere culullis Et torquere mero: quem perspexisse laborent.Ser.

Cum imperio est:dicebatur apud āīquos cui nominatum dicebatur a populo imperium. Festus.

Cum potestate est:dicebatur de eo qui a populo cui præferebat̄ negocio.Fe.

Cum maxīe una pars orationis pro nimis.Teren.in ecy. Hāc bacchidem amabat: ut cum maxime cum Pamphilus cum pater uxorē: ut ducat orare cœpit. Do.

Cum illo nuptam:non illi nuptam: antiqui dixerunt. Terentius in ecyra. Potius q̄ aduersum animi tui libidinem esset cum illo nupta. Ergo ambo sibi inuicem imbuunt. Donatus.

Cum illo haud stares Phædria apud Teren. in phor. In eius parte stamus pro quo facimus. Virgilius.Iuppiter hic stat.Donatus.

Cum significat quo. Terentius in andria.cum alieno more. Cum aduerbium temporis ꝓ quando.Idem in ecyra. Cum pater orare occipit.

Cum præpositio: & his dictionibus supponit̄ quicum.quocum:nobiscū:uobiscum:ne dicamus cū nobis: ꝙ mala esset locutio. In cæteris uero: ut ipsum nomen præscribit præponitur:ut cum amicis:cum exercitu:cū aduocato.Donatus.

Cum populo agere: hoc est populum ad consilium:uel ad comitium uocare.Festus.

Cum alter & cum altero: dictum ab antiquis ita breuitatis causa:ut sodes pro si audes:scilicet pro scire licet:sis pro siuis. Fe.

Cumetū uas nuptiale: a similitudine camerarum:quæ fiūt palmæ:uel parte ad usum popularem sic appellatæ.Fe.

Cunabula lectuli in quibus pueri iacere consueuerunt:uel loca in quibus nascunt̄: quasi cinacula.Nam κυειν est græce enim uel parere & grauidam esse.Ser.

Cuniculum foramen sub terra occultum ab animali:quod simile est lepori appellatur:qui subter fossa terræ latere est solitus: aut a cuneorum similitudine:qui omnem materiam scindentes intrant.Fe. Pom.

Cunire est stercus facere:unde inquinare. Fest.

Cuniculus ualidus magnus grauis. Virg.geor. secūdo.Glæbas cunctantes crassasq; terga expectat.Seruius.

Cuniculus per quem uapor trahitur in balnearis uaporibus.Hermogenianus de administuro.

Cūctant pro cūctant̄. Actius i alphesiboea.ita territa membra animo ægroto cūctant sufferre laborem.No.

Cuncti significat quidem homines: sed coniūcti & congregati:at uero omnes etiam si diuersis locis sunt. Fest.

Cunctari est dubitare dissipare. Virgilius libr. octauo. Cunctantem amplexu molli fouet. Marcus Tullius ad Cæsarem iuniorem lib. primo.Sed cito petiuit domumque redit cūctabantur.Nonius.

Cunctati est manere. Virgilius georgico.libro quarto. Non illis quisquam cunctantibus altum ire iter aut castris audebit uellera signa Et æneī.libro quarto.Reginam thalamo cūctantem. No.

Cunctari cunctationem deferre. Virgilius libro sexto.Qui nobis cunctando restituit rē Nonius.

Cumeriæ paludes ultra tauro ꝑ sunt claustra cubatio:quære in uerbo crepatio. L.

Cubiculum quod certe a cubili non uenit: cū inter cubiculum cubile sit diminutiuum non est.Laurentius.

Cuculum diminutiuū non est:quia non recte formatur.Lau.

Cuias nostras & uestras: non tantum patriam nationemque innuunt:sed etiam partes & etiam sectam:ut uestrates philosophi nō sunt ita populares & fauorabiles: ut nostrates & cuiates philosophi uos estis stoici ne:an epicurei.ut Cicero:non solum etiam ista uestra oratoria:sed hæc etiam leuia nostratia. Laurentius.

Cuia est dicimus;sicut nostra est:tua est:sua ē: uel per interest:ut Plau.Ego illū conueniam atq; eum ducam cuia est fidicina. & Cicero pro muræna.non ei cuia est fidicina.& Cicero pro muræna. Non ei cuia nihil interfuit. Interrogati igit̄ cuius hominis est opus meum est dicendum:non mei.Respondendum ergo per uarios casus. Simuliter cuiū pecus? respondeas meum uel illius.

Cum & quod quidem peculiare in oratiōe exhibent.ut Ci.ad Sulpitiū.Quo in periculum non nihil me consolatur cum recordor hæc me tum uidisse. quid est quod augeat Ciceroni molestiam:aut quid eum consolat̄: uel ꝙ magna penuria sapientum esset:uel cū recordaretur suæ prudentiæ. Lau.

Cum & tum indicatiuum fere postulant. Est autem in cum quidem minus: in tum quidem maius. & aut generali sequente speciali iunguntur ut Quintilianus. quod cum omnibus confitendum est tum nobis præcipue: haud ambobus specialibus: ut idem. Quod opus Marcelle uictori tibi dicamus: quē cū amicissimum nobis tum eximio litteratum amore flagrantem dignissimū: & cætera uix aliter reperies: siquando fit sub duobus uerbis: fiat sub eodem modo & tempore: ut Cicero principio de natura deorum. Cum multæ res in philosophia nequaquā satis adhuc explicatæ sunt: tum difficilis Brute: quod tu minime ignoras. quæstio est de natura deorum. Tum interdum sine cum ponitur in rebus paribus geminatum uel triplicatum: ut Quintilianus. Nec idignetur Herodotus æquare sibi Titum Liuium: tum in narrando miræ iucunditatis clarissimique candoris: tum in contionibus: supra quā enarrare potest eloquentem: ita dicuntur omnia cum rebus tam personis accommodata. Interdum accipitur pro aliquando: ut tum hoc tum illud dicas. L.

Cuneis dicitur fissile lignum: quia finditur a fissile: ut Plinius libr. xvii. Hæc maxime fissilia alia frangi celeriora q̄ findi. Idem nullisq; fissilerimis hoc lignum: idest fissum. Laurentius.

Culpa medici mortuus cū medicus adest. defectu medici mortuus est: cum medicus præsto non est defectio uero est recessio militū: aut ciuitatis a domino: uel superiore. Deficere quidē & desciscere est a ductu alterius recedere: & quasi rebellare. & defectio quasi rebellio. Lau.

Cuniculus per quem uapor trahitur in balnearibus uaporibus. hermogenianus de admi. tuto.

Cumera est uasis frumētarii genus factum ex uimine admodum adductum. Porphi. Cur mea plus laudes cumeris granaria nostris. Hor. i. sermo.

Cum aduerbium esse potest. quando ὅταν significat: & præpositio quando σύν: & est copulatiua. ut cū militibus pugno cum Imperatore proficiscor: & solum per appositionē inuenitur: nec mirum cum in compositione loco eius semper componatur: ut concurro coniungo: contraho conspiro.

Cululli calices dicuntur: quibus pōtifices uirginesque uestales utebantur. Horatius autē lib. cai pro urceolis & conchis posuit: diues & aureis mercator exiccet culullis uina.

Curicula & cum omnia huiusmodi diminutiua: tam penultimam q̄ antepenultimā corripiant cuticula: ibi antepenultimam producit. Iuuenalis. Cum libet æstiuum contracta curicula solem. quod eū facere metri necessitas compulit quattuor enim breues habens dictio in heroico poni aliter non poterat: q̄uis Vir. huiusmodi nominibus solet proceleumaticum ponere. Pri.

Cubo, quoque cubui facit: a quo composita: tam primæ q̄ tertiæ coniugationis inueniūtur: tamen perfectum incubo incubas incubui: & incumbo adiecta m incumbis īcubui Pri.

Cudo secundum Diomedem carisium & Focam facit cusi: secundum alios facit cudi. Et uidetur etiam Virgil. sic protulisse in primo æneī. Ac primum silicis scintillam excudit achates: Suscepitque ignem foliis. Excudit. n. tam præsens q̄ præteritum ītelligi potest secundum Quintilianū suscipit subiungit melius præteritum intelligitur. Idem etiam Seruius in commentario ænei. comprobat his uerbis. Excudit etiam: idest feriendo eiecit. Nam cudere est ferire: unde & incus dicitur ꝙ illic aliquid cudamus & feriamus. Sciendum tamen ꝙ eius frequentatiuum cuso cusas: ex quo eius composita incuso incusas: recuso recusas: accuso accusas: excuso excusas. Pri.

Cum iungitur modo finitiuis: modo subiunctiuis: ueluti cum dico. cum dicebam. Item subiunctiuis cum dicam: cum dicerem: sed īterest. quia finitiuis iungitur quotiens ad id tempus quo agebam refertur: ut Ci. Tātum profeci: tum cum tale a consularu reppuli. i. eo tempore quo te reppuli profeci.

Cuneus est ager in hispania cōtiguus sacro ꝓmontorio. Strabo.

Cubicularius custos cubiculi.

Cubicularis lectus cubiculo actus: ut callicarius artifex callicaris clauus similiter &c.

Cubi sunt populi in gallia: qui bituriges dicūtur ad oceanum spectantes. Strabo.

Cuculū est latinoꝝ oppidū iuxta albam. Ser.

Cumæ sunt post linternū: quæ sunt uetustissimæ chalcidensium & cumeorum ædificiū. Ipsius autem classis ductores Hippocles. Cumeus & megasthenes chalcidensis īter se pepigere: ut cumeorum coloni fierēt illoꝝ appellatio nominaretur: qua ex re cum hac ætate cumæ nuncupentur: a chalcidēsibus tamen conditum putatur oppidum. Nonnulli cumas ob Τὰ κύματα. i. fluctus nomen duxisse memorant: littus enim proximum frequentibus abūdat tergoribus: quibus illi se fremunt unde Stra.

Cumæ græce per y urbs campaniæ prope baias in humili colle: quā ex Euboia uenīetes

condiderunt:iuxta quam subterraneus thalamus Sibyllæ erythreæ : quæ a nostris Cumana.Aristo.

Cupio cupiui uel cupii: uetustissimi tamẽ etiam secundum quartam coniugationem solebãt hoc uerbum Lucretius fringere:ut arta non primus terrarum claustra cupiret. Pri.

Cupatisse appellantur acies quædam igneæ: quæ nocte apparere solẽt ad similitudinem cupressi.Festus.

Cupas Varro est modus matulæ cupas uinarias stuppare noli : adde ꝙ cum uini in uxorcule in opiscillum. Idem in Sexqui Vlysse.al tetam uiam deformasse carneadem uirtutis & cupis acris aceti. No.

Cupas & tinas. Varro de uita patrum:antiquissimi in conuiuiis primo utres uini postea tinas ponebant . Idem mori longe cum operculo ad cupas tertio amphoras.No.

Cupæ sunt uasa uinaria maiora ex ligno:quas satis improprie multi uogentes uoces:uocari autem cupas id genus uasis Lucanus ostẽdit cum ait. Nanque ratem uacuæ sustentãt undiq; cupæ. Cupis enim naues ipositæ substinentur in mari: cum ipsarum latera carinæq; resarciuntur: dictæ autem fuere a priscis:cupæ a caueo:unde caupones dicti a caupisamo prius copones : ut apud Ciceronem legesta copia rerum : inde caupones dicti ea ratione qua dicitur plostrum & plaustrũ coda & cauda:sorex & saurex:corus & caurus: & mille alia.

Cupes & cupedia antiqui lautiores cubos nominabant.inde macellum forum cupedinis appellabant.Fe.

Cupedia cupiditas Ci.tuscu.libro quarto.Ambitio mulierositas peruicacia liguritio temulenta cupedia. No.

Cupentus lingua sabinorum sacerdos dicitur quocirca Virgilius.Nec dii texere cupẽtum quorum scilicet ministerio inseruiebat. Seruius.

Cupedia a cupiditate sunt dicta:uel sicut Varro uult ꝙ ibi fuerit cupedinis equitis domus qui fuerat ob latrocinium damnatus.Festus Pom.

Cupedinarii omnes qui esculenta & poculenta uendunt.a rebus cupedinis ab alimento: cupedinarii appellãtur . Varro humanarum rerum numerius equitius cupes ĩquit.& macellus romanus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta.His in exilium actis publicata sunt eorum bona & ædes ubi habitabant dirutæ e que ea pecunia scalæ deũ penatium ædificatæ sunt:ubi habitabãt.Locus ubi uenirent ea quæ uescendi causa ĩ urbem erant allata.Itaque ab altero macellum ab altero forum cupedinis appellatum . Terentius in eunucho.Interea loci ut ad macellum uenimus concurrunt mihi læti obuiã cupedinarii omnes Do.

Cupienter cupidissime.Actius in philoctete. Cui potestas detur tua cupienter malis mẽbra discrepat suis subtus est.qui cupida cupidus cupienter cupit.Nonius.

Cupido & amor ita significare uidentur:& est diuersitas.Cupido enim consideratæ est necessitatis. Amor iudicii.Plautus in bacchidibus.Cupido tecum sæuus an ne amor . Idẽ in curculione.Discernit uix eiusdem diuersitatis expressæ dicens ꝙ uenus cupidoq; imperat suadetq; amor.Nonius.

Cupidinem cum fœminino genere dicimus cupiditatem.Virgilius in sexto . Quæ lucis miseris tam dira cupido est. cum masculino dicimus ipsum deum.Plautus ĩ penulo. Cupido quantus es.Nonius.

Cupiditas & cupido diuersa sunt . Nam cupiditas ẽ leuior. Lucilius.xviii.cupiditas ex homine:cupido ex stulto nunquam tollitur ꝙ cupiditas quædam sit pars tentatio defluens ex cupidine.No.

Cupedinarios uocant uoluptatis & cupiditatis ministros. Terentius in eunucho.Currũt mihi læti obuiam cupedinarii omnes cetarii lanii:coqui:fartores: piscatores: aucupes. Seruius.

Cupressi mortuorum domibus ponebantur: ideo quia huius generis arbor excisa non renascitur.sicut ex mortuo nihil est iam sperãdum:quam ob causam in tutela Ditis patris esse putabatur. Festus.

Cuprillia appellatur ager qui uulgo ad capræ paludes dici solet. Festus.

Cur aliquando interrogantis est:aliquãdo corripientis & increpantis. Terentius in andria Sed cur abis ab illa.corripit ꝙ glycerium deferat.Do.

Cura dicta quasi cureda: uel quia cor urat.Fe.

Cura amor eo quod cor urat. Virgilius æneiiii. At regina graui iam dudum saucia cura. Et ueneris iustissima cura.Idem.Set.

Cura dicta iterum ꝙ cor urat: græci uero uocant μελεδονας.i.membra edunt.

Cura ꝙ cor urat:hinc curare. Varro.

Curiositas signum est loquacitatis:unde Hor. Percontatorem fugito. Nam garrulus idem est Do.

Curiosolitæ populi ĩter celtas oceanum attingunt:quæ armoricæ appellãtur finitimi andegauensibus sesuuiis osissinis unellis uenetis aulercis rhedonibus: Hos corisopitenses esse plærisque placet in prouincia turonensi britãnıæ ducatu regnoq; francoꝝ siti.

Curatores dicuntur qui pupillis loco tutorũ dantur: siue qui rei frumentariæ agrisue diuidendis præpositi sunt. Fe.

Curatum est nomen. Nonius.

Curatum post laborem perfectum. Vir. æneid. lib. iii. Corpora curamus fessos sopor irrigat artus: Nonius.

Curtius lacus ad forum est: a curtio dictus uel ut Procilius scribit: quoniam cum olim illic terra dehisceret: & haruspices respõdissẽt deum in antrum poscere stultionem: idest uirum fortissimum. Curtius quidem armatus equo se in uoraginem deiecit: atq; ita terra hiatu obduxit: locusq; seruauit æternũ curtii nomẽ. idem sentit Liuius: piso scribit datum esse nomen a Curtio milite tatii sabino rum ducis: qui nõ nihil in ea palude cũ coe- num laborauit: dum pugnaret aduersus Romulum. Idem Plutarchus & Dionysius putarunt. Cornelius & Lactantius scribunt locum esse tactum fulmine: & sæptum fuisse a Curtio cõsule cui Marcus genutius erat collega atq; ita mansisse nomen loco.

Curatum cum delectu apparatum. Lucil. libr. xxx. Et circum uolitant ficedulæ turdis curatis focu. No.

Curare reficere. Vir. geor. iiii. Tum tecta petũt tum corpora curant. Sane curare corpora: si de homine dicitur. & cibo & lauatione dicimus uel alterutro. Ser.

Curabitur impersonaliter cum difficultate: & quod quasi arduum & graue est curari dicitur. Dona.

Curenť recte est diligenter coquanť.

Curatio proprie medicorum est. Cura est coquorum. Sed coquina medicinæ famulatrix est. Teren. in an. Nempe ut curenť recte hæc Cura mentis est: curatio medicinæ: curatura diligentiæ. Teren. in eu. Reddunt curatura iunceas. Do. Cura & solicitudo differunt Cura est in spe bona: solicitudo est in metu malorum. Teren. in phor. Quanta me cura & solicitudine affecit gnatus. Do.

Curia locus est ubi publicas curas gerebãt. Fe.

Curia ubi senatus i empu. curat: & illa ubi cura sacrorum publica. Var.

Curiæ etiã appellantur in quibus uniuscuiusque partis populi romani quod geritur: quales sunt hæ in quas Romulus populũ distribuit numero triginta: quibus postea additæ sunt quinquerita ut in sua quisq; curia sacra publica faceret. feriasq; obseruaret. Hisq; curiis singulis nomina curiarum uirginum posita esse dicuntur: quas uirgines quondã Romani de sabinis rapuerunt. No.

Curriculo pro cursu ponebant. Plau. licet ingt uos abire curriculo. Fest.

Curriculus diminutiuum a curru. Fe.

Curionum æs dicebatur: quod dicebať curionum uel sacerdotium curionatus. Fe.

Curis est sabina lingua hasta: unde Romulus Quirinus: quia eam ferebat est dictus: & romani a Quirino: quirites dicuntur quidã eũ dictum putant a curibus: quia fuit urbs opulentissima sabinorum.

Curitim Iunonem appellant: quia eandẽ ferre hastam putabant.

Curialis eiusdẽ curiæ: ut tribulis & municeps. Nonius.

Curiata comitia a curiis appellata. Fe.

Curiata fana a curio dicta sũt: quia eo loco domum habuerat. Fe.

Curionem agnum. Plau. pro macro dixit qua si cura macruisset. Fe.

Curio curiosus. Plau. i aulu. Volo scire ego ex te quid sit agnus curio. No.

Curriculum pro cursu: pro loco in quo certamen currendi exerceť. Nõnũq; etiam ꝓ curru: ut Curtius li. viii. Aliorum turbati equi nõ i uoragines modo lacunasq; sed etiã i amnẽ præcipitauerunt curricula. Lau.

Cursus figurate pro uolatu: uel nauigatõe: uel fuga accipiť: & contra: ut ꝙ enim inde fugieťtia: uel a longo cursu persecuti. L.

Curatorem inter bonorum ueutriq; & inter curatorem furiosi: itemq; prodigi pupillique magna est differentia: quippe cum illis plene rerum administratio: duobus autem superioribus sola custodia & rerum quæ deteriores futuræ sunt uenditio committitur. Hermogenia. de admi. tu.

Curæ dictæ ꝙ mentem corrodant & cruciẽt. Vir. Quando hæc re cura remordet. Hor. li. car. Neq; aliter mordacis diffugiunt solicitudines. Acron.

Currus curriculum facit diminutiuum neutrũ spacium ad currẽdum aptum: ut ipsum currendi officium significat. Ser. in arte.

Curiones dicti a curiis: qui fiunt ut his sacra fiant.

Curiosolites & lexobii & unelli in Normãdia sunt. Strabo.

Cures urbs quædam insignis in sabinis: nunc autem uiculus ex qua exciti sunt Titus Tatius & Numa Pompilius Romæ quandoq; regnantes: hinc quirites appellare solent romanos qui orationem habent ad populum. Strabo.

Curionia sacra quæ in curiis fiebant. F

Curiales flamines curiarum sacerdotes. Fe.

Curiales menses i quibus imolabatur iunoni: quæ curis est appellata. Fe.

Curiam a cura dictã. Var. designat de uita pa. li. secundo. Itaq; propter curam locus quoq;

suam quisq; domum senator confert curiā appellat.No.

Curiata comitia cū de generibus oibus suffragium ferat̃ curiata comiria sunt. A.G.

Cursus est pedū uelocitas. Vir.li.v. Hic q forte uelint rapido contendere cursu.

Cursus uolatus. Vir.lib.vi.Este duces o si qua uia est:cursumq; per auras Dirigite in lucos. Et in buc.Quo cursu deserta petiuerit usus Et æne.lib.iii.Sed tibi qui cursum uéri quæ fata.M Tullius de officiis lib.iii.Naues i cursu frumento onustas petentes rhodum uenit.Nonius.

Cursus est nauigantis & equitantis.Dona.

Curriculus:ut consuetudo fert: a curru diminutiuum est dictum.Est enim breuissimum uehiculi epiroti genus N.

Cursus nauigio.Virgil æne.iiii. Eadem impia fama furēti Detulit armari classem cursūq; parari.Ser.

Curtilacus appellatur a curtio:qui eo loco i ꝓfundissimum sese ob salutem populi Romani proiecit hiatum.Festus.

Cúrrules equi quadriuges.Fe.

Circus dicit̃ ambitus:uel gyrus cuius diminutiuū est circulus.Actius in endro. q̄ luna circulos annuos instituit.No.

Curculiones necandi causa promendū id frumentum quod curculiones ex esse incipiunt id enim cū promptū est in sole ponere oporret aquæ catinos quot eo cōueniūt & ipsi se necent curculiones.Varro.

Curuum uocatur buraquæ quasi temo est inter boues.Varro.

Cussilirem pro ignaro dicebāt antiqui. Festus

Custodelam dicebant antiqui:quam nunc dicimus custodiam.Festus.

Custoditio est opera ad custodiēdū quid sumpta.Festus.

Custos speculator.Vir.æneí.iiii.Luce sedet custos.Ser.

Custos minister.Vir.viii. Inde ubi prima quies medio iam noctis abactæ curriculo expulerat somnū.Interdum officium signat.

Custos prohibitor.obseruator.Virg.geor.iiii. Et custos furum atque auium cum falce saligna.Ser.

Cutis græcam habet originem.hanc illi dicūt κυτον.Festus.

Cutilla locus appellatur q̄ in eo est insula cotilia nominata a græcis.Fe.

Cuia pro cuius.Lucil.li.xxx. Cuius opera Troginus calix cuia pro castra cluebat.No.

Cuias Cicero tuscu.li.quinto. Socrates quidē cum rogaretur cuiatem esse se diceret mundanum inquit No.

Cuius & cuiatis hæc est differentia. Cuius ad personam refertur hominis:cuiatis unde significat.Actius in telepho.Qui neq; cuiatis esset unq̄ potuimus multa rogitantes scire. Nonius.

Cluet nominat. Lucili.libro.xxx. Cuia opera troginus calix per castra cluebat. Ennius in ambracia:per gentes esse cluebat omniū miserrimus.Pacuuius in iliona.Sed hoc cluent hospitium infidelissimũ. Pacu.discipulus discorporis incluit. Ennius. Musaꝝ pōpilius cluero tibicinas.Luci.li.xxvii. Viginti domina triginta uel centum tibicinas: cluas. No.

Clicidatum dulce & suaue dicebat̃.Fe.

Cluderet:uide infra in.s.saltem.A.G.

Clunaculum cultrum sanguinarium: dictum uel quia ad clunes dependet;uel quia clunes bestiarum diuidit Fe.

Clutum: græci autem dicunt κλῦτον; unde accepta præpositione fit inclytus.in sæpe.n. agendi causa adducimus.ut inuocabant icla mauit.Fe.

Crucium pro cruciat.unde Lucil.uinū i suaue crucium dixit.Fe.

Crumena sacculi genus·Plau.Dii bene uortāt te ne crumenā numerēt̃ triginta minæ. Fe.

Crumena loculus κρεμαω suspendo:alii crumena a χρηματων.Tor.

Crustariæ tabernæ a uasis potarus crustatis dictæ.Festus.

Crusmata pulsus chordarum.T.

Creatus uir Pelopōnēsius pater Amphimachi unus ex græcoꝝ ducibus ad Troiam. Tor.

Cresias orator siculus: de quo Cicero.

Cresippus Socratis filius. T.

Cresiphon athenensis: pro quo demosthenes orauit.

Crispa nomen uiri a capitis crispositate.

Crudus significat cibum non coctū. Crudus item significat hominem qui bene nō coxit.

Crusmata dicuntur sonitus cymbaloꝝ & instrumentoꝝ quæ digitis pulsantur.nā κρούω ē uerbero:& e pulso: unde crusma modi gadditani.

Cucurbitinū.Pli.li.xv.eadem causa in piris taxatur superba cognomina.Ma.sat.iii. piroꝝ genera cucurbitinū.cui tum cerusa crustumium.

Crusta non esui apta:sed aut ædificiis: aut crusta marmorea uel ut bracteæ tenues.Pli.lib. xxxvi. Specularis uero quoniam & hic lapis nomen obtinet faciliore multo natura finditur in qualibet tenues crustas.& li.xxxvii.in tam paruas frāgant̃ crustas:ut cerni uix possint.& li.xxxvi.Secandi marmor i crustas nescio a carie fuerit inuētū: & iteꝝ primū Romæ parua crusta marmoris operuisse totus domus suæ in cælio mōte Cornelius nepo.

tradidit:& pisces crustati dicũtur qui crusta integuntur: ut Li.xi. At in marinis crustata & carti laginea priores habent.

Clinici dicuntur medici qui i lecto ægrotum uisunt:a κλινη̃:quod lectum significat.

Creticon possessiuum.

Curetes populi cretæ: qui cum corybantibus Ioue aluerũt:qui eũ deinde religioné ꝓphanarent:a Ioue imbribus deleti sunt:quoꝗ tẽpla cum deinde Iuppiter uacua & sine honore respiceret fungis natis ex pluuia restituit. Ouidius.iiii. Alii sunt ætolis uicini:qui cum ætolis bellum gesserunt secundum Home. Alii in Dalmatia apud quos Antonius clausus est cum magno discrimine. Luca.

Crustumina tribus a thuscoꝶ urbe crustumina dicta est.F.

Crustumina pira sunt ex parte rubentia a crustimio oppido nominata.Ser.

Crustũ neutro genere dicimus de his quæ comedi possunt. Virgi.in.vii. Et uiolare manu malisq; audacibus orbem fatalis crusti. Hor. Olim dat crustula blandi doctores. Fœminino autem genere fragméta dicimus quæ nõ sunt apta esui. Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. Seruius.

A significantiam habet manifestam.i.dic. Vir.li.iii. Da propriã thymbreæ domũ. No. Da dic. Virgil.in bucco. Sed tamen iste deus: qui sit da Tityre nobis. & in libro sexto. Tuq; o sanctissima uates præscia uenturi da: nõ indebita posco. Te.in heau. Nunc quãobrem has partes didicerim paucis dabo. Lucil li.xxx. Scilicet facere etiam hoc uersibus reddere quod do. & lib.xxviii. Persuade & transi uel da quãobrem transeas. Nonius.

Dacronas pro lachrymis: Liuius sæpe posuit nimirum quod græci appellãt Δάκρυα. Fe.

Danubius fluuius germaniæ ex monte qui ar bona dicitur non longe a rheticis alpibus a thesisq; & rheni germaniæ fluminum fontibus in tridentinã & Curiẽsem dioceses orientes germanos sinistra: & Hũgaros ac Teutones dextra alluens post Ister dictus: ac iterũ Danubius euxino mari pluribus ostiis inmergitur. hunc autem & rhenum fluuium in rhetia oriri quidam tradunt.

Daci populi erant transrhenani Danubio fluuio & auaritiis syluæque Hercinæ finitimi: quos olim Hungariæ partem habitasse plæriq; tradunt: & post ad littora nouergiæ proxima cessisse hos memorat Luca.i secũdo.

Dacus populus germaniæ.

Danubius per imania magnaꝶ gentiũ diu est deinde aliter appellantibus accolis Ister fit: acceptisq; aliquot amnibus igens iam & eorum: qui in nostrum mare decidunt: tãtum minor Nilo totidem: quot ille ostiis: sed tribus tenuibus reliquis nauigabilibus effluit.

Daci populi uersus germaniam e conspectu & ad Istri fontes: quos olim Dauos appellatos reor: & quo apud athenienses nomina dauorum & getarum seruilia.

Dacia in scythia: quidam thraciæ partẽ dicũt: quidam conterminam.

Dactylus digitus & pes a similitudine. sunt autem pollex index medius annullaris minimus: & olim qui medio tanq̃ per ĩdicem mõstrabatur: arguebatur insaniæ. Vnde Diogenes plurimos aiebar insanire per digitum: & peregrinis uidere Demosthenem cupiẽtibus medio digito ostenditur. Iuuenalis. Mediũq; ostenderit unguem pro digito.

Daduchi sacerdotes cereris & gestantem facẽ Hierophantæ.i.sacrorum ĩterpretes. Strabo autor idem bactæ a βαπτίζω: quod significat tingo & lauo. nam tingere madefacere ẽ quoniam qui initiabantur lauabantur aqua calida primum. Anastophanes primum ex ritu ueteri me lauerunt qui dicebãt mystæ.

Dadicæ populi scytharum in Asia. Herodo.

Dædalus atheniensis: Eupalami filius faber ægregius qui serram asciam perpendiculũ terebrum inuenit: & malũ & antẽnam naui ĩposuit: qui accusatus interemisse Perdiccam sororis filium iudicii metu fugit in Cretã.

Dæmon sciens: inde eudæmon bonus & fœlix cacodæmon contrarium. T.

Dactor troianus.

Dai persarum populi secundum Herodo. pastores omnes similiter Mardi Dropici & Scibacii.

Da ueniam.i.concede quod petitur: præsta beneficium. Ci. de ora. Dabis hãc ueniã mi frater. Ter. in adel. Da ueniam ne grauere. Do.

Dalmatia regio.

Daluũ supinũ ait esse Aurelius: Elus stultus oscorum quoq; lingua significat insanũ: Sane uero dici putant ipsum. quem græci Δειλαῖον: id propter eius fatuitatem quis misereri debeat. Fe.

Damnum & damnatio ab emptione: & quasi dimminutione patrimonii dicta sunt. Modestinus de uer. signi.

Damascus urbs syriæ nobilissima: Persiæ uicina duobus fructibus mons eiusdem nominis maxĩe nobilis est prunis. Cmixis: ut scribit Plinius.

Damascia est lycanoꝶ: uelut arx quædam inter brigantios. Strabo.

Damma in promiscuis cũ iuenimus quædam

auctoritate ueteꝝ in a terminata: sed genere masculino prolata. Virgilius in bucco. Cum canibus timidi uenient ad pocula dammae. Hora. tamen foemininum hoc idem protulit in primo car. Et superiecto pauidae natarunt aequore dammae. Pri.

Damen nomen proprium historici damenis. Priscianus.

Dama graece Δάμαλι uel Δορκάσ genus caprae siluestris cõmunis generis. Vir.

Damascus urbs caput Syriae: unde damascena pruna. Plinius.

Damasithymus candaulis filius: unus ex ducibus Xerxis. Hero.

Damoetas pastor apud Vir. & Theo.

Damon musicus.

Damon & pythias pythagorici amicissimi: de quibus Cicero & multi alii.

Damocles unus ex assentatoribus dionysii.

Damnare est damno afficere: Vnde & condẽnare dictum est econtrario nullo damno affectum indemnem probamus. No.

Damnare est exhaeredare. Lucil. saty. libro. xi. Cassius caius hic operarius quem cephalonẽ dicimus sectorem fruniique hunc. Tullius quẽuis exhaeredem facit: & damnati alii omnes. Nonius.

Damnare necessitate constringi. Ter. in phor. Tuus est damnatus: non tu. Nonius.

Damnare est morti dare. Vir. aene. li. iiii. Nondum illi flauum proserpina uertice crinẽ abstulerat: stygioq; caput dãnauerat horcho. Actius in armorum iudi. Maior erit luctus cum me damnatum audiet. M. T. in uer. act. prima. Reus i iudicium adductus est uerres homo uita atq; factis omnium iam opinione damnatus. No.

Damnare & condemnare pro liberare positũ. Titin. i ueliterna. Fortasse uotum fuisse quo die liber foret: nunc eius uoti condẽnatus ẽ imolauit hostiã. Vir. lib. xii. Quem dãnet labor aut quo uergat pondere lethum. Tur. in leucadia. Et amplius illam appetere cõdecet quãdoquidem uoti condẽnata est. Virgil. in bucco. Damnabis tu quoq; uotis. Sisen. hist. lib. primo. Quod uoti damnati foetum omnem dicuntur eius anni statim consecrasse. Ci. tus. li. v. Rerum naturam q̃ errorem damnare maluimus nostrum. No.

Damnare item est aliquid tanq̃ detestandũ cõmittere.

Damnare obnoxium & obligatũ facere. Vir. damnabis tu quoq; uotis. Ser.

Damnum a demptione: cum minus re factũ q̃ quanti constat. Varro.

Damnum & malum differũt. damnum rei est Malum ipsius hominis. Teren. in and. Qui malum aut dãnum dederit. Aliud est dãnũ: & aliud poena. Nam dãnum & fures afferũt aues & quadrupedes. Poena uero a lege iponitur ne contra quis faciat q̃ iussit. Do.

Dãnum sacrificium quod fiebat i operto i honorem deae bonae: dictum a cõtrarietate: qđ minime esset Δήμοσιον .i. publicum: Dea quoque ipsa Δαμία: & sacerdos eius Δαμιατρίσ appellabatur. Fe.

Damyndas uir macedonius.

Danista foenerator: sic enim graece Δανειστὴσ dictus est ἀπὸ τοῦ δανείζειν: hoc est a foenerando. Plau. male morigerus est mihi Danista qui de me argentum non petit. Ser.

Danistae foeneratores. Fe.

Danunt. i. dant. Pacu. in Iliona: Dii me & si perdunt: tamen esse ad uitam petũt quod dem priusquã intereo spacium ulciscendi danunt. Plau. in pseu. Cui seruitutem dii danũt lenoniam. Neuius belli punici lib. iiii. Eam carnẽ uictoribus danunt. Ci. i plocio. Patire quod danunt quando optata non danunt. No.

Danubii partes superiores uersus fontes usq; ad praecipites eius decursus: quos cataractos nominant danubium uocant: quae maxie p dacoꝝ agrum delabunť. Alias uero inferiores usq; in pontum per getas Istrum uocitãt & quaere plenius in dictione Ister. Stra.

Danae quae graece dicitur danai: triũ apud illos syllabaꝝ ẽ: nos autem illud i quod apud eos productum est uertimus in e longũ: trium autem syllabaꝝ esse nomen hoc etiam apud latinos edocẽt poetae: ut Petronius arbiter uxorem ducat danaẽ ipsumq; licebit a crisius iubeat credere quod danaẽ. & Hora. Inclusam danaẽ turris aenea. In hoc eni metro secũdum locum tenet dactylus: ad haec prima syllaba huius nominis breuis est: quẽadmodum etiam illius nominis. danaus qui igiť duarum syllabarum faciunt: falluntur ĩ hoc q; primam syllabam productã esse credunt cum sit correpta.

Danae aliquando diphthongus diuidiť. Hor. Inclusam danaen: Acrisii filia: imo nũq̃ diphthongus est.

Danaides patronymicũ: a danao deductũ est.

Dapsilis coena est diuersis & ãplis dapibus plena. Titin. Toto sit in foco de lignis in dapsilis coena. No.

Dapes non solum opiparos apparatus: aut religiosos: sicuti plaerũq; significant: sed etiã uitabiles & inphandos cibos. Vir. aenei. tertio de cyclope. Nam simul expletus dapibus uinoq; sepultus. No.

Dapes proprie deoꝝ sunt: ut Iouis coena. Vir. viii. Haec ubi dicta dapes iubet & sublata reponi pocula. Ser.

Dapsi apud antiquos dicebatur res diuia: quæ fiebat aut hiberna sementi aut uerna: quod uocabulũ ex græco dicitur: apud quos id genus epularum dicitur Δαπσ. Itaq; & dapsatiæ se acceptos dicebant antiqui: significantes magnifice & dapatiũ negocium amplũ & magnificum. Fe.

Dapsile. Pompo. in rustico. Quod nunc uis fieri uestræ sume dapsile & dilucide. No.

Dapes uel deorũ uel nostrorũ in sacris epulæ sunt cibi ministerio hominum: & in nostrorum usum comparati. Epulum publicũ conuiuium in honorem deorũ: aut in ostẽtationem magnificentiæ: aut in funere quod parentare dicitur & parẽtalia: quod patẽtibus iuxta celebrentur. Lau.

Dapsiliter suos amicos alit. Neuius. Ser.

Daphnes amycles fuit filia: quam ne per uim apollo stupraret Iuppiter in laurũ arborẽ cõuertit: ut scribit Parthenius.

Daphne adonis: ut Aphthonus scribit: filia: ut nostri aiunt Penei: ut Parthenius in uolumine: quod de amantibus compositũ est Amycles filia fuit: sed ne per uim deus stupraret Iuppiter in laurum conuertit. quæ arbor idcirco apollini grata esse existimatur: quoniã ut scribit Plinius: in parnaso monte spectatissime ueniãt: unde Apollo daphnites apud Syracusanos colebatur: ut Eusebius refert: daphne oppidũ syriæ: ut refert Strabo. daphnem præterea amauit Leucippus cenomai filius: ut scribit Pausanias quam quo i habitu muliebri incognita i uenatione sequeret proditus est sexu ad ladonem: dũ lauaret: & necatus a uirginibus.

Daphnis laurus: Mercurii filius formosissimus secundum Ser. Diodorus autem mõtes dicit i Sicilia ærios fructibus & aquis. & omni re uberes: ubi in fame aliquando carthaginensis exercitus nutritus est. ubi ex nympha daphnidem natum dicũt: & a copia laurorũ ita dictum: & multa possedit armenta: & inuenit carmen bucolicum: & ipse a cura boũ bucolicus dictus est: & sæpe oblectauit dianam: qui secũdum Theo. amore periit: & ad eum diu cõfluebãt ut ad gallum apud. Virg.

Dare exhibere. M. T. de signis Pom. est cum filio qui fuit in tyndaritino cœnã isti dabat apud uillam. Ter. in heau. Nanq; ei unã cœnã atq; eius comitibus dedi. No.

Dare facere. Vir. æneі. li. i. Tu das epulis accũbere diuum. & lib. iii. Immo tamq; coli dedit & contemnere uentos No.

Dare ascribere. M. T. i uer. Ego etiam quæ tu sine uerre commisisti uerri crimini daturus sum Nonius.

Dare pro inducere. Vir. Magnam dabit ille ruinam arboribus. Ter. in eunu. Dabit hic pugnam aliquam denuo. Do.

Dare fabulã dicimus: ut dare prandium & addit a datiuo descendit & dari dicitur cum agitur. stare cum placet. Ter. in ecy. Hæc cũ data est noua. Do.

Dare & dedere differunt. Dare enim est quod repetas: dedere ad ppetuum: & damus etiam amicis: dedimus tantum hostibus. Ter. in pastrinum dedam. Dedere plus est q̃ cõsentire: quẽadmodum in hostium potestatẽ hostes se dedunt. Teren. in an. His sese dedere eorũ obsequi studiis dedere: ergo pertinacibus eorum studiis cõmodior. s. eorum obsequi studiis. Dona.

Dare uerba decipere est eum qui cum rem expectet nihil inuenit præter uerba. Ter. in eu. Et nihil se dedisse uerborum. Idem & i and. Cui uerba dare difficile est. Do.

Dare ostendere. Luci. libro. xvii. Animoq; ægrotat uidimus corpore hoc signũ dare. No.

Daruennus fluuius: qui nascitur ex uno duorum fontium quos habet lacus quidem ingens supra medualiorum loca nonnulla admodum concaua: & per confragosa loca sese in rhodanũ præcipitat: alia ex parte qua durias fluit. Strabo.

Dares daren & dareta dixit Vir. Pri.

Dardanus Iouis ex Electra filius: uxore deide corithi. ut dictum est: ex quo Iasium peperit quem dardanus post patris mortẽ de regno dissentiens interemit. Inde ira populi nauigauit in samothraciam: inde in Troiam.

Daridæus rex persarum tẽpore Thyberii Caii & Claudii secundum Philostratum.

Darius filius hystaspis: qui Smerdum fratrem patizitis mari Regis persarum occupatorẽ interemit. Hero. de quo Iustinus nomina coniuratorum apud Hero. Otanes in taphernes Sobrias Magabyzus aspitticus: Hidarnes regnauit Darius. xxxvi. an. cui successit Xerses ex Atosa filia Cyri.

Dastilus Gygis pater. hero. primo.

Dasilos post rhyndacem in Asia: & quam Colophonii collocauere nisi ella duo sunt: ide modici sinus: alter sine nomine Chion amplectitur phrygiæ haud longe iacẽtis opportunissimum emporium: alter olbianes in pmontorio fert: Neptũnum Fanum i gremio astacon a megarensibus conditam: deide priores terræ iterum iacent: exitur q; in pontũ pelagi canalis angustior.

Dasi dare. Festus.

Datatim idest inuicem dando. Plautus in curculione. Tum isti qui ludunt serui scurrarũ datatim in uia. Afranius i homine. Datatim uxorem ut ludas. Pompo. in adel. Quod ille

dicit cum datatim in lecto luxi tecũ. Neuius in exordio. In molis non ludunt raptim pilo datatim morso. No.

Datiuus pro accusatiuo. Tinn. i auito. ubi ambitioni uirtutem uideas antecedere. Terẽ. in andria. Interea mulier quædam ab hinc triẽnium ex andro commigrauit huic uiciniæ. Var. de uita pa. libro quarto. Tanta porro inuasit cupiditas bonorum plærisq; ut uel cælum ruere magno magistratum adipiscatur oportet. Nonius.

Datum fato decretoq; concessum. Virg. Non dabitur regnis esto prohibere latinos. Ter. i eunu. Est istud datum ꝑfecto : ut grata sint quæ facio omnia. Do.

Dares dux Darii apud Marathonã uictus Herodo. vi.

Daurises dux darii in cariis occisus.

Daunia apulia appellatur a dauno illyricæ gẽtis claro uiro: qui eam propter domesticã seditionem excedens a patria occupauit. Fe.

Dauni habent infernum amnem claterniã lucrinum rheanum oppida: montemq; garganum sinus est cõtinuo appulo littore incinctus nomine Vrias modicus spatio plæraq; asper accessu extra Simponium: uel ut Graii dixere sipillum & flumen: quod camisiũ attingens aufidũ appellãt post Barium & gnatia: & Ennio ciue nobiles tudiæ.

Dauni pridem: nunc autem uocantur appuli.

Dauos seruos coruos: nõ dauus seruus coruus recte scribendum esset: quia nulla uocalis geminata unam syllabam facit: sed quia ambiguitas uitanda est nomiatiui singularis & accusatiui pluralis: nec etiã pro hac regula digamma utimur & scribimus dauus coruus seruus. Do.

Deactio peractio. Festus.

De pro ab. Luci. Solus iam uim declarasse uulcaniam. Nonius.

Drauci mentulati: quos Sylla optat ad opus.

Deatuate uæhementer amare. Afra. i uopisco. Voluptatem capio maximã cruciari te tua culpa qui det: & ille illa pessima quã deamas promere. No.

Dearturare est quasi per artus incidere. Plau. i captiuis. Tum igitur ego denuncinatus deartuatus sum miser. Idem in eadem. Deartuasti delacerasti atq; opus confecisti. No.

Deambulatorium locum significat ubi deambulamus. Lau.

Debellare est bello uincere uel capere. Expugnare est pugnando capere: uel oppugnãdo uincere: ut Liuius. Vna duas naues expugnauit: cœpitq;. Sed debellamus potius homies unde bellatiuum esse dicimus .i. bello certatum. Expugnamus autem opera molesq; ut castra urbes naues. Lau.

Debitor intelligitur is quo inuite exigi pecunia potest. VI. de uer. signi.

Debuit uerbum omni oratione actionẽ compræhendere intelligitur: siue ciuilis: siue honoraria: siue fideicõmissi sit persecutio. Vlp. de decurionibus.

Debibo debibis. En. libro octauo. Debibo homo. No.

Debiliter debilitate. Pa. Miseret lachrymis lingua debiliter studet. No.

Deblacterare est stulte loqui: Nam stultos appellant græci βλάκας. Festus.

Deblacterare est obloqui confingere. Luci. li. xx. Deblacterant plenus bonus rusticus concinit una. No.

Decalicatum calce litum. Fe.

Decermina dicuntur quæ decerpunt purgandi causa. Festus.

Decernere est constituere definire. Mar. Tul. de offi. libro primo. Quare expectanda quidem magna est decernendi ratio: q̃ decertandi fortitudo. Virgilius libro quarto. Decreuitque mori. Terentius in andria. Quicquid peperisset decreuerunt tollere. Plautus in asinaria. Eos me decretum est persequi mores. Varro in eumenidi. Forenses decernunt existimatio nomen cum insanorum numerum refert. No.

Decernere est dicere. Plau. i amphi. uter sit nõ quit Amphitrio decernere. No.

Decernere certare. Virgilius libro undecimo. Ipsum armis ipsumque iubent decernere ferro. Idem geor. libro tertio. Cornibus inter se subigit decernere amantes. Mar. Tul. philip. libr. tertio. Qué ne seruiam animis armisq; decernere. No.

Decernere est de magnis rebus certam proferre sententiam: unde & senatus decretum. Ter. in andria. Quicquid peperisset decreuerunt tollere. Donatus.

Decemuiri qui athenas ꝑfecti leges. xii. tabularum constituerunt: contra quos nemini ꝑuocare licebat ob insolẽtiam pulsi: cum oia pene magistratuũ munera obissent.

Decuriæ iudicium ex equestri ordie eligebãt.

Declamare est ficte orare ad exercitationes se accõmodare oratorias poemata qualia scripserunt Laberius publius. Ardelio nomẽ studii: & nõ doctrinæ ab ardendo .i. festinando ardeliones ad omnia festiui & curiosi: sed ut dixi: nouitate nominis locat Martialis.

Decoquere si absolute dicatur ẽ fugere ob æs alienũ: si cum accusatiuo significat penitus consumere tractum a rebus quæ adsumuntur coctione.

Decempeda quam architecti perticam appel-

lant. Cic. in ora pro Milone. Cum architectis & decempedis lineis qui fit ab ortu solis ad occasum. Alter uillas multorum ortosq; pagitabat. Ser.

Decet quære in uerbo conducit.

Declamator est qui studet apud rhetorem i cōuentuq; scholasticoꝝ fictam causam orare: ut i ueris postea causis possit orare. Ipse quoque rhetor id agens declamator uocat̃. Orator est qui causas orat: uel in iudiciis: uel i cōcionibus: qui græce dicitur ῥήτωρ. i. rhetor Nos tamen rhetorē professorem rhetoricæ uocamus: non oratorem. L.

Declaro frequentius ad facta pertinet q̃ ad dicta. Cicero declarauit id modo temeritas. C. Cæsaris: qui omnia iura diuina & humana ꝑuertit iterdum in dictis: ut idem ad Ligariū. Facere non potui quin tibi & sententiam & uoluntatem declararem meam. aliquando ꝑ significo: ut idem in libro primo de finibus: nullum uerbum est quod idem declaret latine: quod græce ἡδονή: quam uoluptas declaret: idest significet uel ostendat uel idicet. Laurentius.

Decurio est belli & nomen domi quoddā præpositurae turmæ significat: ut Suetonius faturius decurio cubiculariorū: a quo differt decurio municipalis: ut Pli. iunior episto. i. Esse autem tricentum milium nūmūm censum satis indicant: quod apud nos decuriones. Igitur ut te non decurione solum: uerū etiam equite romano perfruamur: offero tibi ad implendas equitis Romani facultates trecenta milia nummum. Decuriones quod initio cum coloniæ deducerētur decima deductorum consilii publici gratia cōscribi solita sit. Decurio ergo ē maior equite. Eques centurione. Centurio decarcho ex stipendiorum magnitudine. Decurionem ergo rectius appellabimus: quem hodie pleriq; equitē appellant. Est etiam Romanus decurio qui præest decem equitibus Romanis qui præstant ceteris decurionibus. L.

Decens substantiuū neutrum est: sicut contingens antecedens: consequens: conueniens: accidens: continens: præsens: consonans ꝑ littera non uocali. Lau.

Decus est ilia ut sic dixerim: honorificentia ex bene gestis rebus: Vnde decora militiæ honores: laudes: honestamēta militi in bello cōparata: cuius contrarium est dedecus prope ignominia quædam: aut ignominiæ genus: & infamis turpitudo: unde dedecoro tum pisco transfertur & ad animum ut Quinti. Satis dedecoris atq; flagitii castra ceperunt. Decor est pulchritudo quædam ex decentia rerum personarum: quæ in locis tēporibusq; siue in agendo: siue in loquēdo dicitur: & de uirtutibus: decorum est q; hominibus & cōmuni opioni honestū pulchrū probabileq; uidetur. Vnde decoro media longa. nam decoro media breui a decus uenit. Lau.

Decedo & migro: sic discedo & recedo differunt. q; migrare est domiciliū mutare habitandiq; locum relicto priore: cui similia sūt: emigrare. demigrare. Remigrare autem est i pristinum reuerti domicilium. Transmigrare est in longinquioris loci domicilium mutare. Immigrare est in domum aliquam habitandi gratia ire. Inde dicimus migrare e uita idest mortuut Cice. Anteq̃ ex hac uita migro sed nunq̃ sine apposito. Decedere uero est a mādato custodiæ suæ loco recedere: ut consules de prouincia dicunt̃ discedere: ut præsidia de urbibus, dicitur etiam decessit ꝑ defunctus est: ut subintelligatur uita tanq̃ de custodia. Excedo ablatiuum uita semper desiderat: ut in Antonium excessit e uita.

Decuriones quos sedibus ciuitatis ad quā ptinent relictis in alia loca transmigrasse ꝓbat̃ præses prouinciæ in patrium solum reuocare & muneribus congruentibus fungi curēt Pomp. de uer. sig.

Decuriones quidam dictos aiunt: ex eo quod initio cū coloniæ deducent̃: decima pars eorum qui deducerēt̃ cōsilii publici gratia scribere soliti sunt. Pompo. de uer. signi.

Decreta generalia sunt præcepta spiritualia.

Decretorium Plinius lib. xvii. circa uirgilias quidem pluere inimicissimum uiti & oleæ: quoniam tunc coitus est earū: hoc est illud quatriduū oleis decretoriū. Item. xviii. res sinūt uitium agitur uuis sydere illo caniculam appellamus in eodem. Item aquila signum exoritur uesperi decretorio die florētibus oleis.

Decussis hoc est libratis ut etiam ad. c cētussis Persius. Et centū græcos uno cētusse liceret Decussis a decē & asse deduci potest: ut centussis: & tum significat decem asses: ut centussis centum asses. Sin autem a decutio: unde decusso: ut Cicero in libro de uniuersitate decussauit: tum datiuus uel ablatiuus erit ut sit decussis sa decussum nominatiuus.

Decocta uina quæ expressa liquata bibebant̃

Decollo decollaui apud ueteres decipio signat ut apud Plau. uina est quæ decollatur. Itē Lucilius. xii. Quibus fructibus me decollaui: quæ significatio apud Fenestellam aliter inuenitur in libro epitomatum. ii. quēadmodum Cæsar a piratis raptus sit: ut qui eos postea cepit & decollauerit. Veteres autem securi cæsos dicebant. Diomedes.

Decor indecor indecoris. Virgilius in decimo Non autem indecorem tua te regina relinqt

Idem i.xii.Nec genus indecoris sine me hæc audit mollia facta.Inuenitur tamen etiá simplex decor decoris penultima correpta apud uetustissimos quãdo pro decorus decora decorum accipitur.Neuius in car.belli pu.Magnamq; domum decoremq; dicens uexerat. aliter enim Iambus stare non potest. Salu.in tertio . Equis & armis decoribus cultus . In eodẽ . Dedecores militiq; terga ab hostibus cædebantur.Quæ ab eo deriuata uel cõposita quod est decus decoris: illius declinationem non seruant.Pri.

Decempeda.Hora.ii.car.Nulla decẽpedis metata:a græco Δεκάποδα est regula decẽ pedum:ad quam sub artificibus fabricæ mensuram colligimus.Acron.

Decimanus appellat̃ limes qui fit ab ortu solis ad occasum.alter ex transuerso circus appellatur cardo.

Decima quæque ueteres diis suis offerebant. Festus.

Decidua quæ cadunt:ut occidua quæ occidãt Laberiur in altum non ubi caput a folus decidua folia pandit.No.

Decores decutiones.Fe.

Decollare ex collo deponere.Neuius Notonicas Ioui habes unde tibi tradi:in tuo collo ẽ: decollies caue.No.

Decoquere est decedere bonis . Tul.philip.secundo. Tenes ne memoriæ prætextatum re decoxisse.

Decumana oua dicuntur & decumani fluctus quia sunt magna: nam & ouum decimũ maius nascit̃:& fluctus decimus fieri maius dicitur.Festus.

Decuriones appellãt̃ qui denis equitibus præsunt.Festus.

Deculcarunt ualde occuparunt.F.

Decuriones & centuriones a numero cui militia praeerant dicebantur.No.

Decuriones primi singularum decuriarũ : decuriones dicti ab eo quod i singulis turmis. Sunt etiam nunc terniones:hi primoque ministros sibi adoptabant. Octones uocari coepti:quos nunc propter ambitionem tribuni faciunt. Varro.

Decurias falcus decurias dici pro eo loco & ꝑ iure & pro hominibus.A.G.

Decussis a decem assibus.Varro.

Decumanũ frumentũ dabat Sicilia hoc quod ab oratoribus exigebatur.Asco.

Decumani publicani uocantur.Asco.

Decumatos probauere omnes.Qu.Au.Simaci iudicium:quo & decumanos elegit sodales:atque his ita constitutis primum a prætextato simul:deinde a se descendẽtes domũ quisq; suam regressi sunt.Macro.

Decrepitus est desperatus:a crepera animali uita:ut crepusculum extremum diei. tempus: siue decrepitus dictus.quia propter senectutem:nec mouere se:nec ullum facere potest crepitum. Fe.

Decrepiti dicti sunt quorum crepitu & plangore familiæ funera:ideo conclamata fuerit Terentius in eunu.Mirum ni ego me turpiter hodie hic dabo cum meo decrepito hoc eunucho : & decrepiti dicti sunt clamosi sesenes.Do.

Decreta. Herodotus homo fabulator ĩ primo histo.inuentum esse sub terra scripsit Oresti corpus cubita longitudinis habens.vii. quæ faciunt.xii.& quadrantem : nisi si ut Home. opinatus est uastiora prolyxioraque corpora hominum antiquorum:etiam nunc quasi mundo senescenre rerum atque hominum decreta sunt.A.G.

Dædala indiæ siluestris ac montuosæ regio olim nominabatur.

Dædala circe dixit Virgil.quia Lucre. dixerat dædala tellus.

Dædalam a uarietate rex: artificioseq; dictam esse apud Lucretium terram: apud Ennium Mineruam:apud Virgil.Circen facile est intelligere:cum græci uariare significent Δαι-Δαλειν. Festus.

Dedecorare & turpare differunt. dedecoratur enim quod honestum est: & turpatur quod honestum & corporale. Ter. in eu. Quæ me & te familiam dedecoras.Do.

Dedicare est proprie dicendo deferre. Festus Pompe.

Dedicare est dicare.Actius in alphesiboea . At uereor cum te esse alcmeonem fratrem fratris dedicat.Cecil.annalium libro primo.Legati quo missi sunt ueniunt dedicant mandata Nonius.

Dedita intelligitur ualde data.Fe.

Deductum dicitur molle & suaue. Virgilius ĩ buc.Pascere oportet oues: deductum dicere carmen. No.

Deductum delectatione ductum. Virgilius in buccolicis. Carmina uel cælo possunt deducere lunam. Lucilius libro.xxvi. Illuc oculi deducũt ipsi atque animum spes illuc rapit. Nonius.

Deductum diminutum suppressum. Lucil. lib.xxx.Deductat hunc uoce cursu ipsa uenire non uis hunc.No.

Deducere est e domo in forum comitari. Reducere e foro domum.

Deductum carmen. Virgilius in buc. Pascere oportet oues:deductum dicere carmen. deductum pro tenui & subtili: eleganter positum est.Sic autẽ & Afranius in uirgine. Ver-

bis pauculis respondit tristis uoce deducta malle se nõ quiesse dixit apud Cornificium deducta mihi uoce garrientu sed hæc ab illo fluxerunt: quæ Pomponius in athelana: quæ Kalendæ martiæ iscribitur ait uocem deducens oportet ut mulieris uideãtur uerba. iube modo afferatur unus. Ego uocẽ reddam tenuem & tinnulam. & infra. & nũc iam uocem deductam.

Deducere uocare. M. T. de rep. li. primo. Quare si placet deducere orationem tuam de cælo ad hæc exteriora. No.

Deducere trahere mouere. Sisen. histo. lib. iiii. Ab armis te recedere præsidia de locis deducere. Nonius.

Deducere deprauare transuertere a recto Marcus Tullius in hortensio. Habet enim ipsa incertã ac definitam uitam. & ex eo multis uitiis & erroribus deprauata deducitur. Virgilius georg. libro primo. Riuos deducere nulla religio uetuit. Nonius.

Deductio nequa deductio fieret modo in hac oratione Tullii dispendium significat: alias deductio est etiam iusta. Asco. ped.

Deduco sicco. Vir. Riuos deducere nulla religio uetuit. Ser.

Dediticius qui ex numero eorum est: qui se in alterius imperium dediderunt. Lau.

Deduco quære in uerbo affectari.

Dedoceo quære in disco. Lau.

Dedisse intelligendum est etiam is qui permutauit: uel compensauit. Pau. de uer. sig.

Deferre abducere. Virgilius in sexto. Defer in Italiam. No.

Deferre est afferre. Vir. æne. li. iiii. Celeris mandata per auras detulit. No.

Defruti duo genera erant uini cocti: quoniam mustum coquebatur ad tertiam partem dicebatur epsema a latinis sapa: alio uerbo syrum quando excoquebatur ad dimidiã partem dicebatur defrutum. Martialis utriusq; fecit mentionem: cum ait lagena syrũ & syrei & defruti.

Defendimus soles arcemus solares æstus: nam defendo amicum: cum tueor eũ defendo aduersarium cum propulso.

Deiugare in uerbo deintegrare.

Deiungere ibidem.

Defrutum si ex duabus partibus ad tertiã redegerant a deferuefaciendo passum nominabant. si in uidemia uua diutius coctam legerent; eamq; passi essent in sole aduri liquorẽ qui ex ea exprimebat sapa: quod postea mellitum dictum est mustum: cum mustum ad mediam partem decoxerant: passum murinam Plautus appellat: quidam muriatam: alii muriolam: græci nectar nominarunt.

Deferre celatum prodere. Lucil. li. xxvi. q̃propter certum est facere contra hæc persequi: & nomen deferre hominis. No.

Defecta omnia pura & inturbata, & sine sordibus possumus dicere. & uinum sine fæcibus Plau. in aul. Nunc defæcaro demum animo egredior domo. No.

Defendo quod ait Quin Cla. Quadrigarius a pœnis hostibus defendebant: facillime animaduertendum est usum esse eum uerbo defendebant: non ex uulgari consuetudine: sed admodum proprie & latine. nam defendere & offendere inter sese aduersa sunt: quorum alterum significat ἐμποδὼν ἔχειν: idest, incurrere in aliquid: alterum ἐκποδὼν ποιεῖν. i. auertere depellere; quod in hoc loco Quin. Clau. dicit. A G.

Defendere uindicare depellere. Vir. in buc. Solsticium pecori defendite. No.

Defendere tueri depellere. En. in achil. Serua ciues defende hostes cum poteris defendere Nonius.

Deficit deserit: unde & qui deserũt exercitum ad hostes transeuntes defectores uocantur. Virgilius in geor. Noctis lentus non deficit humor. Ser.

Defessum quære in uerbo lassum. Lau.

Defatigatus quære in uerbo lassum. Lau.

Defectus non participium; sed actiuam habet significationem. est enim qui deficit: ut Martialis. Dulcia defecta modulatur carmina lingua. Cantator cygnus funeris ipse sui.

Defende me domine: tace imperite: per nominatiuum non recte dicetur. Item tace tu homo imperitus: nunc recte loquimur: subintelligitur enim ens. Idem fit i nominibus ꝑprius addito pronomine tu in uocatiuis casibus: ut aue Cæsar summus Imperator, Eiã per indicatiuum: ut quo tendis ænea extremus troianorum? quid facis tu serui? non recte dicit. neq; quid facis dominus meus nisi dixeris quid sedes dominus inter seruos; subintelligitur enim ens. Lau.

Defensorius accusatorius; petitorius fideiussorius; institutorius: exercitorius; tributorius: actionem hæc significant.

Defendere est id facere quod dominus in litẽ faceret: & caueret idoneæ. Vl. de procu.

Defendere est eandem uicem quã reus subire. Vlp. eo. ti.

Deficere dicuntur qui ab his quorum sub imperio sunt desistunt: & i hostium numerũ se conferunt. sed & hi quos senatus hostes iudicauit: uel relegati usque adeo ut ciuitatem amittant. Pau. de capi. di.

Deficio quando pro relinquo accipitur habet passiuum pro deficiscor; neutrum est enim

Iuuenalis: sic matho defieit. Pri.

Deficio autem loco passiui deficio facit: nihilominus est nihil defit: cum passiuã uim habeat defio facit. Pri.

Def o. Vir. in buc. Lac mihi non æstate nouũ: nec frigore defit. Pris.

Deformicatũ a formicis succisum: quibus cõfoueri erat solitum. Fe.

Defũctũ dicimus cõsuetudĩe mortuũ. Vir. li. vi. Defũctaq; corpora uita. No. Mar.

Defunctũ finitũ. Ter. i adel. Si modo defũctũ idest finitũ: ne peiora cõmittat. Do.

Defunctus iam sum: idest omni labore liberatus sum: auctoritate iam confirmata & inuolabili. Donatus.

Defungi definere. Te. i phor. Quod ego æquo aĩo misera in hac re iam defungier. Do.

Defungor liberor & cõpellor. Vir. lib. vi. O tãdem magnis pelagi defuncte periclis: & functos officia dicimus: quia officia debita compleuerunt. Ser.

Defloccare ẽ atterere tractum a uestibus sine flocco. Plau. in cassina. Perit flocco habebit iam illic lumbos meos. No.

Defraudare significat fructum diminuere: uel per fraudem aliquid exquirere. Teré. i phor. Suum defraudans genium comparsit miser. Plau. i ali. Ten ego defraudem cui ipsi nihil est in manu nisi quod tu porro uxorẽ defraudaueris. No.

Deferratio genus sacrificii inter uirum & uxorem dissolutio dicta defertatio: qa fiebat farreo libo adhibito. Fe.

Defrutum si ex duabus partibus ad tertiã redigitur: a deferuefaciendo dictum.

Defrensam detritam atq; detensam. Fe.

Defluxit ad terram descẽdit. Furius in primo Ille graui subito deuinctus uulnere habenas Misit equi lapsusq; humum defluxit: imitatus Vir. dixit. Quam tota cohors imitata relictis ad terram fluxit equis.

Defrui dicebãt antiq: ut deamare deperire significãtes oẽm fructũ pcipere. Festus Pom.

Degere antiqui posuerũt pro expectare. F.

Degere est agere. Lucil. li. ii. Degimus hoc æui quodcũq; est. Fe.

Degere est minuere Plau. i aul. Nunc ego istũ soror laborẽ degã & diminuã tibi. No.

Degere est detrahere. Plau. in epi. Degitur corium de tergo meo. No.

Degener qui suo℞ maio℞ moribus nõ respõdet. Vir. Pomaq; degenerãt succos oblita priores. Et degeneremq; neoptolomũ narrare memẽto. Ser.

Degulasse est gulæ dedisse. Afra. i bruto. Imo iãdudũ occubuisse degulasse oportuit.

Deginere degustare. Fe.

Deicere eludere. M. T. ad iuniorem Cæsarem li. ii. Adest alba nescio quam cũ restitui iussisset anthone cum hero delectatam esse ex scripto. No.

Deicere dicitur mittere. Virgilius libro octauo. Toto genitos quæ plurima cælo deicit in terras. Lucilius libr. xxvii. has & fenestras in caput deiciunt: q ꝓpe ad hostiũ aspirauerant. No.

Deicere præcipitare. M. T. in uer. acti. secũda. Si me ædilitate deiecisset. Lucili. li. xxix. Detrusus tota in deiecta Italia. N.

Deiphobus ita & græce Δηιφοβοσ: Priami filius ex Hecuba qui post mortẽ paridis Helenam duxit. Tor.

Deiphobe nympha filia Glauci: & eadem Sibylla. Virgi.

Deiphyle Adrasti filia: Tydei uxor: Diomedis mater.

Deiphylus Stheneli filii Capanei filius.

Deipyrus unus e pricipibus iuuẽtutis græciæ

Depites troianus quem Vlysses interemit.

Deiopeia græce Δηιοπεῖα penultĩa diphthõgus: quã aliq̃do nos diuidimus nympha.

Deioce Phraorce filius Medo℞ rex.

Deicere auertere. M. T. i phil. nec uero usquã a repub. deiiciebam oculos. N.

Deinceps quod deinde coeptr: ut princeps qui primum coepit. F.

Deincipẽ antiq dicebãt proxime quẽq; captũ ut principẽ primũque captum. Fe.

Deinde compositũ est ex præpositione & loci significatione: ut exinde: ꝓinde: subĩde: quæ itẽ tẽpus significant. Fe.

Deinsup. Salu. primo hist. Sertorius fortis turba morantibus: & nullo ut in terrore solet generis aut imperii discrimine per calonum ad corpora ad mediũ quasi deinsup astãnũ manibus in murum attollitur. No.

Deintegrare diminuere deiugare deiungere separare dissonare denasci decrescere. Ceci. No men uirginis nihil miꝫ deintegrauit. Pacu. i chryse. Perq; nostrã ægregiã uanitatẽ q̃ memoria deiugat. Cassius Emina. li. anna. ii. per quæ nata sunt: ea oĩa denasci aiunt. No.

Delanicare est discindere & quasi lanã trahere. Vnde lanocinia: & lanius dicit̃ qui pecus discindit. Fe.

Delapidata lapide strata. Fe.

Delectare illicere attrahere. Enn. in thyeste. & me Apollo ipse delectat delphicus. Quadrigarius annali. libr. iii. Fabius de nocte cœpit hostibus castrum simulare oppugnare cum hostẽ delectare: dũ collega id caperet quod captabat. No.

Delectio Lucil. libr. xxix. Delectione nostri ad unum exercitus. No.

Delegata dicebant diis cõsecrata: qui nunc de dicata: unde adhuc manet delicatus quasi luxui dicatus. Festus.

Delegare ueteres discedere posuerunt uel dispartire. Plau. in amphi. Cui fautores delegatos uiderint. No.

Deleuit delegauit. Titin. in praelio: uerũ enim dotibus deleuit ultro etiam uxoribus ancillantur. No.

Deletile non quod deleatur: sed quod deleat. Varro in modio. Si displicebit tibi tam latũ mare partis quãcunque spongiam deletilem Nonius.

Delibare aquam sulco deriuare. Fe.

Delibutus unctus dicitur. Teren. in phor. Si te delibutum gaudio reddo. Do.

Deliberare a libella qua quod perpenditur dictum. Fe.

Deliberare est dubitare. Ter. in phor. Ego amplius deliberandum censeo. No.

Deliberare uide supra in cogitare. No.

Deliberare expletum uel definitum. Turpi in philopatro. Certum ac deliberatũ est me illi obsequi. No.

Deliberatum decorticatum uel deartuatum p artus discissum. Vir. geor. li. ii. Vdoq; docent inolescere libro. No.

Deliqua explana indica. Actius ĩ achille. Quare alia ex crimine inimicorum effugere possis deliqua. Cecil. in plodio. Ita me imo uero hoc ante solitus sum res deliquat. Titin. lib. v. Quid istac est: aut istic uult sermo mater deliqua. No.

Deliquare ponebant pro deducere. Fe.

Delicia. Plau. linguae latinae de us delicia dixit pro deliciis. Mea ĩquit uoluptas: mea delicia. Aulus. G.

Deliciam numero singulari quod aut rarũ est aut singulare. Plaut. Mea uoluptas mea delicia. Item ĩ bacchidibus. Meus iustus est mea delicia. No.

Delicia est genus tigni: quod a culmine ad tegulas angulares infirmas uersus fastigiatum collocatur: unde tectum deliciatum: & tegulae deliciares. Fe.

Delicere est illicere. Titin. lib. v. q̃ ea parasitus habeat qui illum sciat delicere & noctem facere possit de die. No.

Delinitus delectatus. M. T. ad Cass. li. i. Iã bieniũ est cũ uirtute nunciũ remisisti delinitus illecebris uoluptatis. Lucil. lib. xxx. praesertim labra: delicit delinit amore. No.

Delinitus ad nostram consuetudinẽ placatus. Turpil. in demetrio. Vide mirum ingenium ac delinificam mulierem commemorat hominem lachrymis. No.

Delinitus est mente alienatus. Plau. in amphi. Delinitus sum profecto: ita ut me q̃ sim nesciam. Lucil. libro. xxxv. Concedit hominĩ id quod uult delinat corrũpat prorsus ac neruos omnes. No.

Deliquium solis a delinquendo dictum q̃ delinquat in cursu suo. Festus.

Deliquium apud Plau. significat minus.

Delirare est de recto decedere. Lira autẽ ẽ fossa recta: quae contra agros tuendos ducitur & in qua uligo terrae decurrat. Pompo. i prostibulo. Iam ne abierunt? iam ne tunduntur? iam ne ego sum in tuto satis? nũ quis hic restitit? qui nondum labores lirarit mihi .i. cofoderit. Lucil. libro. xxvi. Quapropter delito & cupidi officium fungor liberum. Plau. in amphi. Delirat uxor. No.

Delirare timere: deliratio senectuti conuenit. Timor conscientiae. Dona.

Deliritas pro deliratione. Laberius. Quaenam mens, quae deliritas uos suppolictoris facit: dum cano eugio uelitari. No.

Delos insula: require in Apollo phythius. Macro de sa.

Delubrum dicebant fustem delibratum: hoc est decorticatum: quem uenerabantur pro deo. Festus.

Delubrũ dicitur quod uno simulacro ligneo delibrato: idest purgato cortice numen aliquod nobis refert. Ser.

Delubrũ dicitur quod uno tecto plurima cõplectitur numina: quia uno tecto diluitur: ut est Capitolium in quo est Minerua: Iupiter: Iuno. Alii dicunt delubrum esse locũ ante templum: ubi aqua currit: a diluendo. Seruius.

Delubrum quod pontifices proprie: & qualiter hoc nomine Virgil. usus sit requiramus. Varro li. viii. rerum diuinarum: delubrũ ait alios existimare. i quo praeter aedẽ sit ara assumpta deũ causa: ut est ĩ circo flamineo Iouis statoris. Alios in quo loco dei simulacrũ dedicatũ sit & adiecit. sicut locũ in quo figerent cãdelam candelabrũ appellat: ita ĩ quo deũ ponerẽt appellatũ delubrũ. His a Varrone praescriptis intelligere possumus id potissimum ab eo probatum q̃ ex sua consuetudine in ultimo posuit: ut a dei dedicato simulacro delubrum ceperit nuncupari. Virgil. tamen utranque rationem executus est: ut enim postrema incipiapnus: obseruauit delubrum nominaturus: aut propria deorum nominaret: aut ea quae diis accõmodarentur inferre. At gemini lapsu delubra ad summa dracones effugiunt: & ut mox simulacrum nominaret subtexuit. Saeue quae petũt tritonidis arcẽ: Sub pedibusq; deae clypeiq; sub orbe teguntur. Item nos delubra deum miseri

quibus ultimus esset. Ille deus. Illam uero opinionem quam Varro prædixerat non amisit principio delubra adeunt pacemq; per aras exquirunt. Et mox. aut ante ora deũ pingues spaciatur ad aras. Quid enim est spaciari q̃ spacio lati itineris obābulat: quod adeundo ante ora ostendit arcam assumptā deorum causa ita suo more: uelut aliud agendo implet arcana. Ma. de sa.

Deluctaui pro deluctatus sum. Plautus in trinum. Cum hisce ærũnis deluctauit. Teren. ĩ ecyta. Dicitq; illi annulum dum luctat detraxisse. No.

Diluit soluit a græco Διαλύειν. Fe.

Delphicus mons intra istriam & mentoriam esse fertur: cuius in culmine existentes aiunt ex longinquo nauigia uenientia cernere.

Deligere est quod magis idoneum ad rem agẽdam ẽ cernere: ut populus deligit Imperatorem ad bella: & imperator milites ad arma: inde electus eius: qui rei sit maxime cõmodus ut Cicero deligere oportet quã uelis diligere. Loquitur enim de ipsa uxore. Eligere uero uel ad nostrum emolumẽtũ: uel ad illius qui eligitur dignitatẽ: ut si detur optio quẽ sibi uellet eligeret non deligeret. Ideo fere dicitur in eodẽ sensu datur uel offertur optio: sed non electio: & postulat duplicem accusatiuum: ut populus eligit sibi principẽ Octauium: & sacerdotes eligunt sibi pontificem. Cooptare uero dicitur inter collegas: aut fere pares: ut Cicero in bruto. A quo in collegium augurum fueram cooptatus: dicimus præterea: ago uel habeo delectum: & tũc ad multa refertur. Deligimus uero aliquãdo ad unum tantum. Lauren.

Delitesco quære in uerbo inchoatiua. L.

Delegare est uice sua aliũ reum dare creditori uel cui iusserit. Fit autẽ delegatio per stipulationem: uel per litis contestationem.

Delicta fiunt: aut proposito: aut ipetu: aut casu proposito delinquũt latrones: qui factiones habent. Impetu autem cum per ebrietatem ad manus uel ad ferrum uenit. Casum autem cum in uenando telum in feram immissum hominẽ interficit. Ma. de pe.

Delenificus dicitur blandiloquus. Vnde & Lucretius Comicus in nũmularia ait. Nescio quorsum mihi ueniant tua uerba tam delenifica. Fulgent.

Delerãs alera aratri dicitur deuians. Ser.

Delitus a deleo: cuius simplex est leo ĩ usu nõ est: deleui deletum: a delino delitum nascit: quod probus & Caper comprobat usus quoque. Vir. in. iii. georg. Et paribus lita cornua guttis. Ci. in. p. epis. ad Caluum. Tuli moleste quod litteræ delitæ mihi a te redditæ sunt.

Idem in. iiii. uerrinarũ. Tabulæ sunt ĩ medio quæ se corruptas atq; interlitas esse clamãt. Actius in atreo epulatum fictor scelerũ fratris delitor. Prisci.

Deliberata morte: ut pro adhuc in cogitatiõe tractata & habita: ut pro iam statuta morte & decreta: ut decreuitq; mori. Hor. li. cat. Deliberata morte ferocior. Acron.

Delargior tam actiua q̃ passiua significatione antiqui protulisse inueniunt: gracchus: ærarium delargitum Romano populo: delargitum passiue dixit. Pri.

Delphi & mons Parnasus in phocide & apollinis fanum atq; oraculum. Pom.

Delphis erat antrum unde spiritus emittebat quo sacerdotes furentes reddebantur & prædicebant futura. Plinius alibi: fatidici specus quoq; exhalatione temulenti futura præcinunt: ut delphis nobilissimo oraculo cuius uenerabile primi thyrsi idẽ: cui bacchus tribuit ius & principatum suoq; sacerdotum.

Delũbe idẽ delũbatũ: nihilq; solidi habẽs: uel fractũ eneruε: ga ĩ lũbis & renibus uirtus ẽ.

Delphica oracula siluerũt: ut Luca. Siluit post q̃ reges timuere futura: & super os ueturere loqui extat Plut. libellus ĩ quo disputat quare siluerunt oracula ãmonis; oraculum instituit puella a phœnicibus diuẽdita & ægyptii tradunt Pausanias ãmonem pastorem autorem fuisse Diodorus Amonẽ regem. Herodotus amum signa ægyptia Iouem significari scribit: unde Iuppiter ãmon.

Delphin delphinis delphinus delphini. Iuuen. ĩ. iiii. Quãto delphinis balæna britãnica maior. Pri.

Delphinus piscis. Pli. & delphin delphinis dicitur. ut titan nis uel titanos: titanus titani: & elephas & elephantus: arabs & arabus.

Delphi oppidũ & populus tam græce q̃ latine ut leontini etiam pro utroq;.

Delos insula in egæo: ubi natus Apollo & diana: quia repente apparuit; a Δηλα græ. uel quia ortus & quasi partus luminum omnia facit Δῆλα. i. aperta prius cynthia dicta: ide ortygia. Pli.

Delius fons dianæ sacer est: & ab eo ipsa delia nominata est.

Demagis pro nimis antiqui dicebant. F.

Demagis ualde magis. Luci. li. xvi. Rex chorus illa duos uẽtos: austrũ atq; aquilonẽ nouisse aiebat se solos: demagis istos ex nibo austellos: nec nosse necesse putare. No.

Demereor est de te bene mereor: ut Oui. Crimine te potui demeruisse meo. & Quin. Vt plenori obseqo demererer amãtissimos mei

Denticula nomẽ uiri: ut Marcus higinnius.

Demarchus: idest tribunus.

Demilus ex carysto æuboiecũ filiũ glaucũ a ĩ tem uno pugni ictu uomeré ididisset aratro couspexisset admiratus illius robur eũ ꝑduxit in olympiam:ubi a marte aduersari eludetetur pater spectans clamauit fige aratrũ: idest impinge uulnus aratro monés filiũ, ut tam fortiter pcuteret aduersarium pugno q̃ olim indiderat uomeré aratro: quod ille audiens tanto surrexit robore ut & tunc uicerit:& postea sæpe.

Deméſum.Ter.i phor.quasi diminutũ posuit q̇ ille unciatim uix deméso suo: suũ defraudans geniũ cõparsit miser.Ci.de ora. Existimatur uel æquatum dicit quæ nõ ex ĩsidiis: sed apte palam elaborat:ut uerba uerbis q̃si demensa & paria respondeant.No.

Demerebat Thais corinthia ob elegãtiã:uenustatéq; grandé pecuniá demerebat.A.G.

De me aut de illo discere magis dicebát ueteres:q & nos dicimus a me aut ab illo.Ter.in eunu.ut sibi liceret id de me discere.Do.

Demiror ualde miror.Teré.i ecy.sed demiror qd sit q̃obré tantopere hoc oés nos cælare uolueris. Est & antiqua locutio illã ré celo te.Demiror etiã pro nescio: nã admítationé ignorátia facit Idé in phor.Quid mihi dicét & quá causam reperient demiror.Do.

Demittere supermittere.Vir.æne.li.ii.Demissum lapsi per funé.Salu.histo.lib.iii.Cũ machinis strepitu demissum uictoriæ simulacrum coroná capiti ĩponebát.Var.in melea gro.Cum etiam Thais Meandri tunicam demissam habebat ad talos.No.

Demoe apud ãtiquos fũtiut apud nos pagi.F.

Demoliri diruere.Salu.histo.li.iii.pluteos rescindit ac munitiones demolitur loco summo potitur.No.

Dæmoné nomé deoꝝ eũ appellatione cõiungit Home.aut dii sunt dæmones.i.sciétes uétura.aut Possidonius scribit i libris qbus titulus est Των Δαιμονων: quia extra substantiã paratq; diuisa qlitate illius est.Ma.

Demũ quod significat post: apud Liuium demus legiť.Alii demũ ꝑ dũtaxat posuerũt.F.

Demum est aduerbium tarditatis. Ter.i adel. Ego nouus maritus ãno demum quinto & sexagesimo fiam.Do.

Demum ad postremũ:hoc est nouissime. Vir. in.vi.Sic demum lucos stygios: & regna inuiis Aspicies. Ser.

Demereri est de aliquo bene mereri.Exigit accusatiuum.Quintili. Simul ut pleniore obsequio demererer amantissimos mei.

Dempsere a græco magis significationé & originem trahit.Ho.in odyssea.

Var.in ministeriis.Sed tibi fortasse alius molit& dempsit.No.

Demonstrationem inter & conditionem hoc interest q demonstratio plærũq; factã rem ostendit.Conditio futuram.Flore.de condi. & demon.

Demortuus qui magistratu moritur.

Demo dempsi sed cõpositũ adimo ademi. Incerta auté est ratio déptæ uel appositæ præpositionis:ut cũ sit adimo ademi.Demo demi nõ faciat:sed dempsi.Diomedes.

Demitte est deorsum mitte. Dimitte desinire non disinire.Caper.

Demens inconsulta improuida: sicut ebri solent.Hora.lib.car. Regina dementes ruinas fumos & imperio parabat pro ipsa demens. hyppallage est. Acron.

Demissum ad inferiora de superioribus diciť Hora.li.car.Habuitq; tartara panthoidé iterum horcho demissum.Acron.

Dæmones deos:quos nec cælo dignos ascriberent ob numinis pauptaté: sicut Priapus.Pã. Vertũnus nec terræ nos eos deputare uellét pro gratiæ ueneratione: sicut Varro in mistagorgonum lib.ait.Dæmoneq; inferius de relicto deum de pinato orationis attollã alloquio.Ful.

Demetrius Sileuci filius alius phalereus q decem ãnis Athenis præfuit.ccclx.æris statuis pluribus equestribus honoratus. deinde absens dãnatus:& statuæ dirutæ & uenditæ inter.ccce dies:una in arce seruata: in cuius accusatione pene etiam. Menãder comicus dãnatus é:quia ei amicus erat.sed a Thelespho ro genere purgatus dixit:athenas statuas nõ uirtuté euertisse eius tempore fictas ad imitationem materiæ inuentæ: de aliis uide Laertium.

Demarathus corinthius negociator:pater tarquinii prisci:ob seditioné profugit habuit filios Lucumoné qui & Tarquinus priscus dictus ex aruuca est: alter Rex spartanus q ad Persas cõfugit:de quo Iustinus & Hero.

Democedes erotoniata medicus illustris:q dariũ pedis dolore insomnem liberauit dies vii.Hero.iii.

Democritus abderites.Laer.qui se cæcauit secundum Cice.quinto tuf.qui secundũ Aul. Gel.mortuus.c.ix.annorum fuerunt alii.Laertius.

Denarius primum placuit ꝑ decem libris æris.Plinius libro.xxxiii.Quinarius pro quinque: Sestertium pro dipondio: ac senuisse libræ autem pondus æris imminutum bello punico primo cum impensis.r.p.non sufficeret constitutum:ut asses sex tanto pondere feritur ita quinta parte facta lucri dissolutũ æs alienum. Pli.xxxiii.

Denasci in uerbo de iungo.

Denodugæ inter belgas oppidū Metēsis ciuita tis: quo ex colonia urbe rhenū attingēte ad ei ciuitatē interest non memorat Cæsar: sed Tacitus forte theonis nulla nunc dicta.
Denarius quære in dictione nūmus.
Dentifricium dicebatur quicquid medicamī nis adhibebatur fricandis & terendis denti bus: in quo genere arabius lapis esse dicitur.
Denariæ cærimoniæ dicebātur & tricenariæ: quibus sacra adituris decē continuis diebus uel triginta certis quibusdam rebus carēdū erat feriis. Fe.
Denarii quod denos æris ualebant. V.
Denicales feriæ colebantur cū hominis mor tui causa familia purgabat. Græci enim τὸ νέκρον ἃ νέκυν mortuum dicunt. Fe.
Denique ad summam properat: & ad finē dicto rum: & est aduerbium ordinis; & in fine sen. sus a Ter. ponitur in phor. quid fiet deniq;? & in heauton. Fodere aut arare: aut aliquid facere denique ut sit denique; uel deide: uel ad postremum. Et in andria. Deniq; ita tum discedo. Do.
Dentes nō solum quibus atteritur: sed omne quo aliquid execrari uel teneri potest Virg. dici uoluit in.ii. geor. de falce & curuo satur ni dente relictam Persequitur uitem atton dens fingitq; putādo. & in.vi. Tum dente te naci anchora fundabat naues. No.
Dentale lignum est quo uomer inducitur. S.
Détapargas uocāt græci ἀπὸ τοῦ ἀρπάζειν uolunt appellari. Varro in quinquatriis. hic bipennilem forcipem dentapargæ No.
Dens i aratro quod eo moderetur terra. Var.
Deo & non dea legendum apud Virgil. deue nere. Nam male enunciando corrumpimus dignitatem: ut quidam legūt: discedo ac du cente deo flammam inter hostes expedior: cum Maro doctissime dixit. Ducēte deo: nō dea. Nam & apud Caluum atherianum affir matur legendum pollentemq; deum Vene rem non deam. Signum eius etiam est cypri Venerem ipsam barbatam corpore: sed ue ste muliebri cū sceptro & statura uir. & pu tant eandem marem & fœminam esse. Ari stophanes eam aphroditon appellat. Lemni us sic etiam ait. Venerem igitur almum ado rans: siue fœmia: siue mas est. ita uti alma no ctiluca est. Philocrus quoque in atride eam dem affirmans esse Lunam: & ei sacrificium facere uiros cum ueste muliebri: Mulieres cum uiri quod eadem & mas existimat & fœmina. Ma. de sa.
Dena ut dixisse uideat qui testaméto Titio & Seio ussetit nullam hæc uerba ambiguitaté recipiunt. Iulianus de lega.
Deorata perorata. Festus.

Deos ppetuos uocamus diuos ex hominibus factos quasi qui diem obierunt: unde diuos deos etiam Imperatores. cæterum uero & at tennus contra sentiunt dicentes diuos per petuos: deos autem qui propter sui consecra tionem timentur. Nam Δέος metus latine Virg. in. xii. Diua deam fluminibus stagnisq; sonoris. S.
Depeculatus a pecude dictus. qui enim popu lum effraudat peculatus poena tenetur. Fe.
Depellere a lacte mouere. Virgilius. Quo sæ pe solemus pastores ouium teneros depelle re fœtus. Ser.
Deperire significat ualde perire. Fe.
Depexum dictum est laceratum. Terentius i heau. Ego ne si uiuo adeo exornatum dabo adeo depexum. ut dū uiuat meminerit sem per mei. No.
Depilati dictum rarefacti. Lucilius libro uige simo nono. Nato quid actū est depilati om nes fumus. No.
Depoculassere ac deargentassere ac decalātica re eburno speculo depeculassere. No.
Depolitum perfectum quia omnes perfectio nes antiqui politiones appellabant. Fe.
Depontani senes appellabantur q sexagenarii de ponte deiiciebantur. Fe.
Deponere est ponere. Vir. in buc. De grege nō ausim quicq; deponere tecū. M. T. Existima ui honestissimas molestias posse deponi nisi me ad philosophiam rettulissem. No.
Deponere est cōmēdare. Acti. in erigona. Ho spitē deposita interimes. Afranius in episto. amare habere puerp depositū foris. M. T. de offi. lib. tertio. Ergo & promissa nōnunquā non facienda neq; semper deposita redden da. Nonius. Mar.
Deponere est alienare Plau. in aulu. Vt me de ponat uino eam affectat uiam. No.
Deponere ē desperare: unde & depositi despe rati dicunt. Lucil. sa. li. ii. Symmachus præte rea iam tū depositus bubulcus exhalans ani mam pulmonibus æger agebat. Vir. li. xii. Il le ut depositi proferret fata parētis. Actius i tereo. Terens indomito more atq; aīo bar bario conspexit i eam amore uecors & fla meos depositus facinus depositū ex demen tia configit. Idem in alphesiboea. Et si est in malis depositus animus meus quæ scribit exinde audiet. M. T. in uer. actione pria. Ita que mihi uideor iudices magnam & maxie ægram & prope depositam. r. p. partem susce pisse. Cecil. inobo. Ista a te depositus modo sum anima uita sepultus sum. No.
Depono in sponsione colloco sequestro. Vir. in buc. Ego hanc uitulā ne forte recuses De pono. Ser.

Depopulatus est. M. Antonius q gratia coctæ consulis & Cethœgi factione in senatu curationem infinitam nactus est totius oræ maritimæ & Siciliam & prouicias omnes depopulatus est. Asco.

Depositus desperatus. Virg. xii. Ille ut depositi proferret fata parentis. & Sene. in tragoediis. Ite ferte depositis opem. ná consuetudo erat ut desperati ante ianuas collocaréť. uel ut extremum spiritú redderent terræ: uel ut possent a tráseúntibus forte curari: qui aliquádo simili morbo laborauerunt. Ser.

Depuere cedere. Luci Palmisq; misellá depuit me. i. uerberauit me: quod ipsum ex græco é tacië iv. Fe.

Depubem porcum lactentem: qui prohibitus sit pubes fieri. Festus.

Depudicauit pro strupauit. Laberi. in mimis prælicenter finxit. A.g.

Deplorabúdus pro deplorás. Plau. in aulu. homo ad prætoré uenit deplorabúdus. N.

Deprecor recuso refuto. Vir. xii. merui nec deprecor inquit. Ser.

Deprecor quasi detestor uel execror. uel depellor: uel abhominor. Catul. Lesbia me dispit: nisi amat quo signo: quas in tondem deprecor illam. Ennius ego cum meæ uitæ parcá læthum deprecor. A.G.

Deprecor amolior depello propulso. M. T. de r.p. li. vi. Non modo inuidia pari nó erát: sed etiam damni iudiciam graechi charitas deprecabantur. En. eripite o cui núc ærúnam a libertate para quibus seruitutem meam miseram deprecor. N.

Depræsus uerbú nauticú est cú tépestate occupantur. Virgil. geor. li. iii. Depræsis olim statio tutissima nautis. Ser.

Depræhésa est genus militaris aíaduersióis castigatione maior: ignominia minor. F.

Derepente. Turpil. in bætontibus. Eú derepéte uxoré audio ducere. En. in phœnice. Ibi tú derepéte ex alto in altú despexit mare. Afra. in incédio. Non usquequaq; idoneú iuenias locú ubi derepente cum uelis facias lutum. Ennius in hectoris listis. Euehant caligo ab orta est omné prospectum abstulit derepente cótulit sese in pedes. Var. in Sexqui ulysse. In tespia dum oro derepente.

Derepente munimentum exilit contédit oculos derepéte abiit cælo. Actius in astianacte. Hic per matutinum lumé tardo properante gradu derepéte aspicio in nemore pauidú & properanté egredi. Neuius in marco. Scalpis dentes derepente in cœna si peccaueris. Ter. in ecyra. Ita corripuit de repéte tacitus se ad filiam. No.

Derepéte una pars orationis: ut defessus sum deambuládo. Aduerbus enim præpositioné separatim non addimus. Si enim separaueris nó est latinú derepéte. Te. i ecy. Ita corripuit derepéte tacitus sese ad filiam. Dona.

Dercyllus unus ex præfectis Pyrrhi: inde dercyllidas. Te.

Dersæi populi græcorú in littoribus thraciæ. Herodotus.

Derusiei aratores persici: ité & germani & páthialei. Hero primo.

Derogať legi aut abrogať. derogatur legi cum pars detrahiť abrogať legi cum prorsus tollitur. Mode. de uer. sig.

Deris Δέρρεις græci appellant pelles nauticas: quas nos uocamus segestria. Fe.

Derogare est ppríe cú quid ex lege ueteri quo minus fiat sanciať lege noua. F.

Derogať legi cum pars detrahitur. i. factú esse quod ex ea lex sanciat: cui legi abrogatú uel derogatum sit. Ser.

Desidere des idé se pbere: ac desidia marcescere. Sueto. li. i. uastáte regiones pxias mitridate ne desidere in discrimie uidereť sociorum.

Dysuria est impediméntum urinæ.

Desyderare & cósyderare a syderibus dici certum est. F.

Desydereť equi boniq; consulant si in nostro sermone natiua. Roma in oris elegantia desyderetur Macro. de sa.

Desidereť. i. deficiat neqd ad pfectioné cœtus desidereť inuitádos adhuc cógressum cómunctumq; censeo. Macro. de sa.

Desideratur: adeo autem Vir. declinationibus græcis delectať: ut Mnestea dixerit p Mnestheum: sicut alibi neq; fratri Mnestio: & pro orpheo dicere maluerit quæ orphi græca declinatio: ut Orphi calliopea lino formosus Apollo uidimus o ciues Diomedem & taliú nominum accusatiuus græcus est in en desinens. Nam siquis puta latine dixisse diomedem sanitas metri desiderabiť. i. deficiet. Ma. de sa.

Designare est rem nouam facere in utráq; partem & bonam & malam: ide designatores dicti qui ludis funebribus præsunt. Credo ob eam causam q in ipsis ludis multa fiant noua & spectanda simul ut turba retineať quæ fuerit in spectaculis. Ter. in adel. modo quid designauit: puto ego designationem contractionem: aut conductionem populi i se oculos & ora conuertit: & spectaculo est uulgo praue itaq; & recte facta apud ueteres designata dicebantur. Dona.

Designare cú nota & ignominia aliquid facere. Teré. i adel. illa quæ ante facta sunt omitto modo quod designauit. N. mar.

Designare desinere. Fe.

Desinendam qui penitus atque alte uisum ac summam legis inspexerat: non ad augendā: sed ad desinendam seditionem legem esse dicebat. A G.

Desideratiua quæ falso dicūtur actum corporis significant: non affectum mentis: ut uiso uado ad uidendum. Cicero ad Acticum. Cupio equidem & iam pridem cupio alexādriā reliquamque ægyptum uisere. i. ire ad uidendum. Interdum pro suis primitiuis accipiuntur, ut missi sunt legati uisendi causa: idest uidendi. Similiter facesso eo ad faciendum: uel facio: uel eo ad recedēdum: uel recedo: ut Liuius. Facesse hinc tarquinios aut corinthū. Capesso eo ad capiendum. uel capio. Lacesso eo ad lacerandum: uel lacero prouocando. Laurentius.

Despicio ē deorsum aspicio: sicut suspicio sursum aspicio: inde cum quis alium contēnit aut paruifacit despicior dicit: quasi infra & ad pedes proiectū. Suspicere quidem est uenerari: quasi supra nos aspicere. Lau.

Desipio siue desipisco est a meo uel communi sensu destituor: morbo uel ætate uel amore similiq; animi affectu. cuius contrarium est resipiscere i. ad priorem mentis statū uel meliorem mentem redire. Lau.

Descendo in prælium: nō quod de superiore: sed de tuto in locū discriminis uenio: descēdit qui periculo se cōmittit. Vir. Tyrhenāq; manum totis descendere campis. Lau.

Desistere quære in assistere. Lau.

Destitisse id uidetur non qui distulit: sed qui liti renunciauit in totū desistere enim est de negocio abstinere: quod calūniandi aio instituerat plane: si quis cognita rei ueritate suū negocium deseruerit: nolēs in litē improbā perseuerare: quam calumniæ causa nō instituerat is destitisse uidetur.

Desiduo dicitur diuturna. unde & Var. in coraliana ait. Diuidiæ fuerunt cū desiduo affuisse re. Ful.

Desterto: quære in sterto. Pri.

Despicor cōmune accipiebant antiqui: me miserū illæ fœminæ despicari ausæ sunt. Pri.

Desisto destitui destitū. Liui. xxv. ab urbe condita destitutuin ab romanis. Pri.

Despecto illam rem latini dicunt. Luca. in. v. Despectre mā. Pri.

Desubulare perfodere. Var. Sexqui ulysse unā ueniā esse non amouisse duce uirtute hanc esse nobilem alterā carneadem desubulasse bona corporis secutum. No.

Desubito Ti. i prælia: sed ambo q desubito tā repente ad me uenisti. En. in patranaste. Cū desubito me orabat mulier: lachrymansque ad genua accidit. Afra. in mancipato. Quam beatæ sænicæ uidentur mihi mulieres: quæ iurgio & beniuolentia terrent desubito uiros. Ceci. in asoto. Nam ego duabus uigilus transactis duco desubito domum. Quadrigarius in secundo anna. Is desubito utrisque nunciatur copias adesse. Neuius in tripartita. Postquam se uidit hæredem desubito diuortium fecerunt. Luc. libro quinto. Desubito cupitum tam mens haber ipsa. Actius ī eurysace. Tot opera trans de summa gloria quærere euortis fines tam desubito. Pomp. ī papo. Agricola uolo scire ex te cur urbanas res tam desubito deseris. Idem in pistore. Fit desubito hilaris: tristis saltans & igneus ringitur. Nonius.

Desueui. i. consuetudinē ei abstuli. Titin. in gemina. Parasitos amoui lenonem ædibus abstrui: ædibus desueui: nequa ad cœnam iret extra consilium meum. No.

Despicere est pro nihilo habere. M. Tul. ī uer. acti. ii. Quēadmodū tenuissimum quēq; cōtempserit despexit librum nūq̄ dixerit. Vir. ī buc. Despectus tibi sum: nec qui sim quæris Alexi. M. T. de offi. li. ii. Despiciūt autem eas & contēnunt: in quibus nihil uirtutis: nihil uernorum putant. No.

Despicere deorsum aspicere. Vir. geor. secūdo Qualē caua sæpe montis conualle solemus despicere. M. T. in hor. Consolabitur eā magnitudo animi & humanaꝝ opinionum alta quædam despectio. No.

Despicere deorsum aspicere. Vir. i. ænei. Cum Iuppiter æthere summo despiciens mare ueliuolum. Ser.

Despicere deorsum aspicere: disquirere consilium. Ter. in an. Iam aliquid despiciam. Do.

Despicatus cōtemptus ac despectus: uel ab eo quod est cōspicor despicor. Sal. in iugur. Cū iterea Metellus monte degrediens cōspicat primo dubius quid nam insolita facies ostēderet. Ter. i eu. Et illis crucibus: quæ nos nostram adolescentiā habent despicatam. D.

Despicio a spectare dictum. Var.

Desponsor a sponre. Var.

Despondeo ueteri more: spondebat etiā petitor pater: unde sponsus & spōsa dicit: & spōsæ pater spondet: despōdet adolescentis. Te. in an. Placuit despondi. Do.

Despondere & spondere despondet puellam qui petit: spondet a quo petitur. Terentius ī adelphis. Quin iam uirginem despondi: cōposita res est. Do.

Descobinatus saucus & abrasis sectis. Varro ī meleagris. Sin autem delectationis causa uenamini quando secus & saluis cruribus ī circo expectare q̄ his descobinatis in sylua curare. Nonius.

Destinare emere. Luc. lib. xxviii. Faciũ ab lenone. nemo tribus in libertatem milibus destinet. Plautus in mustellaria a minis triginta amicam destinatam. & in rudente: minis triginta puellam si destinat. Nonius.

Desertus incultus asper. Virgi. iiii. geor. Rupe sub aerea deserti ad strymonis undam. Ser.

Despretus ualde spretus. Fe.

Destitui & desolari rursum statui. Neu. in agnastico. multo nauem iubet destitui anchoris. Cecil. i symbolo. Destituit omnes seruos ad mensam ante se. Ante tribunal regis destitutus. Liuius li. ii. No.

Descripti capilli a certo q̃ fines quod finis uidetur discrimine. Varro.

Detestari est absenti denunciare. P. de uer. sig.

Detestatio est denunciatio facta cum testatõe. Vlp. de uer. sig.

Detestatum est testatione denũciatum. Ca. de uer. signi.

Deteritæ porcæ. i. macilentæ. Fe.

Deterior dicitur a meliore: idest minus bonus Seruius.

Detudos esse detunsos diminutos. Fe.

Deturbare deiicere demouere. Salu. histo. libr. ii. Mœnibus deturbat. & libr. vi. Inde alias animas quæ per iuga longa sedebant deturbare. Nonius.

Deturbare idest deiicere dimouere: Virgili. v. Puppi deturbat ab alta. &. T. in oratione pro Milone. De urbis præsidiis: & de custodia ciuitatis uestris sententiis deturbare uolunt. S.

Detrahere dicitur derogare. M. T. de signis. Et si quæritis ut ipse de me detraham: illos ego accusatores puto. No.

Detrahere tollere. Terentius in heau. Assidũt accurrunt serui soccos detrahunt. Vir. geor. lib. iiii. Obseruans nido implumis detraxit q̃ tum commodum fuit. No.

Detrahere extrahere. Luci. libro. xxix. Cũ ipsũ in lucum descendant. No.

Detractare est male tractare. Fe.

Detrimentum a deterendo q̃ ea quæ trita minoris precii ab eadem mente: inde detrimentũ ab eo quod duo. quæ inter se trita diminuta a quo etiam integra dicta. Var.

Detrimentum uel unius partis dici potest: interrimentum: non ad unius partis spectat: sed ad plures. Asco.

Deuersus dicebatur deorsum uersus. Fe.

Diuersoria dicta sunt hospitia a diuertẽdo. Ciceio in orato. libro secundo. Quiescam i cæsaris sermone quasi in aliquo opportuno diuersorio. No.

Deuitare ualde uitare. Fe.

Deuorare absumere eripere. Actius in Aene. patrio exemplo & medicabo: atq; animã deuoro. No.

Deuorari nõ solum cibus gutture: sed & uox auribus potest. Plau. in asi. auscultate atq; operam date: & mea dicta deuorate. N.

Deuotum ad prosperum tantum usus trahit: sed auctoritas & ad diuersum signari uoluit Vir. æneii. Præcipue infœlix dido pesti deuota futuræ.

Deum cui illum cuius in tutela urbem esse dicunt siue masculus is est: seu fœmina: & quærere & nominare nephas est. Hoc. n. ita esse religione confirmant Valerium foranũ male periisse dicentes q̃ numinis nomẽ efferre ausus esset: an q̃ latinorum quidam monumentis tradiderunt euocatõnes quasdam ac deorum ueneficia esse putauerũt: qbus quoniam ipsi hostium deos euocare: & ad se traducere consueuissent: ne ipsi idem paterentur magnopere uerebantur; quẽadmodum igitur tyrii uincula statuis iniciunt. Alii uero sponsores petere dicuntur: si quem ad lauacrum aut ad purgationem aliquam deducunt: Sic romani quod arcanum & incognitum esset firmissimam ac tutissimam dei custodiã esse crediderunt; an sicut Homerus finxit. Terra uero communis est hominum: ut homines deos omnis colant ac uenerentur terram communiter habentes sic ueteres romani deũ salutis autorem cælauerunt; q̃ non eum solũ: sed omnis deos a suis ciuibus honorari uoluerunt.

Deus dictus q̃ ei nihil desit: uel quia oĩa commoda hominibus dat; siue a græco Δεος quod significat metũ: eo quod hominibus metus sit. Sed magis constat id uocabulũ e græco esse dictum θεος aspiratõne dempta qui mos antiquus nostris mos erat. Fe.

Deunx deuncia dempto uno. Var.

Deultum stagnum: quod ante ultonum dicebatur in regione ascythe est risasto fluminis atq; emeldeso & phinopoli oppidis bosphoroq; propinquus.

Deus a θεος quod ẽ uideo & speculor; uel Δειδω timeo. Saturnus ad retinendam parẽtum memoriam patrem οὐρανόν. i. cælum; matrem γεαν terram dixit: & uestra interpretatur q̃ omnibus rebus uestiatur. Alia uesta perpetua uirgo: cui uestales uirgines & cætera. Vxor saturni Rhea a ρεω fluo: q̃ multitudo deorum ab ea fluxerit. Iuppiter iuuãs pater: græce ζεύς a ζω uiuo: quia uitam dat; inde zenobius Iouis uita uel beatitudo; quã etiã βιος significat. Dicitur etiam Iupiter æther Iuno etiam a iuuãdo. græ ἥρα; unde nos heriam. i. dominam; quam stoici acta dicũt. Neptũnus a nando. græ. ποσειδων: quia potiũ dat omnibus. Pluto: nos a dis & ditis q̃a oẽs

diuitiæ etiam; uel Pluto secundum Quinti. quia nō sit diues. Proserpina uxor Plutonis: filia Iouis: græ. περσέφονη .i. frugum sæmē quod naturā absconditā quærit: mater Ceres quasi gerens a gerendis frugibus: prima littera mutata græce Δημήτηρ quasi γῆ μήτηρ: quasi terra mater: uel ceres a creando secundū Ser. fuit soror Iouis. Mars Iouis: & iunonis filius: alii solius iunonis: quasi magna uertens græ. ἄρης ab αἴρω occido. Minerua ex Iouis capite nata: quod uim mineē græce ἀθηνᾶ Apollo: qui φοῖβος: & diana: quæ ἄρτεμις Iouis ex Latona: quæ & luna q̄ noctu luceat: ille & sol q̄ solus maximus: uel q̄ solus oriens apparet: græ. ἥλιος luna σελήνη eadem & lucina. Vnde quæ apud græ. ἄρτεμις diana: apud nos lucifera & lucina dicitur. Vnde cū qua nocte Alexander natus est Ephesiæ dianæ templū cōflagrasse Timæus quidā dicat in historia addit non mirum q̄ diana domo abfuerat. Nā in partu olympiadis adesse uoluit: & ideo a parturientibus inuocabatur: quia parturiēti matri auxilio fuerat uenus quod ad res oēs ueniret: unde uenustas. Tor.

Deucalion Promethei filius ex clymene & hypionerat Hesiodus: uel ex hesione: cui epimetheus pater Pyrrham filiā uxorē dedit: quin tempore diluuium aliud ante sub Ogygio i Achaia & boetia. T.

Deuiæ pro errantes & pascentes. Hor. lib. car. Quærunt latentes & thyma deuiæ olentes uxorem mariti: ut Rari per incultos errant animalia montes. Acron.

Deuexi deuexa cæli parte positi. Hor. lib. car. Me quoq; deuexi indeuexa rapidus comes orionis illyricis nothus obruit undis. Virgi. Conuexa polus dum sydera pascet. A.

Dextra auspicia prospera. Fe.

Dextra fidei & fœderis membrū: Ter. in adel. Quod te ego per hanc dextram Do.

Dextra maiorū fuit salutatio: cuius rei τοῦ αἰτίου causam. Var. Callimachum secutus exposuit: afferens omnem eorū honorē dextra rum constitisse uirture: ob quam rem hac a se uenerabanť corporis parte: unde Vir. æn. primo. Cur dextræ iūgere dextrā nō dať: S.

Dextrabus pro dextris. Laberius ĩ odyssēa. De nique manibus dextrabus. No.

Dextratum tibiarum genus est quæ dextra tenentur. Festus.

Dextima pro dextra. Var. Porro inde ab onoquoq; compito temætiæ onunturæ quibus singulæ dextimæ exitum ad cælum habent proprium primo compito dextimam uiam munit epicurius. Nonius.

Dextimū & sinistimū antiqui dixerunt. Fe.

Dextans dicitur quasi assi deest sextas: quemadmodum duo de uiginti & de una. F.

Dextans dempto sextante. V.

Dextrum dicitur dextræ partis. Virgil. libr. v. Quo tantum mihi dexter abis. No.

Dexterū diciť fœlix propitiū. Vir. li. viii. Et nos & tua dexter abi pede sacra secundo. No.

Diaduella mons est pars alpiū ad Eruratios ex quo monte aduas amnis ĩ cōtraria fluit ad ĩ teriorē galliā lacū implens latium. Stra.

Diariis uel cibariis relictis neq; habitationem neq; uestiarium: neq; calciarium deberi palā est quādo de cibo tantū testatio sensit. Vul. de alimen. & ciba.

Diabathra genus soleaū græcanicaū. Fe.

Dialis .i. Iouis ut flamen dialis .i. iouialis. Græci nāq; Δία uocant iouem. Suetonius de q̄tuor Cæsaribus sequentibus. Quod consuli bus flamen dialis destinatus. & Valerius maximus lib. ix. Qua tempestate reipu. Lucius quoq; Cornelius merula consularis & flamē dialis cum ludibrio insolentissimis uictoribus esset: & ut Iouis sacerdotem declararet: sacerdotisq; sui sanguinem uetustissimi foci mandauerunt adiecit. Ser.

Dianā pronunciauit Nigidius Apollinē latiū esse: dianāq; lanam apposita ei. d. littera: quæ sæpe litteræ causa decoris apponitur ut redditur: redibiť redintegratus: & similia. M.

Dianam quidam dicunt lunam. V.

Dianus locus dianæ consecratus. F.

Diabolus calūniator diabolō.

Diadema græce habet accētū in antepenultía apud nostros in penultima. T.

Diagoras philosophus: atheos dictus .i. negans deos. T.

Dialectos tortiloqua sermocinatio disputatio tortuosa.

Dia magia elaratur Horatius.

Dialectica disputatrix: inde dialogus a Διαλέγομαι sermocinor: nam per sermonem disputamus. Sermo enim sedatur: oratio ornatior: & magis mouens affectus.

Dialyton dissolutum: ut Ferte citi flāmas: date tela: impellite remos. T.

Dianæ cur Romæ cum multæ sint ædes: eam solum quæ in angiportu est: qui patricius dicitur uiros ingredi nephas est: an ob eam fabulam quæ dicitur: quēdam cum eo in templo mulieri: quæ dianam salutatū uenisset uim attulisset a canibus discerptum fuisse: inde orta superstitione homines ingressu abstinuisse.

Diabetis est passio quādo acceptus potus per urinam reiicitur.

Diaretica est potio: quæ urinam mouet.

Diaphragma latine omentum dicitur.

Diaspermaton.i.dissæminatorium.

Dianæ cum in cæteris templis ceruorum cornua plane affigunt in auentino boum tantummodo suspendere consueuerunt, quid ita? an id ueteris casus memoria & recordatione fieri putandum est. Ferunt enim in Sabinis antroni coratio bouem insigni specie ac magnitudine natam fuisse a diuino deinde quodam monitu. Si quis eam boué in auentino dianæ imolasset. factum esse eius qui rem diuinam fecisset ciuitatem totius Italiæ imperio potiri: hominem re credita ut boué imolaret: statim Romam uenisse: seruum interim Seruio regi clam rem omnem indicasse illum inde e uestigio Cornelio sacerdoti spe rasse: ut antroni ante q̄ is rem diuinam facerent: in thyberi se allueret: rite præcipere: Sic enim eos qui litare uellēt facere cōsuesse antronem cupide profectum lauisse. Seruuī interim occupasse: ac dianæ boué imolasse: & cornua templo affixisse: hoc Iuba monumentis mandauit: & Varro: nisi quod antronis nomen Varro non prodiderat: nec a cornelio sacerdotes ab edituo deceptum fuisse dicit.

Diana a Διὸς quasi iouiniana: uirgo uenatrix ut labore luxum fugeret: di longa apud Vir. alibi b mutauit Actæonem occidit Orioné uim sibi uolentem inferre: in segesta Siciliæ colebatur a Cretensibus: quam similiter britomartem sua lingua dicebant.i.uirginé dulcem: græ. βριτὸ μαρτὴ irata fuit regi calydoniæ: quod thalesca ꝓ frugibus nō fecisset Ho.Tor.

Diasyrmos distractio: cū una dictio ad duo diuersa distrahitur: ut Interstrepere anser olores.Tor.

Diastasis distantia: a Διὰ ob & longe T.

Diastole distictio uel dilatatio: cum dictio uel sententia distinguitur: uel breuis syllaba ꝓducitur: ut uersa puluis īscribitur hasta: & luctus ubiq; pauor. & plurima mortis imago. Tortel.

Dicare dictum est constituere consecrare. Virgilius libro quinto. Vrbe uelit posita tēplis sibi ferre dicatis. No.

Diapasmata & malagmata differūt: ut Plinius autor est: q̄ diapasmata dicunt unguenta ex siccis odoribus; malagmata dicuntur fæces unguentorum.

Dibaphæ purpuræ dicebantur alibi usus é Lētulus spinther primus postea sæpius tinctæ fuerunt: ut maior honor impenderetur.

Dictare est enunciare quod alius excipiat: ide dictata: non in litteris tantū: sed in aliis quoque artibus appellamus: ut illud peragit dictata magistri: & gladiatores meditantur dictata lanistæ. frequētatiuum autem é a dico nam quod dicemus sæpe inculcamus: ut penitus excipiantur & ediscantur.

Dicearchia oppidum Campaniæ dictum a cultu & pricipatu iustitiæ posteriores puteolos appellauerunt.

Dichomenes: quæ græci etiam aspirant significat lunam semiplenam: qua uoce Astrologi nostri utuntur.

Dictamus herba: de qua Virgilius dictamum genitrix Cretea carpit abida uberibus caulé foliis & flore comāté purpureo; hác ceruus edit quotiens fixus est sagitta: nam ita ferrū cadit. de eadem Plinius multa.

Dicearchia olim dicti sunt puteoli: a Δίκη: quod significat iustitiam: quæ potissimū regebatur: ut Festo placet: postea puteoli dicti: uel a frequentia puteorum qui ibi sunt: uel a putore: ut scribunt Varro & Strabo. Addit Strabo putorem illum sulphureum inde natum esse q̄ gigantes olim in bello phlegreo superati illic lauerunt uulnera.

Dicare tradere. M.T. in epistola ad Cæsarem libro primo. Balbum quāti faciam q̄q; ei me totum dicauerim ex ipso scias. Lucilius libr. trigesimo. Iuratam se uni cui sit data atq; dicata. No.

Dicare iudicare nunciare. Lucil. li. xxx. Sic ubi ad aures fama tuam pugnam claram illatam dicasset. No.

Dicare est in obsequium dare: ut sacerdos dicatus est numini. Virg. æne.i. Cōnubio iūgā stabili propriamq; dicabo.

Dicassit dixerit. Festus Pompe.

Dice pro dicam antiqui posuerunt. Fe.

Dicere constituere. Teren. in an. Placuit despō. di hic nuptiis dictus est dies. No.

Dicere denunciare. Lucil. li. xxviii. Minitati ap te capitis dicturum diem. Te. in an. Sed dico ne temere facias. No.

Dicere indicare. Vir. in buc. Dic mihi damœta cuium pecus. No.

Dicere destinare. M.T. de offi. lib. iii. Et q mor ti addictus esset paucos sibi dies cōmendádo rum suorum. No.

Dicere dicare. Vir. li. vi. Iunoni infernæ dictus sacer. No.

Dicere etiam promittere. Pomp. in pictoribus Nummos certos dico quinquaginta milia. Salu. libro secundo. Eodem anno ī Macedonia. C. Curio in principio ueris cum exercitu profectus in dardaniam quibus potuit pecunias dictas coegit. Afranius in uopis. Igiť qescat. quoniā inter nos nuptiæ sunt dictæ pactas istis uerbis si placet. Idem fratres de rusti co: nescio cui uicino suo pauperi: cui dictat dotis paululum. Pac. in her. Prius data est q̄

tibi dicta dari: aut q̃ reditum est Pergamo. Varro ĩ mysteriis. Id uirgo dos a foemia auferatur: quæ mihi postq̃ ad concordiam dicta est. No.

Dicere date. M. T. de offi. li. ii. Cõmode autem quicunq; dixit pecuniam. No.

Dicere interdicere hoc differũt: q dicimus qđ iubemus fieri. Interdicimus quæ uetamus. Dicimus enim uni generi hominum. interdicimus diuersis. Itaq; prætoris dicta & iter dicta dicuntur. Ter. in ecy. Interdicto ne extulisset extra ædes puerum usquã. Do.

Dicebo pro dicam. Ne. de patic. primũq; dicebo recte secundum q ro melius di prodam Nonius.

Dixi hoc uerbum in fine additũ superiora cõfirmat. & est proprium his qui perorauerũt causam. Do.

Dici mos erat Romanis ĩ omnibus sacrificiis precibusq; po. ro. Quirinsq; quod est curensibus: quæ ciuitas Sabinorum potentissima fuit. Fe.

Dictio a dico ĩ manipulis castrẽsibus ducibus

Dic mihi iniuriosum est. Virgili. Dic mihi damoeta cuium pecus. Terentius ĩ an. Eho dic mihi. Donatus.

Dico originem habet græ. quod græ. ΔΙΚΝΟΣ Δικᾶσ. hic En. Dico hunc ditari. V.

Dico plus est q̃ do. dicatur enim perpetuo: datur ad tempus. Ter. ĩ phor. Operam hanc tibi dico. Do.

Dictata in ludoa dico. V.

Dicta & facetiæ: ioci iocos ueteres nostri dicta dicebant. Testis Ci. q in li. epis. ad Cor. nepotem secundo sic ait. Itaq; nostri cum omnia dixissemus dicta essentq; facete & breuiter & accurate iocari essemus a proprio noie appellari dicta uoluerunt. hæc Ci. M.

Dictum participium uel nomen: a quo etiam dicaces dicuntur qui malignis salibus maledicunt. Ter. in eu. Tum si quis est qui dictũ ĩ se inclæmẽtius existimat esse: sic existimet: sciat præsumat responsum nõ dictum esse: quale sit prius dictum supra nomen: ĩfra participium significat. Do.

Dictator ab eodem dictus est magister populi q is a cõsule debet dici: hic antiqua illa dicimus si dico quid scienti q det quod ignorauit. Var.

Dicenota mẽs ĩtellectus: unde figura: quæ magis sensum q̃ uerba designat. Quin. T.

Dicæarchus. i. iustus princeps: & propriũ nomen. Tor.

Dictamus herba medicinalis: de qua Virg. T.

Dictynna a Cretensibus græce diana. Lac. grãmaticus britonem uirginem: uel britomartem Dianæ sacram: ne a Minoe uiolaretur ĩ mare se præcipitauit: retibus reperta ab his dictynna dicta est. nam Δίκτυον rete: & cũ pestis magna sequeretur responso ædem dianæ construxerunt: & uirginis cognomine dictynnam uocarunt: & mons ubi sita fuit dictynnus. Tor.

Dictæus mons cretæ a dicte nympha: quæ ibi colebatur. T.

Dico sententiam consiliarius. Fero sentẽtiam iudex. Interdum dico pro fero: dico leges ad uictos: ferre uero leges ad suos.

Dicere est oratorum eleganter facũdeq; loquẽtium. Quin. x. Nam mihi ne dicere quidẽ uidetur nisi q dispositæ: ornate: copiose dicit. Ci. de offi. Et ad dicendũ & ad iudicãdũ. i. ĩ oratoria arte & in philosophia. Lau.

Dictio a dico est oratoria & facũda oratio. L.

Dictito frequentatiuum est frequẽtibus locis temporibusue dico & narro.

Dicto est alteri scribenti excipientiq; dico manu stiloq; notanti. L.

Dictũ & dicta de sermone intelligimus q frequentius producat sermonem. Mac. materiã dictis non pudet esse ducem. La.

Dicacitas a dicendo significat sermonem cum risu aliquos incessentem. Quintil.

Dictatores prædicti sunt: a quibus nec prouocandi ius fuit: & quibus etiã capitis animaduersio data est. Nã cum po. ro. aucto crebra bella orirentur: & quædã acriora a finitimis inferrentur interdum re exigẽte placuit maioris dignitatis magistratum constitui hunc magistratum: quando summam potestatem habebat non erat phas ultra sextum mẽsem retineri: & his dictatoribus magistri equitũ iniungebãtur. Sic quoque modo regibus tribuni celerum prætoris: magistratus tamen habebantur legitimi. Pom. de ori. iuris.

Dicere sententiam existimamus eũ qui ea mẽte id pronunciat: ut secũdum id deficere eos a tota controuersia uelit.

Dictum a promisso sic discernitur: dictum accipimus quod uerbotenus pronũciatum est nudoq; sermone finitur. Promissum autem potest referri ad nudam promissionem siue pollicitationem: uel ad sponsum. Ea autẽ sola dicta siue promissa admittenda sunt quæcunq; sic dicuntur ut præstentur: non ut iactentur. Illud sciendum est si quis uenditor artificem promiserit uel dixerit non utiq; perfectum eum præstare debere: sed ad aliquẽ modum peritum: ut neq; eum summæ sciẽtiæ accipias neq; rursus indoctum esse in artificium sufficeret. Igitur talẽ esse quales uulgo artifices dicuntur. Sciendũ est tamẽ quædam & si dixerit præstare eũ non debere: scilicet ea quæ ad nudam serui laudẽ pertinet:

ueluti si dixerit frugi Probum dicto audien
te:ut enim Pedius scribit: multũ interest eõ
mendandi serui causa q dixerit. an uero præ
stiturum se pmiserit quod dixit : plane si eũ
dixerit aleatorem non esse.furem nõ esse.ad
statuam nunq̃ confugisse:oportet eũ id præ
stare.Vl.de ædil.edi.

Dictarii appellantur hi qui in aliena cœnacu-
la se dirigunt furandi animo : & plusq̃ fures
puniendi sunt:iccirco quæ aut ad tempus in
opus dantur publicum:aut fustibus castigã-
tur & dimittuntur:aut ad tempus relegant.
Vlp.de extraor.cri.

Dictator q a consule dicebat:cuius dicto au-
dientes omnes essent.V.

Dicearchia quæ nũc puteoli q ea ciuitas quõ
dam iustissime regebatur.Fe.

Dicearchia puteolorum oppidum prius appel
labatur. Stra.

Dicteria quasi dicta non feria. Va.honos lyras
quoniam mobilem :neq; orto salticum artu
lit psalterium:quibus sonant in græcia dicte
ria.Nonius.

Dictynna diana:quam esse lunam putabãt q
fulgore suo noctu omnia ostendat.Fe.

Dicturos dilatores moram facturos Asco.

Dicturientem ne te ultra retardet perge ame-
ne.M.

Dido est uirago:ita enim appellata est. nã Eli-
sa proprie dicta est. Nam cum Hiarbas Rex
Libyæ didonem ducere uellet uxorem.eaq;
negaret:is carthagini bellum intulit:cuius ti
more cum cogeretur a ciuibus petiit ut ãte
placaret manes mariti: & ædificata pyra se i
ignem præcipitauit ob eã causam atq; rem.

Dido.i.uirago est appellata.Ser.

Diducit siccat detrahit. Vir.geor.i. Quiq; pa-
ludis collectum humorẽ bibula diducit ha-
rena. Et alibi. Riuos diducere nulla religio
uetuit.Ser.

Dies dictus q diurni sit operis: siue a dione e-
ius ut putabant rectore.qui græ φαεσφόρον ap
pellatur:siue q deterui diurnus delitescat i cã
dorem.Fe.

Diem uolunt cum fœminini ge.dicimus tem
pus significare.maſ.diem ipsum.Nos contra
inuenimus. Tur.in pedio quãdoquidẽ amo-
rem intercapedine ipse luit dies.i.ipsum
tempus.Pa.in Do. Gnatã despondit nuptiis
hanc dicit diem. Vir.æne.ii. Ergo dies iphã-
da aderat mihi sacra parari.Nonius.Dies cũ
ge.fœminini pronunciatur tempus signifi-
cat. Vir.in.xi.Multa dies uariusq; labor mu
tabilis æui:Rettulit in melius. Vnde & die-
cula pro breui tempore diminutiue dicitur.
Cum autem spacium horarum duodecim si
gnificat generis masculini i die hoc dicimus
quasi hoc die.Ser.

Didyme insula ex æoliis in freto siculo.T.

Didrachma bis drachma.T.

Didymus gemellus & uiri propriũ nomen.T.

Didymaon armorum artifex. Vir.in.v.T.

Diæta locus domi:ubi tantum uersamur nul-
lo negocio aut usu. Nam Διαιτω significat
uersor Tranquilus in diætam:cui neminem
lerneum necesse erat: diæta itẽ significat le-
gẽ iudicum.

Dies uel a Διος:nam ut nos Iouem adiutorẽ:
ita græ.Διαβοηθον:& diem adiutorem & i
de diespiter.i.iuuãs pater lingua osca.Lucre.
Alii diem deum dicunt cõmunis generis:di-
minutiuum diecula. T.

Dies.i.tempus.Vir.in.v.Quã nunc longa dies
pietas nec mitigat ulla & Terẽ. in hean.Aut
falsum est:quod uulgo audio dici diem adi-
mere ægritudinem hominibus.Ser.

Dies agonales per quos Rex in regia arietẽ i-
molat dicti ab agone; eo quod iterrogatur a
pricipe ciuitatis & priceps gregis imolat.V.

Dies uestales ut uirgines uestæ sacrificẽt quin
quatrus.Varro.

Dies fortis uẽturæ fortunæ appellatus ab Ser
uio Tullo rege q is fanũ fortis fortunæ secũ
dũ Thybrim extra Romã ædificauit. V.

Dies septimontiũ nominatus ab his septẽ mõ
tibus: in quibus urbs sita est.V.

Dies postridie Kalen.nonas.V.

Dies fasti per quos prætoribus oĩa uerba sine
piaculo licet fari.V.

Dies nephasti contrarii horum : per quos dies
non potest agi:& necesse est aliquo uti cõ
uerbo cum quid lege peragitur.q si tum im
prudens id uerbum emissusq; manum sit il-
le.nihilominus est liber : sed ut magistratus
uitio creatus nihilo: sed uis magistratus præ
tor:qui cum factus est si prudẽs mutuis am-
bigebat eum expiari ut impium non posse.
Varro.

Dies comitiales dicti sunt q tum dum essent
populus constitutus est ad suffragium ferun
dum:nisi si quæ feriæ essent conceptæ: pro-
pter quas non liceret copitalia & latinæ.V.

Dies intercisi sunt per quos mane & uesperi ẽ
nephas.medio tempore iter hostiam cæsam
& extra prosecta phas: a quo quod fastum i-
tercedit.aut quod intercisum:uel ne nephas
diesque uocatur. Sic quando res fastusq; co-
miciauit phas sic dictus ab eo q eo die Rex
sacrificulus dicat ad comitium : ad quod tẽ-
pus est nephas ab eo phas. Itaq; post id tem-
pus lege actum dies qui uocatur quãdo ster
cus delatum est phas ab eo appellatus : q eo
die ex æde uestæ stercus euertitur: & per ca
pitoliũ cliuum in locũ deferẽ certum.V.

Dĉtatoris ius erat amplissimũ in quem nemi-
ni ius erat ꝓuocandi hic magistrum equitũ
dicebat regis præferebat maiestaté circa sex
menses constituebatur.

Dicteria dicuntur dicta urbana:græce dicunť
apophthegmata. Franciscus Philel.

Diecula hoc est tempusculũ: & sumitur ab eo
quod est hæc dies diecula mora:quod ẽ hæc
dies parua. Teré.in an. Non satis habes ꝙ die
culam addo. Do.

Dies alliẽsis ab alia fluuio dictus:nam ibi exer
citu nostro fugato Galli obsederunt Romã
Varro.

Dies a solis & lunæ motione:qui maxime cau
sant tẽpus propter eoꝶ motũ:qui deus toto
cælo coniunctus duos motus causat:a qbus
tempus:& ab hoc a deo dies appellať.

Dies fœmi.gene.tempus ; & ideo diminutiue
diecula dicitur breue tẽpus & mora. Dies ho
rarũ duodecim generis masculini est: Vnde
hodie quasi hoc die. Asco.

Dies more romano a media nocte ĩcipit:& se-
quentis noctis media parte finiť. Itaq; ꝙ in
his.xxiiii.horis: idest duabus dimidiatis no-
ctibus:& luce media actum períde est: quasi
quauis hora actum. Pau.de feriis.

Diei principium cur de media nocte numerãt
an quod resp.ab initio rei militaris more &
instituto constituta est. In re militari autem
multa noctu utiliter occupantur.an diei or-
tum agendi principium esse uoluerunt : no-
ctem uero consilii & apparationis. Oportet
autem præparatos rem aggredi:non agentes
præparari fabricans quod myson ad chiloné
unum de septem scripsisse dicitur hyeme.an
quẽadmodũ meridies finis est multis reipu.
gerendæ.sic nocte intẽpesta actionũ omniũ
initiũ oportere statuerũt: cuius rei maximũ
argumentum magistratum Romanum post
meridiem fœdus facere non solere.an occa-
su quidem & ortu principium & finem diei
capere licet. Nam si multitudinis iditio prin
cipium diei:cum sol emergere cœperit:inci-
pit uero finem cum penitus occiderit termi
nauerimus æqualitatem diei ac noctis quod
æquinoctiũ dicimus non habebimus: æquã
enim diei noctẽ re maxime uidemus ea die
eui comparatur solis spacio ac magnitudine
breuior reperietur. Nam quod mathematici
asserunt:& huic rei medicinã afferentes diei
ac noctis uerissimam rationem constituunt
Centrum solis cum finientem attingat oẽm
euidentiam & claritatem funditus tollit.ne
cesse est enim accidere cum multũ lucis etiã
sub terra sit:& nos radiis suis sol undiq; col-
lustrat.ut diem nondum esse fateamur:qua-
re cũ ob dictas causas ortus diei & occasus
principium difficillime capi possit relinquiť
aut ut medium diem: aut ut mediam noctẽ
principium diei statuamus:potius autem se-
cundum. fertur enim a nobis a meridie ad
occasum:a media uero nocte ad oriẽtem ad
nos redit.

Diei cuiusq; maior pars est horaꝶ septem pri
marum diei non supremaꝶ.P.de uer.

Diespiter diei pater Iuppiter. Hora. libro car.
Nãq; diespiter igni corusco nubila diuidẽs.
Acron.

Die pro diei. Vir.in ii.geor. Libra die sõnique
pares ubi fecerit horas. P.

Dies in singulari numero tam masculini q̃ fœ
minini ge.inueniť. In plurali numero uero
semper mas.sicut & ab eo cõpositũ sempma
sculi.ge.est hic meridies. Te.i adel. Præterea
meridie ipso faciã ut stipulã colligat. Pri.

Diedua in gallia est prope bibracte. Alia i bur
gundia. Strabo.

Diẽ qui masculini generis dicendũ putauerũt
hanc causam reddiderũt:quia dies festos nõ
festas dixerunt. Et quartum & quintũ Kalẽ.
nõ quartã & quitam: & cum hodie dicimus
nihil aliud intelligimus q̃ hoc die. Qui uero
fœminini catholice utũtur pro ablatiuo ca-
su:& non nisi producta finiatur : & ꝙ dimi-
nutiuum eius diecula sit. Varro autẽ distin-
xit ut mas.ge.unius diei cursum significaret
fœminino autem temporis spaciũ quod ne
mo seruauit. Nã secũdũ hanc diffinitionem
dicit Vir. Venit summa dies.i tempus:& ille
dies primus læthi pro uno die tantu. & fœ-
minini ge.dicit expectata dies aderat.

Dies romanus a media ad media noctem dei-
de gallicinium:inde conticinium:cũ galli cõ
ticescunt & homines: deinde diluculũ cũ in
eipit dignosci dies. Inde mane cum dies cla-
rus:ĩde meridies:ĩnde iam supra uocatur tẽ-
pus occiduũ:& nos suppꝛema tẽpestas:hoc ẽ
diei nouissimum tempus:sicut expressum ẽ
in duodecim tabulis solis:occasus suppꝛema
tempestas esto:deinde uespera : ab hoc tem-
pore prima fax:deinde concubia:& deinde ĩ
tempesta:quæ non habet idoneum tempus
rebus agendis. Ma.

Dies festi dicti sunt hi qui diis dicati sunt:pro
festi omnibus ob administrandam rem pri-
uatam publicãq; concessit. Intercisi deorum
hominũq; cõmunes sunt. Festis insunt sacri
ficia epulæ:ludi:feriæ:profesti:fasti:comitia-
les:comperendini:stati.præliares. Intercisi in
se non in alia diuiduntur . Illoꝶ enim dierũ
quibusdam horis phas est: quibusdam phas
non est ius dicere. Nam cum hostia cæditur
fari nephas & porrecta fari licet.rursus cum
adoleť nõ licet. Ergo de diuisione festorum

& profestorum dierum latius differendum est.Ma.

Diespiter Iouis appellatus:idest diei & lucis pater.Au.G.

Dies a ueteribus dies dii declinatum est:ut fames famii:pernicies pernicii: progenies progenii:luxuries luxurii:acies acii.A.G.

Dies triginta aut plus eo in naui fui. apud Te. in ecy.accusatiuus casus plenum numerū & continuationem rei significat.Do.

Die quarta & die quarto temporis hoc prudētes distare uolunt: quæ tamē autoritas ut sit die quarto temporis præteriti die quarta futuri. Nonius.

Diespiter.i.diei pater: a quo dei dicti. Varro.

Dierecti dicti crucifixi : quasi ad diem erecti. Var.in eume. Apage in diem rectum. No.

Directum dicebant per antiphrasim: uolentes significare malum diem. Fe.

Differre est spacium temporis dare. Vir.li.vi. Distulit in seram cōmissa piacula mortem.

Differre diffamare diuulgare.Lucil.li.viii.Gaudes tamē de me ita foris sermonibus differs. Var.de ui.pa.li.iiii.Si modo ciuili concordia exequi ratione paret rumores fama differāt: licebit nos quoq; carpant.No.

Differre diuidere uel scindere. Vir.geor.li.iii. Scythiæq; hyemis atq; arida differt nubila. Ter.in adel.Miseram me differor doloribus. Vir.li.vii. Haud procul inde citæ mecium in diuersa quadrigæ distulerāt. Lucil.li. xxx.& maledicendo in multis sermonibus differs. Plau.in aulu. Nisi reddi mihi uasa iubes pipulo te differam ante ædis.No.

Differre in ordinē ponere.Vir.geor.li.iiii. Ille etiā feras in uersum distulit ulmos.No.

Differre distare.M.T.i uer.At uide quid differat iter meā opinionē ac tuā.Lu.lib.xvii. Tamen alciuerūca aut cicatrix medius papulæ differūt.M.T.in hor.Quantū inter se homines studentes moribus omni uitæ rōne differant.No.

Differri disturbari in diuersum fere rapi:dissipari.Te.in an.Ex solo loco rationē sperat inuenisse se qua differat te.Idē i adel.Me miserā differor doloribus diuellor:discrucior:dilaceror:& proprie cōueniunt parturiēti;cui uiscera distenduntur.

Differatio genus sacrificii:quod inter utrū & mulierem fiebat dissolutio dicta differatio: quia fiebat farreo libo adhibito.F.

Differitas pro differentia.Lu.lib.iiii. Tantaq; in his rebus distantia differitasq;.No.

Difficilis pene sterilis.Virg.geor.li.ii.difficiles primūq; terræ collesq; maligni.Ser.

Difficultatē paupertatē significat.T.ecōtrario q̄ uos facillime agitis: & ipse alibi in summa facultate esse nūmaria iudiciorum desiderio tribunitia potestas efflagitata. Asco.

Difflare flatu disturbare.Plau.in milite.Cuius tu legiones difflauisti spiritu..Luci.lib.xxvii. Pars difflatur uento; pars autem obrigescit frigore ce o.

Diffinitio ois in iure ciuili piculosa.Parum est enim ut subuerti possit. VI.de re.iu.

Difficilis durus inexorabilis.Hora pro cruciabili accepit primo car.feruēs difficile tumet iecur.Por.

Digāma æolicum:ut in multis sepulchris apparet:serjus julgus jixit romæ dus manibus sacrū secundus jixit meus.xi.dies.xx. petroma Noe soror ei jixit annum mēses dies.xii. hic sepulti sunt.R.decēber: hoc in Liuio frequenter notaui.

Digitus infamis medius qui obscœnitans est ut ait Iuuena.Qui fortunæ ipse minaci mādaret laqueum mediūq; ostēderet unguem. Sunt autem nomina digitorum hæc pollex salutaris: infamis:medicinalis: ultimus.

Dignitas ē auctoritas honesta:digna cultu honore & uerecundia.

Dilatio dicta quasi diei prolatio.T.in eu.Sed i diem istunc parmeno est quod fortasse minitare.i.in longam dilationem.Do.

Dilectus militū & is qui significatur amatus a legendo dicti sunt. Fe.

Diligere quære in uerbo amare. Lau.

Diluuies noue posuit. Ho.li.car.Cū oēs auctores hoc diluuiū posuissent. Ac.

Dilutum uinum;quod mixtum est:imo gęqd amiscet.Persius.Diluis elleborū certo cōpescere puncto:nescius examen.

Diludia.i.intermissionem ludorum.Por.

Dilema est cōplexio quæ aduersariū ab utraq; parte cōcludit;ut est apud Virg.Si periturus abis & nos rape in oia tecum: Sin aliquā expertus positus spem ponis in armis: Hāc primum tutare domum.S.

Diligens ab legendo.Varro.

Diligere manifestā hēt significationē;ut plærūque diligit diuidit.Plau.in curcu. Clypeatus elephantū;ut machæra diligit. No.

Diligere hoc interest & amare;q̄ i illo remissa quadā beniuolēna, in hoc autē uæhemētior intelligit Ca.Pli.in epis.ad Municianū.Aderam beneis mecum.Qu.L.Albinus uir i dicendo copiosus ornatus: quē ego cum olim mutuo diligerē in hac officii societate amare ardentius cœpi. Sei.

Diligere leuis amare : uidelicet habet maiorē uim.Ci.ad Brutum.Sic igit facies in ea;ut amabis:aut quod contentus sum diliges. & i viii.Lu.Clodius tri.plæbis designatus ualde me diligit:uel(ut uerius dicā)ualde me amat

Idem ad Dolobellam. Quis erat qui putaret ad eum amorem quem erga te habebã posse aliquid accedere: tantum accessit ut mihi denique tunc amare uidear antea dilexisse. N.

Diloricare dictum est scindere. Ci. de orato. li. ii. qui in causa perorãda non dubitauit excitare reum consularẽ: & eius diloricare tunicam: & iudicibus cicatricem aduersam senis Imperatoris ostendere. No.

Diminuere in uerbo deintegrare.

Dimittere permittere: in potestatẽ dare. M. T. de repu. li. i. Tum annui consules cũ dimissi populo fasces. No.

Dimittere est relinquere. M. T. ad Caesarem li. iii. quem sibi uideres non de exercitu retinẽdo tueri: sed eo tradito aut dimisso. No.

Dimittere dare. Virg. geor. Dimissaq; ab Ioue gentis nomina. No.

Dimittere mittere. Vir. æne. li. i. Equidem per littora certos dimittam. Do.

Dimitti exercitus dicit: uel pace facta: uel uexatis hostibus. Teren. in eu. iam dimitto exercitum. Do.

Dimidiatum est in partes duas diuisum.

Dimidiatũ ergo nisi ipsum quod diuisum est dici haud conuenit. Dimidium uero est nõ quod ipsum dimidiatũ est: sed quae ex dimidiato pars altera est: cum igitur partẽ dimidiam libri legisse uolumus dicere: aut partẽ dimidiã fabulae audisse. Si dimidiatã fabulam: aut dimidium libræ dicimus: peccamus Totũ enim quod deest dimidiatũ atq; diuisum est dimidium dicis. Au.

Dimissum abiectum. M. T. de offi. li. iii. perspicuum est enim ea quae timido animo humili dimisso fiant. N.

Dimissum humile miserandũ. Virg. æne. li. iii. Deiecit uultum & dimissa uoce profat. Lu. li. xxviii. nõ est ausus elate & ample loqui humiliter dimisseq;. No.

Dimẽsum serui quaternos modios accipiebãt imense frumenti: & id dimensum dicebatur & utræ a mense: uel a metiendo incertũ est. Ter. in phor. Quod ille unciatum uix de dimenso suo suũ defraudãs geniũ cõparsit miserat illa uniuersum arripiet. Do.

Dinales sunt auium genus: quas ægyptii inter potandum cum coronis deuincire soliti sũt quae uolitando morsicandoq; & cãtando assidue nõ patiũtur dormire potantes. Fe.

Dii patrii sunt qui singulis ciuitatibus præsũt uti Minerua Athenis: Iuno carthagini. S.

Diis diutinis ac iugibus. Var. honos lyras. Sol hormoge quadam gubernans motibus diis uiget. Nonius.

Dimicare & certare.

Dimascus mons est in Mycone insula.

Dimidia pars bonorum continetur: si non sit specialiter facta partis mentio. VI. de usuf.

Dimissoriæ litteræ sunt: quae uulgo apostolicæ dicũtur: dimissoriæ autem litteræ ꝙ per eas causa ad eum qui appellatur dimittitur. Modesti. de uer. signi.

Diminutio capitis est prioris status permutatio. Id multis modis fieri solet: uel maxima: uel media: uel minima. Boetius in commentario topicorum Ciceronis. Maxima est cũ libertas & ciuitas amittitur: ut deportatio. Media uero in qua ciuitas amittitur retinetur libertas: ut in latinas colonias trãsmigratio minima: cũ nec ciuitas nec libertas amittitur: sed status prioris qualitas immutatur uelut adoptatio: aut aliis huiusmodi modis.

Dimouit eiecit remouit: ut emoti procũbunt cardine postes. Hor. lib. car. Ramũq; clausit & uaganti fere leges dimouitq;. Acron.

Diomedes promontorium in dalmatia est.

Diotheca diuisio quae fit in cubilibus ex aleis uel aliter.

Dyota est uinarium uasculum. Hora. lib. i. car. Deprome: quadrimum sabina ocalarce merium dyota. Acron.

Dyota amphora: ẽ cuius ansæ uelut aures sint græca appellatione dicta. Hor. i. car. Atq; benignus deprome & cæ. Por.

Diomedis templum in sinu aquileiæ est. Stra.

Diomedeæ insulæ sunt in sinu aquileiæ. Stra.

Diocles proprium significat Iouis gloria a Plutarcho Peparetus dictus in uita Romuli.

Diocleus idẽ significat: Orsilochi filius ex phera loco omnibus necessariis abũdans ab Alpheo genus ducens. Ho.

Dionysius cur patrem liberum: an quod bibẽtibus libertatis causa sit. Fiunt enim plæriq; ebrietate petulantiores: an quod libationem præbuit: an sicut Alexander dicit quod pro Boetiæ libertate pugnauit: Dionysium liberum dictum fuisse putandum est.

Dion syracusanus hiparmi filius: de quo æmilius probus diues: doctis amicus Platonis alter. Tor.

Dion prusæus orator: cui chrysostomo cognomen fuit. T.

Diogenes de quo La. & in epis. plura & quinq; fuerunt: de quo intellexit Iuue. ꝙ semper flere et errores hominum: nescio fortasse de stoico de seleucia. T.

Diomedes Rex ætoliæ Tydei & Deiphilæ filius: qui Troia rediens cũ uxore Naupli patris palamedis hortatu Cilleboro filio Stheneli hæsisset: ut pudore uel non receptus in Apuliam uenit: cuius partem cũ dauno sortitus est. Inde diomedæa ab ipso dicta insula propinqua sepultus. Alter Rex thracum

ferocissimus. In accusatiuo singulari diomedem. Virg. in. xi. Vidimus diomedé argiuaq; castra.

Diomeda Phorbantis filiae Lesbo ab achille abducta & post Briseida habita. T.

Diomeropus Adrasti pater & Amphu. T.

Dione nympha Oceani & tethyos filia a Ioue cōpressa: & Venerem peperit, aliquando pro uenere: inde dionaeus. T.

Dionysius proprium nomen bacchi ab Ioue & Nysa q; fulminata matre ad antiū Nysae urbis inter Arabiā & aegyptū Mercurio dedit deferendū nymphis aegyptii cū sibi uēdicāt & suū dicunt osiridem: quem docuisse arare & plātare uites: Indi apud se natū dicūt. grae ci apud se: & ubi nō essent uites: dicūt ex ordeo potū docuisse exercitū in peragrādo orbe nō uirorū tantū sed mulierū duxit. Vnde bacchantes mulieres thyrsum ferunt: tēnio iunxit primus boues: unde cū cornibus fingitur habet musas & uirgines: & silenū paedagogum: qui in bello plurimum profuit armis: & pardalorū pellibus utebat in pugna & pace delicatis. Alius fuit dionysius Siciliae tyrannus uir clarissimus praeterquā regis cupiditate crudelis: cuius filius turpissimus pulsus est.

Dionis dictus est simili nomine educēs ius quos die & luce quasi uita ipsa afficeret & iuuaret. A.

Diobolares meretrices dicūtur: quae duobus obolis ducuntur. Fe. [illegible]

Dio i. caelo. nam sub dio i. sub caelo. Caelū graeci dion dicunt: & ita declinatur: hoc diū huius dii: huic dio. & hoc dium ab hoc dio: unde dialum praetorem dicit sub dio graecula tine sub Ioue: ut Hora. manet sub Ioue frigido uenator tenere cōiugis imemor: ideo autem sub dio. i. Ioue: quoniam Iuppiter graece declinatur ζεύς Διός.

Diomedea insula: i qua diomedes est sepultus excedens Italia. Fe.

Diomedis campi in Apulia appellantur q; ei i diuisione regni quam cū daunio fecit cesserunt. Festus.

Dionysius ait Orpheus uates solem dici q; eit circunferat in ambitū. Vnde cloātes ita cognominatū scribit: qa quottidiano ipetu ab oriente usq; ad occasum dié noctemq; faciédo caeli conficit cursum physica: quia solé mundi mentē esse dixerunt. Ma. de sa.

Diox genus piscis frequens in ponto. Fe.

Diphthongus. i. geminus sonus. nam phthongos sonus dicitur: ideo auté geminus sonus quia cum sint duae uocales duos sonos efficiunt: quoniam singulae suum faciunt āte us finalem e nūq; coit in diphthongum: in dictione latina a uero aliquando: ut laus: in grae. aliquando diphthongus Tydeus Orpheus. Omnis genitiuus & datiuus sing & nominatiuus & uocatiuus pluralis primae declinationis diphthongo terminatur ae nulla in ce. ae in primis syllabis: in latinis non est ante a In graecis aeas fluuius. Neq; ante. b. & c. f. h. i. k. l. p. & o In graecis oelus.

Aedes ab edo sine diph. q; in ea sacrificātes edem consueuerunt secundum Var. & S.

Aesculus etiam ab edo.

Celatum absconditū a celo sine diphthongo.

Aeditui a sacris aedibus: quas tuentur dicti.

Aeditimus uidetur ex forma dictus qua finitimus: & is dicit qui aedibus praeest. ut claustritimus q claustris ianuae praeest. Vide. A. G. inde editimor. Pom. in athellana q postq; tibi appareo atq; aeditimor i templo tuo. T.

Aedituentes pro edituos. Lucre.

Aediles. Pomponius iurisconsultus.

Aediles duo ex plaebe constituti sunt qui aedibus praeessent: i qbus omnia scita sua plaebs deferebat.

Aedilitas aedilitius: aedifico: aedificium.

Aedepol iurandi per aedem pollucis.

Aeger ab ago per antiphrasim: q; actiōe uacet uel quod acrius agit.

Aegroto aegrotus.

Aegi praeteritum. Aemulor ab amore: unde accipit primā uocalem. nam & amare significat inuidere per antiphrasim.

Aeneus ab aere. Aeneum ab aere etiam: sed diuisis syllabis: uas est quo calefit aqua gelida quod Gellius per interpositā aspirationem ahenum ut Vir. emendatum fuisse refert.

Aequus. i. iustus & planus ab aqua secundum quosdam q; aequam superficiem habere uideatur: aequo aequitas.

Aequor item ab aqua: sed quia aequam habet superficiem: ut aequora campi & ponti: & denuata ab aequo.

Aero ras: unde subaero aerarium: inde tribuni aerarii a tribuendo aere.

Aeripes ab eo quod é aer: & pes sine diphthongo. Tamen Vir. synerasi fecit. Fixerit aeripedem ceruam in. vi.

Aes ab asse uel auri similitudine: uel ab aere est terra. Aestas & aestus: & hinc deriuata ab areo a quo primum a sumunt aesculus aedo aetas & aeternus ab aeuum: unde aetas q̄si aeuitas. Aeuum ab αἰών.

Amoenus ab amando. amoena loca quae ad se amanda alliciunt. Ser. ab a & moenio. i. munio & fructum capio: quia tantum iocunda sine fructu.

Baelua uel a uastitate: uel a ualentia: uel ab alatu a principali primam uocalem traxit.

Arcera ab arca plostrum tectū undiq; tamen tum a iungendo uectabulum iunctis pecoribus. A.G.
Blæsus a blactero: imo ga græ. βλαισὸς dr.
Cæcus. i. captus oculis uel carens.
Cædo pro incido occidi. Cedo locū do cessi.
Cedo pro dic prima breui, iuue, cedo si breue parui.
Cælo pro sculpo: quidā latinū esse a κοιλον. quod significat concauū deriuari uolūt. cælum quasi sculptum. Var. a cauo.
Cælsus a cælo cælebs qui cælestem uitā ducit Vir. in buc. uel cælo dignam canimus secūdum Quintili. Cælibes quasi cælites græce κοῖτος: sunt autē qui carent uxore uel semper: uel nunc: quia saturnus uirilia Cælo Patri abscidit: inde cælibatus. Cælebs. & maritus relatiuātur Quintil.
Cœpe a capitis magnitudine.
Cœpi a capio. Cæptus & deriuata a præsenti: Cœpi a cœpio ātiquo uerbo. cæra uel a græco quis careat diphthōgo apud græcos; uel a carentia mellis.
Cæsaries a crebra cæsiōe. Cæsar a cædo: idest cæsa matris aluo & omnia a cædo.
Cætera uel ab alter: uel ἕτερος aspirant in c quidam græcam secuti ætymologiam cæterus dixerunt græce.
Clæmens a claritate mentis: uel cælinens.
Cœnum a κοινῶ inquino.
Fœcundus qui facit fructum fæx: ut ī datiuo differat a uerbo: Frægi frætus; ut ī obliquis differat a fretum ti.
Frænum a frangēdo. Ho. Item fræsus fractus: unde faba fræsa: a frendo tamen deriuatur fresus.
Fœdo quasi foras edo: nam fœda uel corporis uel animi foras eduī: unde fœdare foras dare. Vir. fœdare latebras.
Fœdus a ferio uerbo breui ut lōga esset addiderunt o ne a facio putaretur: de quo Li. primo ab urbe condita quod porcum ferirent.
Fœmina fœto as. fœmina in plurali a fœmen quod nō est in usu: pars mollior coxæ retro anterior fœmora: & fœminalia quasi fœmoralia. Vertebrum quod quotiens uiciatū est aut os quod in uertebro uoluitur fractū coxa uiciata fractaue dicitur.
Fœnus a fundo: antiqui fundo proprie prouentus ex terra, unde ad usuram quasi sicut terra fructum pecunia producat: uel a fœtu secundū Var. fœnero tibi ut mutuo. Fœnū quod sine cura fœnus præbeat.
Fœtus a fouco q̄ uinum nascitur: & fœtura p̄ animalium prouentu & fœto uerbum.
Fœta prægnans & quæ peperit.
Gæsa genus iaculi.

Græcus & omnia deriuata.
Hæc ab addita c hæ in plurali. græ. ai. hædus secundum Varro. ab edo ad differentiam in quibusdam casibus; uel a sabinis qui fœdus sine o dicebāt q̄ f in h aliquando uertimus ut fædus; hædus: fircus; hircus: uefere uehere.
Hæreo ad differentiam herus ri ro. here & æs æris hæres tamen q̄ bona alteri hæreat: hæsito: iæci a iacio.
Lætus a latitudine mentis. Var. Quā aspectu facit: quod & ad corpus in sensu carentibus transfertur & passiue lædo læsi lætamen: q̄ lætas facit segetes limus.
Mæreo a marceo: uel ad differentim mereo a mercede: & etiam milito significat.
Mereor antiquitus passiue nunc deponens
Mœstus a mœreo & moeret impersonale.
Mœtor mœnia & muri & ædificia quasi munia: ubi nos u græ. ου posuerūt: ergo pro ου: ut pœnio punio a pœna: & pœnica regna uides & Mœnis antiquitus p̄ murus. Virg. Aggeribus mœtorum obseruasse dicunt.
Næ pro utiq; de qua alibi.
Nænia a nanus quasi parua & friuola: uel ab ī ani.
Obscœnū uel ab obs & cœnū: uel ob & scœna quasi qualia fiunt in scœna.
Pægi a pago uerbo antiquo. Plæbs a plasion pluralitas; q̄ non nisi in compositione apud græcos ĩuenitur: ut palaplasion: plæbs bis. & plæbes secundum Pri.
Plærus a pleros: qđ nō ē ī usu: imo a πλήρος.
Præ a præsi græ. & oia composita præter preces preciū ī precor: non hinc ueniunt.
Præbeo trado ex præ & habeo: nam primum habet præcox fructus: uel præter morē coctus: uel ante cæteros: qdā præcoquus qua; Martialis præcoqua dixit. Præco & qsi præciso. Præcipio ex præ & capio. T.
Præda prædatū ante datiōnē possidentis: uel a pariendo quasi paridam. Var.
Prædiū a prædaq; capti agri militibus distribuebantur. Prædor prælium: q̄ humore fluenti præluatur. i. madefiat.
Præliū a prælo: quia ut inde humor uuæ: uel olei: ita ex prælio sanguis hominū funditur.
Prærlpio in meos usus capio eripio potest nō in suos: ut eripio uitam illi.
Præs a præstando fidem.
Præpucium quod membris putētibus uel pu uentibus præmineat.
Præsideo præsum quasi ad opē præstandam.
Præses a præsideo: qui post principē est & auxiliator. Præsidium principale auxilium Subsidium quod subsequitur.
Præsul primus inter salios ātiqtus a præsilio.

Præsto adsum iũgitur fere substantiuo uerbo præsto sum: præsto adsum magis poeticũ significat præsẽs sum: & præsideo & aduenio uel cõpareo. Prætor a præeũdo qsi prætor.
Pœna græcum: a quo Vir. pœnicus ea cum secundum Ser. ꝫ. pœnitet a punio.
Pomœrium quasi post mœrium. Liuius: sed pomerium non pœmœrium dicimus.
Pomariũ uero a pomis locus consitus: uel pomorum repositorium.
Pomeridianũ a post & meridie.
Quæ relatiuũ: & composita: ut quæuis quæq;
Quæro ex quæ & res: quærere enim quæ res sit. uel ad differentiã in passiuo queror. quæ so quæro.
Ræte a rapio. Rhæda.
Sæculũ a sequor uel sene: quod placuit per æ scribi qua rem productam significat.
Sædo quasi sanũ do: ut cõpositio significetur.
Sæpe aduerbium: ut a sepe differat.
Scæuus a scæuola a scæua. i. sinistra: q sinistra auspicia bona: inde scæuum omen. Var.
Tæda a græ. τα̃δα luminare. Væ interiectio ut a cõiũctione differat. Væneo: ut a uenio in secunda persona. & uenia næ differat.
Vænundo & uændo a uænũ & do. Vt sædra sedeo dæmum a decẽ: quod quasi sit numeri finis. & dæniq; a denus: sed non obseruat nisi in sæculum. Tor.
Refert Varro opinione quorũdã oĩa longa a breuibus diphthõgãda: ut sædi a sedeo: dæmũ a decẽ: quod qsi sit numeri finis & dæniq; a decẽ: sed nõ obseruat nisi ĩ sæculum.
Dipsas genus serpentis: cuius morsus hominẽ siti necat.
Diploma duplex locutio: duplex uestis & codicillus.
Discinctũ dicimus negligẽtẽ & ꝑditũ: ut Horatius. discinctus u ꝑdã nepos uel discinctũ obesũ & uenenosum luxuriã: quæ cingi nõ possit.
Dipyron & dipyrum bis combustũ: præterea erat instrumentum quo pictores utebantur ut scribit Plinius.
Dirce fons thebanus est: & thebe patria duorũ numinũ: ut scribit Pli. herculis & bacchi.
Dyrrachium urbs quæ prius dicta est epidamnus & cherronessus.
Diploma codicillus. Cicero ad Appium. diploma statim non est datum: quia mirifica est ĩ probitas in quibusdam. Est autem uocabulum græcum. Ser.
Diplomatibus consulunt solẽ ægypti. i. simulacrum solis diplomatibus consignatis. Macro. de sa.
Diptetiæ quædã nationes ouiũ capraruq; pellibus sunt uestitæ: & in gætulia & Sardinia: cuius usum apud antiquos quoq; græcos fuisse apparet q ĩ tragœdiis senes ab hac pelle uocantur dipteriæ: & in comœdiis qui i rustico opere morantur: ut apud Cecil. in hypobolima. & adolescens habet apud Ter. in heau. Senex tondetur. Var.
Dipelus frater Scyli in Creta geniti ambo primi omnium clari in marmore sculpendi ante Cyrum. Pli.
Dipsas sitis ponitur pro serpente: cuius morsus sitim inducit maximam. T.
Dirigere apud Plau. ĩuenit pro discindere. Fe.
Diritas. M. T. de sene. in altero diritas.
Dirissimum seuere. Var. ĩ bimar. Sæua quem senem latina uidit dirissimum. No.
Dirus ꝓprie ex deoꝶ ira dicit. Vir. æn. li. quæ mens tã dira miserrime cõiunx: Impulit his cingi telis. i. mens ex deoꝶ ira infusa. Ser.
Dirus magnus. Vir. li. vii. Iam tum religio pauidos terrebat agrestes dira loci. Ser.
Dirus dei ira natus. Fe.
Dirum est triste infestum quasi deoꝶ ira missum. Vir. geor. li. iii. Priusquã dira per incautum subeant cõtagia uulgus. No.
Diruntiunt depurgant. Fe.
Dirutũ ære militẽ dicebãt antiq: cui stipẽdiũ ignominiæ causa non erat datũ quod æs diruebãr in fiscũ: nõ in militis sacculum. Fe.
Dirce babylonia quæ cũ Palladi de forma cõuiciaret: & se in stagno palæstinoꝶ lauaret ĩ piscẽ uersa est: cuius filia se suspendere uolẽs in columbam uersa est. Oui. in quarto. Altera lyci thebaꝶ regis uxor relicta Antiopa a Ioue grauida in satyri formã dirce ob suspitionem eam in carcerem misit. Iuppiter sub partu eam eduxit: & in citherone peperit: q filii inde lycum interimerent & dircẽ tauro rum caudis distrahendã alligarunt: quæ ad fontẽ usq; pertractata in fontẽ sui nominis uersam fingũt poetæ: a quo dircæus aonius uel thebanus. Tor.
Dyrrachium epiri urbs prius dicta epidãnos.
Dis ditis facit dites: diues diuitis diuites. Te. ĩ adel. dis quidem est dentea. Do.
Discedere hiare diuidi distẽdi. M. T. de offi. li. iii. Hinc ille gyges iducit a Platone: q cum terra discessisset magnis quibusdã imbribus Sisen. histo. li. quarto. Armati dextera dudũ magnisq; ualetudine discedunt. N.
Distendo impleo. Vir. æne. i. & dulci distẽdũt nectare cellas. Ser.
Discere est ignotam rem meditando assequi. Luc. li. ix. Discere laborare ne res ac ratio ipsa refellat. Virg. lib. xii. Disce puer uirtutem ex me. No.
Discere tentare. Vir. li. v. Fractis discẽtem currere remis. Nonius.

Discerniculum quo discernit capillus. V.

Differt disputat. nam ut olitor differit ī areas sui cuiusq; generis res: sic ī oratore qui facit disertus dicitur. Va.

Discludere cum durare solū & discludere nerea ponto Coeperit. ferit aures nostras: hoc uerbū discludere ut nouū: sed prior. Lucre. & discludere mundū. Ma. de sa.

Dissentaneū discors & dissentiens: ut cōsentaneū cōtra Nigi. eū locū facit dissentaneū. N.

Disertiones diuisiones patrimonioꝝ inter cōsortes. Fe.

Disertus a differendo dictus. Fe.

Disertim pro diserte dixerunt antiqui. F.

Disertim dicere plane palā: Luci. autore: possumus ī ueliterna. Habui recte disertim. Plau. in stico. fuit disertim id usu prodidi. N.

Dissimulo quæ nō sunt: simulamus nota. Sa. simulator atq; dissimulator. Ser.

Diserte ex consuetudine dicit. Afra. auctore in diuor. q uult diserte pactū ac dictum.

Disiunctum est aut malū est uoluptas: aut bonum. A. G.

Disiungi & segregari differūt: proprie enī disiungi ab uxore quis dicit segregari a meretrice. Teren. in ecy. Vt hæc nunc Pamphilū ab se segregarit. Do.

Disciplinosus etiā pessima arte potest dici. Cato de re mili. Quē gladiator disciplinosum. Nonius.

Discorditas pro discordia. Pacu. in hermiona. Quantāq; ex discorditate cladem in partem familiæ. No.

Dispalare est separare. Sisen. histo. li. iii. Dispalati ab signis digressi omnes: ac dissipati. Idem Tanto plures passim dispalantur. N.

Dispensator seruus erat: qui curā habebat rei domesticæ. Pli. seruus eius nomine rotūdus dispensator. Tacitus: dispensator argius e primoribus seruis: græce appellat œconomus.

Dispēnere est expandere; tractum a pennis & uolatu auium. Plau. in milite: Vbi lubet dispēnite hominem diuersum & distendite. N.

Dispensatores dicti qui æs pensantes expendebant: non numerabant: hinc deducuntur expensa siue dispensata uel compensata. Itē cōpendium dispendium assipondium dupondium. Fest. Pom.

Dupondium est parua pecunia.

Dispendium ideo q in dispendendo solet minus fieri. Varro.

Dispensator ab ære pendendo in tabulis scribimus: expensum & prima pensio; aut secunda aut alia. Varro.

Dispicere est prouidere & mente circūspicere & tanq̄ in omnem partem lumina mentis ītendere: omniaq; discernere; a quo dispicientia dicta est. Circunspectio & prouidētia uel consideratio diligens. L.

Disertus qui probe differit: non qui deseritur

Disturbare quære in uerbo deturbare. L.

Dissuadere quære in uerbo psuadere. Lau.

Dissoluere æs alienum est restituere æs quod quis contraxit. Lau.

Discere est ut intelligas: ediscere ut memoria complectaris. Quintilianus: ne oīa quæ scripserint ediscant.

Dedisco quod didici obliuiscor.

Dedoceo te quod doctus es: ostendendo falsū esse: docens quod uerum est. Idem & quidē prius ac difficilius opus deducendi q̄ docendi. Lau.

Disiunctiuum est ueluti cū dicimus. Aut dies aut nox est: quoꝝ posito altero necesse ē tolli alteꝝ. Idem sublato altero poni alteꝝ: ita simili figuratione: unum potest esse subdisiunctiuum. Subdisiunctiuoꝝ autem genera sunt duo: unum cum ex propositis finibus ita nō potest utrūq; esse: ut possit neutꝝ esse: ueluti cum dicimus: aut sedet: aut ambulat: nam ut nemo potest utrūq; simul facere: ita aliqs potest neutrum esse: ueluti cū dicimus. Omne animal: aut facit: aut patit nullū est: quod nec faciat nec patiat; at potest simul & facere & pati. Proculus de uer. sig.

Discus est genus ludi: antiqui dicebāt certi pōderis discum quo iuuenes ī angone contēdebāt fortior uindicandus: qui cum ultra desi gnati spacii proiecisset: ita & missilibus certabant. Ho. li. car. Sæpe disco sæpe trans finē iaculo nobilis expedito. Acron.

Discinctus dissolutus. Hor. ali. car. Discinctus ut perdam nepos. Acron.

Discinctus dissolutus. Persius. Non pudet ad mortem discincti uiuere nactæ.

Dis: hic & hæc dis huius ditis: unde hi hæ dites & hæc ditia: cuius nominatiuū singularē in usu non inueni: debet tamen secūdū analogiam hoc dite esse: nam ī his finiri neutrū potest. Luca. Non illic libycæ posuerunt ditia gentes templa. Pri.

Dispesco dispescui qualiter ponit Apuleius in lib. qui est de deo. Socratis cum etiā habitacula summa ab infimis tanta intercapedine fastigii dispescant pro distent. Pri.

Discordia est discrepatio aliquoꝝ: quos amoris uinculum colligauit.

Dis pro ualde: ut discedet.

Discus uas latum ad portandas carnes aptum ut ostendit Iulius pollux forte lanx: ad cuius similitudinem lapis: quo antiqui corpora exercebant: discus uocabatur.

Dysenteria intestinoꝝ exulceratio: dys in cōpositione semper malum. T.

Dysphilus quasi malus amicus ficticiũ nomẽ. Iuue. protogenes aliquis uel dysphilus.

Discolus malus perniciosus χολὴ bilis. T.

Dispondæus per quattuor longas.

Distichus geminus uersus. T.

Discernere est inter duas partes: cernere uero inter multas.

Dispescere ẽ ꝓprie pecus a pastore deducere & cõpescere una pascere. & in uno loco cõtinere. Festus.

Dispicere diligenter inquirere dicimus. S.

Disputatio & cõputatio ex præpositione putã di: quod ualet purũ facere. Ideo antiqui purꝫ putum appellauerunt. V.

Disputare is sermo in quo pura disponũt uerba ne sit confusus: atq; ut diluceat dicit̃ disputare: quod dicimus disserere. Var.

Dispulchrare est dissoluere. Neuius in gymnastico Saxa syluas lapides montes disiicis dispulchras Nonius.

Disquãmat squãmis expoliat. Plau. i aulu. Dromo disquãma pisces tu machærio congrũ. Murænã exdorsua q̃rũ potes. Lucil. sa. li. vii. Subulor disquãmor punicor ornor expulor pingor. N.

Discrimẽ periculũ. Vir. æne. i. per tot discrimina rerum tendimus in latium. N.

Discrimẽ diuisio sepatio. Ci. de finibus bonorũ & malorum. Homo & acutus & diligens chrysippus nõ cõtẽnit: totũq; discrimẽ sũmi boni i ea reꝝ cõparatione positũ putat. N.

Discrimẽ separatio: a discernẽdo: unde discerniculũ dicit̃ acus: quæ capillos a media frõte disseparat. Salu. histo. li. i. Sertorius fortis turba morãtibus: & nullo i terrore solet generis & iperii discrimie p calonũ corpora ad mediũ q̃si deinsup astantiũ manibus in murũ attollit̃. Vir. æne. li. i. Tros tyriusq; mihi nullo discrimie aget̃. M. T. in phi. li. iii. hetruriam discriminat Cassius Luci. li. xxx. & amabat oẽs nã ut discrimẽ nõ facit neq; signat linea alba. Nonius.

Discrimen certamen. Vir. li. v. Post hos æquo discrimine pistris. Centaurosq; locum tẽdũt superare priorem. N.

Discriminare diuidere: unde & discrimen capitis mulieribus dicitur. Virg. in. xii. Lucet uia longo ordine flãmaꝝ. & latos discriminat agros. Ser.

Discrimen differentia. Vir. in. x. At nunc dura dedit nobis discrimina Pallas. S.

Discrimen interstitium spaciũ distantia. Vir. li. x. Sed certior auctor aduolat: æneæ tenui discrimine læti esse suos. S.

Discrimen pro interuallo. Virgil. æne. iii. Inter utrãq; uiam læti discrimine paruo. S.

Distrahere est uendere. Lucil. li. xxx. Diuidant discernant distrahant. No.

Distrahere separare. Teren. i phor. Quod si eo meæ fortunæ redeunt phaniũ ut abs te abstrahat M. T. in phi. li. ii quod primum hæc natura cohærẽtia opĩone distraxissent. Var. de uita pa. li. ii.

Distractione ciuium elãguescit proprium bonum ciuitatis: atq; ægrotare incipit & consenescere. N.

Distrahere est diuidere diffundere. Virg. libro sexto. Turbatis distractus equis. Varro de uita patrum libro primo. Metium suffectum propter perfidiam interemit pene imperiosus: quia humanus. nam equis ad circulũ ex utraq; deligatis distraxit. N.

Discrepuit ꝓ discrepauit. Ci. de ora. Nihil sane ad rẽ pertinet: si qua in re discrepuit ab Antonii diuisione. N.

Distisum pertisum: quod nũc distesum & pertesum. F.

Distineo arceo repello extraho. Vir. xi. Dũ distinet hostem agger murorum: neq; inundãt sanguine fossæ. Ser.

Distorquere illi os dicimus: quẽ nã pulchrum deturpamus. Ter. i eunu. Ah illud uide os ut sibi distorsit carnifex. Do.

Distribuere in diuersa tribuere. Ter. in adel. Id distributum sane est ex sententia Do.

Dithyrambus quem græci ferant primũ effecisse & docuisse.

Ditrochæus ex duobus trochæis. Te.

Dithyrambus uir thespius. a quo genus illud uersuum. T.

Diuaricari distẽdi dictum est ab his qui uitio naturæ ita sunt pedibus discretis: ut eos i diuersum habeãt separatos. M. T. de signis. Sepatrum hominem summum ac domi nobilem summo magistratu præditum diuaricari ac deligari iubet. No.

Diuerticulũ est ubi iter de uia flectitur: & ꝓprie quia diuerticula dicuntur in uia domicilia: ad quæ de itinere diuertendũ sit. Te. in hea. ubi ad ipsũ uenio diuerticulũ cõstiti. D.

Diues a diuo qui ut deus nihil indigere uidet̃ Varro.

Diuersoria dicta sunt hospitia a diuertendo. Ci. de orato. li. ii. Qui escam in Cæsaris sermone quasi ĩ aliquo opportuno diuersorio. Nonius. Mar.

Diuidicula antiqui dicebant: quæ nũc sunt castella ex quibus a riuo cõmuni aquã quisq; in suum fundum ducit. Fe.

Diuidicam discordiam Fe.

Diuidiũ a diuisione ad dimensionem dicimus Ter. i adel. Diuidium face. i. diuide. No.

Diuitant pro diuites faciunt. Acti. in astyanact e. Nihil credo auguribus qui aures uerbis

diuitant alienas:fuas ut auro locupletent do mos. Turp.in transilione. Dii me diuitant. Nonius.

Diuidos separatos. Acti.in andro.Nosq; ut se- orsum diuidos læto offeres.No.

Diuidia est tedium. Acti.in armorum iudicio Huius me diuidia coegit plusquam est par loqui. Turp.in epi.Sperabam consilia uestra diuidiæ ubi cum ætas accessit non fore.No nius Mar.

Diuitior. Cicero de oratore libro quarto:Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambos. Nonius.

Diuidiæ ut dissensiones. Actius in phœnissis. Ne horum diuidiæ & discordiæ dissipent & disturbent tãtas ac optumas ciuium diuitias. Nonius.

Diuidiana appellata diana,V.

Diuisores omnium tribuumquos Plau.magi stros curiarum in aul.uocat his uerbis.Nam noster nostræ qui est magister curiæ diuide re argentum,legitimos habent oẽs tribus di uisores suos.Asco.

Diuerticula in uia domicilia ad quæ itinere di uertimur. Liui.libro primo. Cum gladii a b- diti ex omnibus diuerticuli locis protrahe- rentur:inde diuersoria: ut idem: in diuerso- rium eius uim magnam gladiorũ inferri clã sineret.

Diuortium uel a diuersitate mẽtium dictum estuel qua in diuersas partes eum qui distra hunt matrimonio.

Diuinatio Asconius Pedianus putat diuinatio nem dici quod in iurati iudices in hac causa sedeant:& quod uelint præsenti de utroque possint alii q; res agatur sine testibus & sine tabulis:& his remotis argumenta sola sequã tur:ut iudices quasi diuinent: de hac ne lege Aulum Gellium & Fortunatianum & noris alia.

Diuortium est iterum omnium separatio.Ci.i orato.li.iii.Sic e cõmunis sapientiæ iugo sũt doctrinæ facta diuortia.No.

Diuortia non tantum coniugii distractionem sed etiam omnium inflexiones: quæ a recto detorquentur. Virg.in.viii.Obiciũt equites sese ad diuortia nota.N.

Diuortium ex eo dictum est quod in diuersas partes eunt qui discedũt nõ recte enim spon sa diuertisse dicitur.Ser.

Dius generosus a loue uel deo ortus.T.

Diuortii morte captiuitate uel alia contingen te seruitute utriusq; eorũ dirimit matrimo- nium.Pau.de diuor.

Diuortium uel a diuersitate mẽtium dictum estuel quia in diuersas partes eunt q distra- hunt matrimonium.In repudiis autem.i.re- nũciatione sunt hæc uerba. Tuas res tibi ha- beto.Item hæc tuas res tibi agito.In sponsa- libus quoq; discutiendis placuit renunciatio nem interuenire oportere:in qua re hæc uer ba comprobata sunt:conditione tua nõ utar Pau.de diuor.

Diuortium inter uirum & uxorem fieri dicit repudium uero sponsæ imitti uidetur quod & in uxoris personam nõ absurde cadit.Mo desti.de uer.signi.

Diuornium inter & repudium hoc interest: q repudiari etiam futurum matrimonium po test:non autem recte sponsa diuertisse dicit q diuortiũ ex eo dictũ est: quod in diuersas partes eunt qui discedũt.Pau.de diuor.

Diuinitus ex dei mente factũ: diuine uero cũ laudamus.

Dyobolares dicũt uilissimæ meretrices : quæ sub diuo paruo stipẽdio ꝓstant.sicut Parma nus ait,dyobolare ꝓstibulũ quæ ego ad tu- tũ ut dicentẽ percitã cedã.Na & Pacu.ait.Si- militer nõ ego ita fui ut nũc sunt meretrices dyobolares:quæ sua corpora nũmi causa per ua perdũt alii a duobus obolis ducunt.

Diuorna diuerticula sunt se uitæ transuersæ: quæ sunt alteræ uiæ militares. Virg.lib.viii. Obiciunt equites sese ad diuortia nota: hic atq; hinc. Ter.i eu.ubi ad ipsum uenit diuer ticulum.Ser.

Diuos uocamus ex hominibus factos quasi q dem obierunt:unde & diuos Imperatores di cimus.Lege supra deos Ser.

Dium antiqui ex græco appellabant a deo or- tum & diurnum sub cælo lumẽ ʒευσ Διοϛ unde adhuc sub diuo fieri dicimus quod nõ fit sub tecto:& interdiu cui contrarium est i ternoctu. Fe.

Dium fulgur appellabãt diurnum: quod puta bant louis & nocturnũ summanũ. Fe.Pom.

Diu pro die.unde & interdiu dicitur. Titin in fullonibus. Nec noctu nec diu licet fulloni- bus quiescant.Plau.i mercatore. Noctuq; & diu ut uiro subdola sis.Idem i aulu,Nec no- ctu nec diu quietus unq̃ eam nunc dormiã. Nonius.

Dius generosus. Vir.i xi. Quas ipsa decus sibi dia camilla,græce est απο τοῦ Διοσ.S.

Dius fidius:unde & eius perforatum tectũ: ut & uideatur diuum.i.cælum.Quidam negã sub tecto per hũc deierare oportere dius.di- uus fidius licebat dios hyios filius : & græci dioscuron castorẽ:& putabant hunc esse san ctum a sabina lingua & herculẽ a græca. Idẽ hic diespiter dicitur ĩfimus q est cõiunctus terræ.ubi oia oriuntur quorum quod finis ortus dictus. Varro.

Diuus unde & sub diuo,Varro.

Diuum quod sub cælo est extra tectum ab Ioue dicebatur: ut dialis flamen: & dius heroũ aliquis ab Ioue genus ducens.

Diuini: sicut ab uno uni: a tribus trini: a quater quatrini: sic a duobus diuni nõ dicimus: sed bini. Varro.

Diurnare hæc maxime uersat̃: deorum iniquitas q; deteriores sunt incolumiores: neq; optimum quẽq; inter suos sinunt diurnare insitate dixit. C. Lepa. pro diu uiuere; sed ex ea figura est qua dicimus perennare. A.G.

Diurnare honestum uerbum pro diu uiuere: ut apud ueterem prudentem auctoritatis incognitæ: neque optimum quenq; inter suos sinunt diurnare. N.

Do a do quoque composita ex monosyllabis præpositionibus tertiæ sunt coniugationis: ut addo is. reddo is. prodo is. nam circundo circundas facit: & circum disyllabum est: & magis aduerbiũ: & hoc solũmodo uerbũ primæ coniugationis a penultima in præsenti: & præterito cæterisque deductis corripit ut damus datis dant: dabam dabo dare datus & daturus: & quæ ex hoc solent fieri; ut dabamini. da enim ubiq; ante finẽ corripit̃ i hoc uerbo simplici. Pri.

Do fidem est aliquid caute promittere. T. gratidaq; facta dat fidem uxorem sibi fore hác: Habere fidem est alteri credere. Quin fidem habetis hominibus quos mentiri alius affirmat apertius apud Ciceronem. Neq; dedi neque do infideli fidem cuiquá. i. noo promitto ex animo. Lau.

Do tibi litteras tanq̃ tabellario. Do ad te litteras. s. ad te perferendas. Iungunt interdum ut dicamus. dedi illi ad te litteras eius qui perfert est reddere: sicut eius ad quem datur accipere. Lau.

Do das. i. dico. Vir. in buc. Sed tamen iste deus quis sit da tytyre nobis.

Doceo a dico declinatũ: uel q̧ cũ docemus dicimus: uel qui cũ docentur inducantur in id quod docentur. V.

Doceo significat disciplinam uel quenpiá magisterio dare. Vir. æneı. lib. v. Docuit post exitus ingens. No.

Docere dicere. Lucil. lib. xxviii. At non sunt similes neq; dant quid sit dare uellẽt. Accipis ne doce. No.

Documenta a doceo: quod principio abdico: quæ exempla docendi causa dicunt̃. V.

Docus tignum uel trabes. T.

Docibilis est qui ad patientiam discendi est leuis ac mitis. i. docilis: quæ idem sũt sicut exitialis & exitiabilis; rationale & rationabile: quod superlatiuum format, docillimus: sicut facilis facillimus. Lau.

Docti & periti differentia ea constat: ut sit doctus qui rationẽ rei tantũ nouit. Peritus autem qui & cũ ratione experientiá & cõsuetudinem teneat nouit dictus: ita a πο Τῆς πει ρεσ. i. experiẽtia. Itaq; minus est doctus q̃ peritus: quod & T. ostendit de offi. li. iii. Itaque cum sint docti a peritis desistunt facile a sententia. Ser.

Doctum & peritum simile cum uideat̃ a Tullio discretum est: ut sit peritũ plusquá doctũ of. li. iii. Itaq; cum sint docti a peritis desistũt facile a sententia. N.

Dodrans nouẽ continet uncias ab axe. Pli. lucere dodrãtis semũcias horaq; ab semũcia ad trientem usq; ad plenum orbem.

Dodonæi Iouis templũ in Epiro & fons: ideo sacer quod cum sit frigidus: & immersas faces: sicut cæteri extinguat: ubi sine igne procul admouent̃ accendit: at cum littora legũtur a promontorio sepiade per demetriá & balon & ptheleon & ethmon ad Pegaseum sinum cursus est. Ille urbem pegasam amplexus amnem sperchiõ accipit: & quia minyæ colchida petentes: inde argo nauem soluere memorantur ab eo ad summũ tendentibus: illa prænauiganda maliacus & opuntius grádes sinus. Pom.

Dodona epiri oppidum cũ nemore propiquo glandibus abundans: ex cuius quercubus fiebant uasa. Vir. dodonasq; lebetas. T.

Dolon Eumedis præconis filius explorator Troianorum. T.

Dolopes populi thessaliæ in extrema phthiæ ora. Soli. Pli. dicit ætoliæ populos.

Dolum malum Seruius quidem ita diffiniuit: machinationem quandam alterius decipiendi causa: cum aliud simulatur & aliud agitur Labeo autem posse etiam sine simulatiõe id agi: ut quis circũueniatur: posse & sine dolo malo aliud agi & aliud simulari: sicuti faciũt q huiusmodi simulationes deprimũt & tuẽtur uel sua uel aliena. Itaq; sic ipse diffinit dolum malum esse omnem calliditatem: fallaciam machinationem ad circũueniendũ: fallendum: decipiendumue alterum adhibitũ. La. diffinitio uera est non fuit autem contẽtus prætor dolum dicere: sed adiecit malum quoniam ueteres etiam dolũ bonũ dicebãt: &. pro solertia hoc nomen accipiebant: maxime si aduersus hostem latronemue qs machinatur. Vl. de dolo malo.

Dolus malus cui rei affuerit: hæc uerba generaliter cõpræhendunt omnẽ dolũ malũ quicunq; in hac re admissus est; de qua stipulatio imposita est. Vl. de uer.

Dolentia: Neuius ꝓ dolore dolentiam posuit Aulus. G.

Dolia uasa grandia quibus uinum reconditur Var. i cume. de matule: dolia atq; apothecas triclinares. No.

Doli uocabulum nunc tantum in malis apud antiquos etiam in bonis rebus utebatur: unde adhuc dicimus sine dolo malo: nimirum quia solebat dici bonus. Fe.

Doliola locus in urbe doliola ad cloacā maximā: ubi nō licet despuere. a doliolis sub terra duæ eorum traditæ historiæ q alii inesse aiūt ossa cadauerum: alii Numæ Pompilii religiosa quædam post mortem eius infossa. V.

Dolere plus est q̄ ægre esse. Teren. in phor. alii quia desint: quod amēt ægre est tibi quia superest dolet. Do.

Dolus malus: dolus a dolendo dictus .i. a dolēdo & imminuendo: nam & græ. Δῦ λέω dicit ledo: & dolon etiā ē quædā ars bellica & dolare lignū est fabri .i. ascia cedere additio mala est: quia sic. xii. tabulis a ueteribus scriptū est: aut epitheton doli perpetuum est. Terentius in eun. Iam erat suspitio dolo malo hæc fieri omnia. Cic. de offi. Nondum lex lata de dolo malo. Do.

Doliola locus in urbe sic uocatus: quia iuadētibus gallis senonibus urbem instituerūt sacra eodem loco doliolis ne despuere alicui licebat. Fe.

Dolones flagella sunt inter quorum uirgā latēt pugiones: aut secundum Var. ingens contus ferro breuissimo. dolones autem a fallendo dicti q decipiant ferro cum speciem præferant ligni. Vir. in. vii. Sæuosq; gerunt in bella dolones S.

Dolitū q dolatū usu dicit: quod est pcæsum uel abrasū uel effesum. Var. in aga nunq cælatus in manu dextera scyphus cælo dolitus artem ostentat mētoris. Cic. dolatum acade. libr. iii. Non enim est e saxo aut cultus e robore dolatus. No.

Dolobella quasi parua dolabra: a dolobrādo. Cass.

Dolobellas: scire nos oporter duos eodē tēpore fuisse & prænomine & noīe & cognomīe Dolobellas. horum igitur alter Dolobellā cæsar accusauit & dānauit: alterum. M. scaurus. & accusauit & damnauit. Asco.

Domare a græco. Δαμάζω. Var.

Domuis pro domus. Var. in thaphemnippo. Porrexit in interiores partes domuis. N.

Domini etiam mulierum amatores. No.

Dominus maritus. Vir. æne. iii. Cōnubia nostra reppulit ac dominū æneā in regna recepit.

Dominus dicit cui seruit. Virg. æne. i. Romanos rerum dominos gentēq; togatam. No.

Dominus rursū appellat cōuiuii exhibitor: unde & domina cōuiuii. Lu. sa. li. vii. Qui te bōis Iuppiter inqt eras fortitū eū cœnabat q cænebat dominū fortē. Idē li. xiii. Prim. i domini atq; sodalicia oīa rollāt. Tur. in philo. Forte eo die meretricis ad me de leuitate atticæ ut cū uenerat qdē dixerat: quæ cœnā apud me thais atq; dortiū Antiphila Pythias: ego extra cubui domina. Var. i paphia papæ. dominū cōuiuii unū aliud ne qd laudato. Sal. histo. li. iii. Alter scribā & cœnas: iero medius inter Tarquiniū & dominū ppernam. M. T. in uer. Fruměntaria ac sua argēto dominos nostros. Var. i eume Discūbimus musati dominus mādere natura cōmittit. No.

Domini appellatione continentur qui habent proprietatem: & si usufructus alienus sit domini appellatione pro parte dominū contineri dicendum est: domini appellatione etiā filiifamilias: cæteriq; liberi qui in potestate sunt continentur. Papinianus.

Domini appellatione fructuarius continētur. Pau. de bo. aucto. iudi. pos.

Domus & iugerum ab antiquis aliter declinabatur q̄ hodie declinamus. Nam domus quartæ erat declinationis: iugerum tertiæ q̄ rūliber enim i monumentis ueterum legimus domu Seruius super Donatum.

Domus appellatione habitationē quoq; significari palam est. Papi. de adul.

Domus familia. Virg. in. v. Se gestusq; domus tenet a quo. Sergia nomen hic domus æneæ totis dominabitur horis. Ser.

Domus consuetudo hominum tantum habitacula dici putant. cum autoritas & templū & nidos domos dixerit. Virg in. vi. Hostia iā que domus patuere ingentia centum sponte sua. No.

Domus pro familia. Virg. æn. secūdo. Nos cōtra effuli lachrymis coniunxq; creusa. Ascaniusq; omnis domus. Ser.

Domus genitiuo domi dicebāt antiqui. Plau. Quāq domi cupio operiar tamen Teren. in eunu. Sanga ita ut fortes decet milites domi focīq; fac uicissim. ut memineris. Do.

Domus familia. Vir. geor. iiii. Multosq; per annos stat fortuna domus. S.

Domus græcū. & ideo ē ædibus sacris āte cellā: ubi sedes dei sūt: græci dicūt ædis pro domus qđ ab aditu: qđ plana sede adibāt. Var.

Domus huius mi. & domus huius mus. Ter. i eu. Domi focīq; fac uicissim ut memineris. Vir. in sexto. Hic labor ille domus & inextricabilis error. Pri.

Domus necnon a domo harum domorum & domuū & his bus: necnon etiam domus iuuenal. i primo. Viscera magnarum domuū dominiq; futuri. Virgil. in primo æneidos. Dardanidæ contra turres: ac tecta domorum

culmina conuellunt. Idem in secundo geor. Domibus cedrumq; cupressosq;. Sal. in cati. Domos suas genera decorabant. Te. i eunu. Domi focoq; fac uicissim: ut tuemineris. Virgilius in sexto. Hic labor ille domus & inextricabilis error. Per omnes igitur casus tam secūdæ q̄ quartæ inuenitur: absq; datiuo & ablatiuo pluraliq; semper i bus exeunt. P.

Domus mi quod seruat locū: & domus genitiuum format: quod significat corpus ipsū: ut domi maneo: & in domo dicimus. & partem domus demolitus sum. domus quoq; ꝓ familia hanc domum ab hac domo: dicimus reuertor domum: uel ad domum: Exeo domo: uel e domo. Domi uero iungitur cū his ꝓnominibus: meæ tuæ: suæ: nostræ: uestræ: & uno nomine alienæ: ut uiuo domi meæ: ideo domi non aduerbiascit: quia accipit adiectiua hæc dumtaxat. Lau.

Domutionem. Pa. i her. Nam solus daraps hic domutionem dedit. Luci. xxvii. domutionis cupidi imperium regis pene inminuimus.

Dona consuetudine hæc habētur: quæ aut ꝓpiciādis diis danē: aut hominibus ꝓ benefactis reddūtur: sed auctoritate pro ultione positum lectum est. Vir. in buc. aut ut mutatos terei narrauerat artus. Quas illi philomena dapes: quæ dona pararit. No.

Donaria loca sunt ubi dona reponuntur deorum: interdum pro templis abusiue. Virgil. geor. iii. Et uiris iparibus ductus alta ad donaria currus. S.

Donaticæ coronæ dictæ: q; his uictores in ludis donabantur: quæ postea magnificentiæ causa institutæ sint super modum aptarū capitibus quali amplitudine fiunt: cū lares ornantur. F.

Donarium locus ubi ponuntur oblata. S.

Donatio dictā a dono: quasi doni datio. P. de do.

Donationis uerbum simpliciter loquēdo oēs donationes cōpræhēdisse uidetur: siue mortis causa. siue non mortis causa fuerint. Vlp. de uer. sig.

Donum genus est. Labeo ait a donando dictū Munus speciem. Nam munus est donum cū causa: utputa nataliū nuptiarum. Vl. de uer. signi.

Donec in c primitiua inueniūtur aduerbia. sic q; etiam donicum antiqui dicebant. Plau. in captiuis. ausculi a tū scies ego me amitti donicum hic redierit. Pri.

Donec quære in tantisper. Lau.

Dono tibi munus nomum est: dono te munere plærūq; præmii gratia admirationis beniuolentiæ uel misericordiæ. Cice. pro archia. Sylla cum gallos & hispanos ciuitate donasset: uidelicet in præmium admiratione ingenii. Laurentius.

Donum præmium munus differunt. Donum enim præmium est: & munus præmium: sed donum præmiū diis datur: munus præmiū hominibus: & separatum donum deorū est: præmium uirorum fortium: munus hominum: & donum munusq; tam ante factum: q̄ post factum datur: præmium nō nisi post factum: donum uoluntarium est: præmium debetur. Ter. in eu. Si effeceris quod uis: donum dixit: ut a largo homine: præmiū ut ex facinore. Do.

Dono & condono ablatiuo casui iungebāt ueteres: condono accusatiuo. Terentius in eu. Habeo alia item multa quæ nunc condonabuntur. Idem in phor. Argentum quod habes condonamus te. Do.

Donum ex græco: quod illi Δωρον uocāt. F.

Dodrans dempto quadrante de uncia. V.

Dory oppidum ponticum: apud nos lanceam significat. Tor.

Dorcades contra eosdem æthiopes minores insulæ sunt domus. ut aiunt: aliquando gorgonum: ipsæ terræ promontorio: cui hespericeras nomen est finiuntur: inde incipit frōs illa quæ in occidentem uergens mari atlantico abluitur: prima eius æthiopes tenēt mediam nulli. nam aut exusta sunt: aut harenis obducta: aut infesta serpentibus. Exustis insulæ appositæ sunt: q̄s hesperidas tenuisse memoratur. Pom.

Doryophorus polycletus affinxit: quā statuā sibi magistrā ait fuisse lysippus. Pli. li. xxxiiii. Polycletus sycionius doryphorum uirilē puerum fecit: ideo dixit illum: quia hoc quoq; nomine uocatus est ille notatus: de quo Suetonius ait cōstitetur a doryphoro liberto uti etiam fuit ipse sporus ita ipse denupsit.

Dorici dorienses Altemene duce in Creta uenerunt per tempora troiana. & contenderūt x. urbes tertiū genus hominum fuit qui cretam habitarunt: unde cretenses dorici.

Doryphorus stipator satelles: & proprium nomen uiri: de quo Quinti.

Doryclus filius nothus priami ab Aiace interemptus: a Δορῦ & κλέος. T.

Doriscus urbs littoralis thraciæ contra samothraciam: a dori nympha id mare cognominatum: & ibi magnus campus ubi xerxes cōnumerare noluit exercitum suum: unde Pli. dicit doriscum decies centies. M. hominum capacem. T.

Dorus Neptūni filius: unde dori originem ducunt. Ser. ii. æner.

Doris oceani filia ex tethy: quam Nereo fratri uxorem dedit; ex qua magnus nympharum

numerus: quæ amaritudo íterpretatur: quæ nereum. i. mare a νηρος aqua sequitur: unde pro mari. Vir. T.

Doria & dorica nomina eiusdé partis Achaiæ propinquæ Athenis: plato dori pro achiuis propter doricum: a quo exules restituti sunt Ser. a doro neptúni filio ex doria colonia in Asia iuxta æoliam: ubi apud Lyndos elydos Camiros. Cos: Cnidos. T.

Dories populi doricæ iuxta æoliam. T.

Dorodoche filia orsilochi uxor Icarii.

Dorices populi ionum. Hero.

Drocoon pegasi filius: Aeneæ socius: ab Agaménone interemptus. T.

Dortium uel dorcium nomen fœminæ diminutiuum adulationis amatoriæ gratia a Δωρον quasi dulce & amabile donum. T.

Dorsum neutra quoq; quædam etiam solent antiqui masc gen. proferre: uel econtrario: ut hic & hæc & hoc guttur: murmur: globus: quod etiam hoc glomus dicitur huius glomeris: hic fretus: etiam & dorsum huius fretus p dorsus: pro fretú freti: & dorsum dorsi. Pri.

Dormitorium locus ubi dormitur. Lau.

Dorsa & terga hominum non alioꝝ animantium consuetudo putat: cum etiam equarú dici possit. Vir. geor. ii. Vndiq; iam tergo ferratas sustinet orbes. Et. i. æne. Dorsum imane mari summo. No.

Dorsum dicitur quod pars ea corporis deuexa sit deorsum. Fe.

Dorsum est durior harena: quæ remeantibus fluctibus & euntibus densetur: & in modú saxi durescat: q a nautis puluinus uocatur. Vir. an. x. Nanq; inflicta uadis dorso dum péderet iniquo. Ser.

Dormitio. Var. sexagesi. O stulta nostri corporis dormitio uigilabis. & alio loco idé. Quid mihi somnus si dormitio tollitur. No.

Dotatú non a dote dicit: sed ab omni qualibet copia. Ci. de ora. in primo. Autor est cuius artem cú indotatá uideris: & incomutatá: & incomptam uerbotum etiam dote locupletasti & ornasti. No.

Dotes prædioꝝ: quæ græ. uocabulo eutychi appellant: cú nõ instructa legantur legatario non præstant. Vl. de instru.

Doté manifestú est ex græ. esse. Ná Διδωναι dicitur apud eos dare. Fe.

Dos est cú dat & accipit: nisi enim acciperet dos non esset. & datione & acceptatione firmatur. nec potest uideri dictum id quod nõ sit acceptum. Ter. í an. Dos Pamphile est decem talenta accipio: nisi accipio dixisset dos non esset. Do.

Draco de quo plura Pli. octauo. Et eodé teste palmes emeritus pluribus induratus annis a tortuositatum similitudíe puto: quia dracæna fœmina.

Drachma quidá dragma ex. xviii. siliquis. i. tribus scrupulis constat: & drachmon secundú Iulium pollucem athenis numisma: quod etiam bos dicebatur: quia boue signatus: ut í legibus draconis cõperisse dicit: & fortasse ita sensit Home. vi. Qui taxat arma Diomedis nouem bobus glaucis centum taléta cú ea permutarent.

Drepanum urbs Siciliæ prope erycem monté dicta: uel a curuitate littoris: uel a falce a Saturno illic post abscissa uirilia cælo patri piecta: ubi nata est uenus. Quidam dicunt Iouem saturno abscidisse uirilia. T.

Dresus Troianus ab Eurialo in bello interfectus. T.

Dryadem quæ nunq̃ nubere solet ductam fuisse in uxorem a Fauno dea syluaꝝ.

Dryades nymphæ a quercubus: q a syluas habitare dicuntur.

Dryas thessalus amicus nestoris. T.

Drylon flu. dalmatiæ a scardo monte secúdú Ptolemæum per mysiá in Danubiú fluit. T.

Drymæ achiuoꝝ colonia. T.

Driopis prouicia a rege: quæ primo attica postea helles dicta.

Dryopes populi iuxta Parnasum apollinẽ maxime uenerantes: quos Vibius phocenses dixit. Vir. cretesq; dryopesq;. T.

Druidæ religiosi Gallorum a quercubus dicti quia in syluis habitabát diuini & humani iuris peritissimi: ideo semnotheos appellaros idest castos & uenerabiles propter imanitatem ab augusto interdicta a Claudio pœnitus deleta. T.

Dromos cursus & pro loco. Sueto. Dromorú decurrit. T.

Druidas Galli habebant magistros sapientiæ: hi terræ mundiq; magnitudinem & formá motus cæli & syderum: ac quid dii uelint scire psitentur: docent multa nobilissimos géris clam & diu uicenis annis in specu: aut in abditis saltibus unum ex iis quæ præcipiút: in uulgus effluxit: uidelicet ut forent ad bella meliores æternas esse animas: uitamq; alteram ad manes. Itaq; cum mortuos cremát ac defodiunt: apta uiuentibus olim negociorum ratio etiá & exactio crediti deferebant ad inferos: erátq; qui se in rogos suoꝝ uelut una uicturi libenter ínmitterent regio quam incolunt omnis comata gallia. Pom.

Dubis fluuius est: quem ex alpibus defluenté arar assumit: portatq; rhodanum. S.

Dubenos apud antiquos dicebat qui núc dominus. Festus.

Dubiat dubitat Fe.

Dubio potiusquã difficili intellectu uates potuit Mantuanus: Sed misera ante diem subitoq; accensa furore. Cum huic sententiæ aduersetur uersus eius cum opinione sententiæ plurimoꝝ. Fortuna omnipotens & ineuitabile fatum uerum sensibilitatis eius nõ leuis ratio est: quæ prima sententia philosophica accipit intellectum: quæ ait. Sui cuiq; mores fingunt. Oĩpotens fortuna esse definit: quod Salustius. Mire fortuna simul cum moribus immutatur: ac per hoc ex ea similitudine iã fatum ineuitabile esse non poterit: quod ex una causa fieri uideatur & ut fatum: potest etiatu fatum morum mutabilitate conuerti: ut ex his moribus: aut celere: aut tardũ: aut bonum fiat: aut pessimum. Accensa enim furore dido amoris iniqua uiolentia: ut ipse ait Omnia uincit amor. Ante diem uidetur occidere quod etiam Homeri huiusmodi est: quem Virg noster omni æmulatione sectat ultra decretum. Quod si admittitur ut ulterius protendatur id ex moribus factum est: quod significat admittere. Poteris etiam de moribus properatam celeritaté ut intra dié possit admitti qué recipit: ut Home. ait: magnitudinem ultra uim fati Ma.

Duæ negatiuæ unam consentiuã faciunt: tres negatiuæ pro una negatiua accipiuntur: ut apud Teren. ĩ an. Neq; tu tibi dicas haud nõ prædictum. Sa. Haud ĩpune neq; multis occiditur. Do.

Dubitatim dubitanter. Cecil. ãna. li. iii. Imperator conclamat de medio uelitares in sinistro cornu remoueantur gallos non dubitatim ĩmittant. Sisen. histo. li. iii. quod hostem non dubitatim cũ pluteis ac scalis iter facere cernebat. Nonius.

Ducere pati. Virg. ænet. lib. iiii Nate dea potes sub hoc casu ducere somnos. N.

Ducere nudare exercere Virgilius libro. xii. Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hosté Ibat: & auxiliũ ducto mucrone petebat. No.

Ducere excitare. Marcus Tullius in uer. actio. secunda q̃ si quem statuæ magnopere delectant. si quis earum honore aut gloria ducitur. No.

Ducere consuetudine: quam significantiã habeat declarat Vir. li. xii. Ducitur ĩfœlix æuo confectus alethes. & multa talia. No.

Ducere illicere. M. Tul. de offi. libro. ii. Postremo precio aut mercede ducuntur. Et de senectute. Sic adolescentes senum præceptis gaudent. quibus ad uirtutum studia ducuntur. Nonius.

Ducere struere erigere. Virg. lib. i. Pars ducere muros: moliriq; arcem. No.

Ducere existimare iudicare. Var. sexagesi. Auidus iudex reum ducebat esse cogẽdum hoc modo. Vir. li. i. Tanto me crimine dignũ duxisti. M. T. in uer. Clarissimi uiri nostræ ciuitatis temporibus optimis: hoc sibi amplissimum pulcherrimumq; ducebãt. Luc. li. xxx. Non datur: adnutat nemo nec uiuere ducũt horcho spondent septimũ. M. T. de offi. lib. iii. A quattuor fontibus honestatis primo libro officia duximus. No.

Ducere est expectatione longi temporis malũ prolatum: uel inducere ut feras in rætia. Te. in an. Nec opinantes falso gaudio duci.

Ducere deducere & abducere differunt. nã ducitur quis ad supplicium: deducitur in lætitiam. Te. in eunu. Sed ego cesso hanc ad thaidem deducere. Abducere unde uolumus: ducimus uolentes: abducimus inuitos. Idem in adel. Etiã cum ad nequitiam abducere. Abducitur alienum. Idem in heau. Abducimus tuam bacchidem. Et ĩ adel. Me inuito abduxit meam. D.

Ducere uoluere pertractare. Vir. li. vi. Sic eqdé ducebã animo rebarq; futurũ. Lucil. li. xxix. Age nunc summam sumptus ducatq; heri simularq; alieni. No.

Ducere fabricare. Va. γνωσίολαῦτον. Nihil sunt musæ pollicis nostræ quas erifice duxque. Nonius.

Ducere trahere differre. M. T. ad Cæsaré iuniorẽ li. i. Ne res duceret fecimus ut hercules ancianus in alium locum transferret. Idem de offi. li. iii. Apud prætoré ciuniatus est balbum illum ducere. No.

Ducere proprium pro téporibus seruare. Vir. in buc. Astrum quo segetes gauderent frugibus: & quo duceret apricis ĩ collibus uua colorem. No.

Ducere dimittere distédere. Plau. ĩ aul. ubi ille abit ego me duco seruidus ab arbore. No.

Ducere gerere. Vir. li. ix. Hi bellum assidue ducunt cum gente latina. No.

Duci delectari. M. T. de finibus bonoꝝ & maloꝝ li. v. Dantq; se ad ludendũ fabellarumq; auditione ducuntur. No.

Duco cũ pro puto ponimus ex græco é deducitur: quod illi dicunt Δοκω. Fe.

Ductilis scœna cũ tractis tabulatis hac atq; illac species picturæ nudabat ĩterior. Lau.

Ducendus hoc genus declinationis semper necessitatem ostendit. Salu. Agendum atq; obuiam eundum est. Teren. in an. Vxor tibi ducenda est hodie. Do.

Ducere digitis cõputare. Subducere disponere. Ter. in adel. Nunq̃ ita q̃squã subducta ratione ad uitam fuit quin res: ætas: usus semper apportet noui aliqd bene subducta: be-

Vir.geor li.ii.Scipiadas duros bello.Et æne. i. Durate & uosmet rebus seruate secundis Ter.in adel.Non hercle hic qui uult durare quisquam sit potens. No.

Duræ ipudēs.Te.in eu. Os durū & cōtra molles frōtis dicūt qui sunt reuerentes. D.

Durus grauis. Vir.geor.li.iii.Sin durā metuēs hyemem.Ser.

Dumoso in loco apud Liuiū significat locum dumosum.antiqui interferebant s litterā.& dicebāt cosmittere pro cōmittere:& casmœnæ pro camœnæ.Fe.

Dux ab eo quod sit ducere qui est dux:aut ductor a doceo a quo duco : qui ita inducit ut doceat. Varro.

Druentia fluuius & ciuitas inter Vocuncios: & initium conscendendaræ alpium.Stra.

Druidæ sunt belgaræ populi: qui præter causam naturalium studia moralem disciplinā exercent:sunt iustissimi immortales animas & mundum & hi & bardi & uacies esse asserunt.Strabo.

Drus oppidum est:nūc dicitur drus prope carnicies:idest carres : quod oppidū druidibus pertinebat.Strabo.

Vel ex frequēter temporalia sunt.ut Virgil. ut ex illo celebratus honos.Est autem i cōpositiōe priuatiua;ut enodus uel intētiua dictio:ut enectus uel pro extra:ut educo.elimino exlex:expex:excors. uel perfectiua ut explico:exero.uel itētiua.ut exero:expleo Pri.

E republica est.i.pro republica tollitur.N.x.Sic in omnibus fit fere. quæ ab r incipiunt: ut e regione.i ex opposito. uel ex aduerso.E re mea.i ex utilitate & dignitate. Ex usu.i.p dignitate:uel ad utilitatem Ex tempore uenire:idest ex temporis conditione.Erenibus laborabat inquit Ci. hoc est morbū in renibus patiebatur. Ex uinculis causam dicere ē alligatum criminibus respondere . Ex equo pugnare:idest in equo sedētem pugnare . Ex sententia aliquid habere rationis est : ad uotum uero affectus est . Lau.

Eas fluuius adusa uocatus ab istro : fluit p Apolloniam olim corinthiorum coloniam in epiro in Ionium influit.

Eamus ex græco soēμεν. Fe.

Eapse eapia.Fe.

Ebanus seu ebenus lignum interius nigrū solidum pulchrum aptum ocularibus medicinis.græcum est nomen:Arabicanus dicitur. Festus.

Ebenus aspiratione caret. est autem genus arboris apud Virgilium: India nigrum fert ebenum.

Ebenos uel ouenos fluuius : quem centaureū appellāt. Aliq nāq Nexus diantram rapiens ab herculeabi confossus cecidit.habet i ripis lyrnesos & miletos.

Ebitei montes apud bactrinos ad oceanū meridionalem plagam.

Ebrius ebria ebriosus:nō ebriatus . Bria enim est uas uinarium unde hæc deducunt: qbus contrarium est sobrius. Inde Laberius dixit sobrio.Seruius.

Ebulire proprie dicitur expirasse: metaphora sumpta a bulla:quæ aliquo uenti tenore sustentatur:quæ in aqua fuit:& cadēribus guttis tumpuntur & spiritum quoq; continentur emittunt:ex quo est prouerbiale dicitur hō bulla est propterea ebuliat expiret: nā cū ebulit aqua igne subdito altius quidā uaporabilis emittitur aqua.

Ebrulare ebriū facere:& ebriatus ebrius Labertus in chærea. Ebriulati mētem hilaram arripiunt. Plau.in aulu. Homo ebriatus somno sanari solet.No.

Ebron mons palæstinoræ:& haud longe a Gaza Syriæ ciuitate.

Eburones populi inter Belgas gentes nomine numero germani appellati condrusis Menapiis:Aduaticis:Treuiris: quorum clientes erant.& syluæ arduennæ finitimæ:nunc Leodienses dicti.& apud Gallos Ligiæ . Horum maxima pars inter rhenum & Mosam : qui eos alluit his sycambri qui gherlenses erant transrhenani sunt proximi: ciuitas tunc heburonum ignobilis atque humilis proximi oceano.& syluis continentesq; paludes habebant. his duo reges præerant:quo magis cōstat eos fines paludes:q maximos extitisse.q bus conectura est ducatum Limburgēsem: & Lotricensem.ac iuliacensem partem & comitatum manurcensem:urbemq; Aquisgrā ubi Imperatores prima ex more corona donantur inclusos extitisse;& quia diocesis ipsa Leodiensis patet sub illorum regum imperio fuisse apud eburones autem stirpē Caroli magni uico lupilia nomine leodicensi ciuitati proximo ortum habuisse tradunt: Pirinosque cadomanos belgas: simulque germanos fuisse. sicque in Germanos cisrhenanos qui belgæ sunt a græcis non in transrhenanos est translatum imperium: apud quos germanos post Claudium Cæsarem plures Imperatores partim nati:partim electi sunt. Vnde magis a græcis in germanos cisrhenanos redisse imperium dici potest q transactū.Ciuitas prouinciæ Coloniensis hos memorat Lucanus in primo.& Suetonius in uita Iulii Cæsaris.quem refert cædem Cottæ;

& Sabini ægerrime tulisse.

Eburonices inter celtas populi aulertis: lexobiis uelis & curiosolitis proximi oceanum: hos opinio est populos esse ciuitatis ebocōcionum: quæ est prouincia i rhomagensi ducatu Normaniæ & Francorum regno sita.

Ebohu mel in arundinibus collectum ultra tripolicarum mare libanus: & anulibanus ultra Sirominum desinunt ad arabiæ montes qui sunt ultra damasium.

Ebusos e regione promōtorii balleariū quod in supronensi sinu Ferrariam uocāt eodem nomine urbem habet frumentis tantum nō fœcundam ad alia largior est animaliū quæ nocēt adeo expers: ut ne ea quidem: quæ de agrestibus nata sunt: aut generet: aut si inuecta sunt substineat. Pom.

Ebur a barro: unde eborea potius q̄ eburnea in prosa & eburna.

Eburneum ab ebur: sicut marmoreum a marmor. sed consuetudo tenuit etiam eboratū: & eburnum: sed eboreum est ex solido ebore confectum; eboratum uero extrinsecus. Eburnum ad similitudinem eboris aptum. Ser. in arte.

Ebura hispaniæ oppidum. Stra.

Ebusus insula in hispania iuxta taraconem.

Eburoni populi iuxta atrebatos. Stra.

Eburones qui bautini uocantur: populi i barbantia.

Ebulonum autem maxima pars est inter Mosam & rhenum. Stra.

Ebulire est efferuescere: dictum a bullis. Cicero tusculanarum libro secundo. Qui si uirtutes ebulire uolent: & sapientia nihil aliud dicent nisi eam uim qua fiunt nostræ uoluptates: quas supra dixi. No.

Ecameda Arsinoi filia. deabus par: donata Nestori q̄ consilio præstaret: & secum duxit ad troianum. T.

Ecca noue dictum. Te. Sed ecca ipsa egreditur nostri fundi calamitas. Do.

Ecce dicitur cum repente triste aliquid rebus interuenit lætis aut certe cum aliquid agere aliud emergit nouum. Virgil. Ecce autem gemini a tenedo tranquilla per alta: & cætera. Cicero Ecce autem repente ebrio. Diomedes. fumentibus cunctis. Terentius in adelphis. Ecce autem. & in eunucho. ecce autem alterum. Do.

Ecce hac particula utimur quotiens repentinum aliquid uolumus indicare. Vir. ii. æneï. Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum. Ser.

Ecce autem prius hoc Ciceronis est in rebus improuisis quod cum cura. Virgilius Et legit & transtulit ibi: ecce autem gemini a tenedo. Asco.

Ecce quære in dictione en. Lau.

Eccere iusiurandum est: ac si dicatur per cererem: ut ecastor: ædepol. Alii eccare pro ecce accipiunt. Festus.

Echo sonus: idest Icha: latine dicitur imago. Virgilius in georgicis. Vocisque offensi resultat imago & Cicero tuscul. libro tertio. Resonat tanq̄ imago. In lucis autem præcipue concauis fit. S.

Eccum ecce eum ueteres dixerunt: eccum ellum. & ollum: quod nos ellum & illū: quod aperte significat ecce illum: & obscure ellū. Terentius in andria. Atque eccum uideo. est enim ut alii pronomen. ut alii aduerbiū demonstrantis. Nam pronomen huiusmodi. sicut ueteres proferebant: ille. ollus: ellus: Sed ut diximus aduerbium compositum ex pronomine uideri potest: ut sit ellum ecce illū. Donatus.

Echasis excursus: ab ex & baolis: ut cum Virgilius describit tempestatem præcauendam rusticis primo geor.

Echenes omnium phœacum generosissimus Homerus.

Echemon unus ex priami filiis.

Echenes proprium uiri.

Echidna uipera: quæ uox habet d in græco: quam nonnulli uertunt in n.

Echemon priami filius a Diomede iterfectus

Echeius epiri rex pessimus.

Echidna uipera: sed maxime ab Hercule iterfecta.

Echinus hirsutus genus paruorum pisciū cancrorum genere. Plinius ad similitudinem spoliorum castanearum.

Echinades insulæ in malueco cōtra hostium Acheloi: Echinas echinadis facit: & echinæ chinæ.

Eclypsis expressio: quæ & ellipsis: ut multum ille & terris: ubi u & m & i exprimitur.

Ecyra socrus. unde Terentii fabula.

Eccos fluuius ingens ex monte Taurneste in quinque alueos diuisus per caucasum fluit: & per itelsantes. Inde in Gangem prorumpit.

Edas fluuius puinciæ septimanæ: in mare gallicum influit.

Ederam flamini diali: neque tangere: neq̄ nominare phas erat: pro eo quod edera uincit ad quodcunque se applicat: sed ne annulum quidem gemmæ gerere licebat solidum, aut aliquem in se habere nodum. Fe.

Edere actionem est etiam copiam relcribendi facere. uel in libello complecti & dare. uel dictitare eum att. Labeo.

Edere rationes uel tradere uel dictare i libellū

uel codicem proferre.

Ederatriæ quæ præsũt regiis epulis ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων. Nam ἔδεσμα significat pulmentum.Fe.

Edicere est magistratuum siue regum. Inde edictum consulum sunt litteræ eorum: quibus aliquid iubetur. Indicere est demandare ut indictum est bellum. Indici spectaculum. Mandare est gerendum aliquid assequendũque committere: ut quantum mãdata tamẽ tua fili perago: idest commissiones. Præcipere est magistrorum seu magistratuum & superiorum: inde præcepta. Iubere frequenter est idem quod imperare. Dicimus tamen impero mihi: sicut permitto mihi: & iussit me pater & mihi: dicimus imperata & iussa. Iubere quoque hortari est; ut iubeo sperare. Laurentius.

Edissa ciuitas uersus hierusalem: ab Arago Rege sic uocatur arach.

Edipope fons est Boetiæ: ab Edipo rege Thebarum.

Edipris fluuius susaniorum persarum: i culeũ fluuium decurrens.

Ediscere est memoriter ut complectaris: discere uero ut intelligas: dedisco est quod didici obliuiscor: dedoceo est quod doctum est: ostendo falsum esse docẽs uerum. Instruo autem classem: aciem: causam: non discipulum.

Editicius iudex dicitur: quem una pars elegit. Cicero pro Planco. Neque enim quiddam aliud in hac lege: nisi editicios iudices seruatis. Seruius.

Edyia nympha oceani & Tethyos filia.

Editimus uerbum latinum est: ut uetus ea forma dictum quia finitimus & legitimus. Sed pro eo a plærisque nunc æditus dicitur nouo & commentitia usurpatione: quasi a tuendis ædibus appellatus. Marcus Varro i libro secundo de latino sermone ad Marcellũ æditimum dici oportere censet magis q̃ æditumm: quod alterum sit recenti nouitate fictum: alterum antiqua origine incorruptũ. Aulus.G.

Edicius iudex: quem una pars elegit.Fe.

Edicuentes ubi proxime.Au.Gel.

Edo a græco pro comedo. Edo latinum extrado & præbeo.

Eclyprica stationes i mediis latitudinum articulis: quæ uocant eclyptica. perinde confessum est motum augeri q̃ duo in uicino sunt terræ.

Edonius aspiratione caret. fuerunt autem edoni & edones populi traciæ; ut apud Virgiliũ Ac uelut edoni boreæ.

Echo nomen nymphæ: est autẽ equo uox resultans; dicta a uerbo echo idest sono & stre po. Horatius cum eam per circuitum uerborum exprimeret inquit. Simul & iocosa redderent laudes tibi uaticani montis imago.

Echinus miseni nascebat meliore sapore. Horatius: Ostrea circæis miseno oriuntur echini: hi sunt in speciem castaneæ: echineis uero quam latini remoram dixerũt: & eius meminit Oppianus naues plenis uentis euntes retinere dicitur si carinæ adhæserint: quod Plinius credidit cecinit Lucanus. de illis uero Martialis. Cortice deposito mollis echinus erit.

Echion cytharedus thebanus: unde thebæ echioniæ: fuit socius Cadmi: ut scribit Ouidius.

Edo corruptum est: quoniam edo es est declinatur: ut apud Virgilium. Est mollis flãma medullas: infinito esse. Composita similiter comedo ambedo. In passiuo autem declinat edor ederis estur: præteritum esus. Item ambedor comedor: ambigitur apud ueteres comestus an comesus & comesurus. Sed uidimus ut de Salustio comesto matrimonio. comesa parina. Varro adesa & ambesa. Virgilius. Ambesas malis absumere mensas. Diomedes.

Edo & manduco differũt. nam cum dico edo quid facio ostendo: cum uero manduco nõ tantum quid facio ostendo: sed & qualiter faciam: ideo Probus negat recte dici pascere: uel aliud tenerum manduco: sed potius edo Manducatur autem quod denti reluctatur. Diomedes.

Edolare fabrorum uerbum cum materiarum complanatur asperitas. Vsi sunt eo laudandi scriptores uetustatis etiã ad alias fabricas rerũ. Varro. tot comœdias sine ulli fecerimus unum ego libellum non edolem: ut ait Ennius. Nonius.

Edon mons est thraciæ.

Edropicus idest inflatus.

Edropicorum causæ sunt tres: astytes: tympanidem & hipposarcha.

Educor eductus facit: sed frequentius Cicero educatus & educata dixit. Diomedes.

Educere & educare hãc habent differentiam. Educere est extra trahere. educare est nutrire: uel prouehere. No.

Educere erigere. Vir. æne. li. vi. Aramq; sepulchri congerere arboribus: cæloque educere certant. No.

Educere dicit extrahere. Vir. æne. li. x. Hoc dicens eduxit corpore telum. No.

Educere dicebant ueteres: quod nos educare dicimus. Teren. in adel. Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi eduxi a paruulo. Virgilius. Educet syluis regem regumque parentẽ.

Donatus.

Educere educare. Ter. i adel. Eduxi a paruulo: habui & amaui pro meo. No.

Educere enutrire & educare. Virgilius tertio georgicoꝝ. Suosq; ducunt: pro educunt dixit Seruius.

Edulcare. Gn. Martius uir eruditissimus i mimianibus suis edulcare dicit: quod est dulcius reddere i his uersibus. Quapropter edulcare cõuenit uitam curasq; acerbas sensibus gubernare. Aulus. G.

Edulcare pro dulcius facere. Actius. Quapropter edulcare cõuenit uitam curasq; acerbas sensibus gubernare. No.

Edusam & Potinam deas præsidiis uult haberi puerorum. M. Cato de liberis educãdis: cũ pro cibo & potu initiarent pueros sacrificabantur: ab edulis edusæ potinæ potione nutrici. No.

Eetion pater andromaches: qui thebis ciliciæ imperabat: interfectus ab Achille cũ septem filiis: & thebæ euersæ. Alius secundum Clæmentem in stromatheis Samothracum ceri monias: ritusq; constituit. T.

Effata loca augurũ: ut Mac. Satur. ita belli isti homines certos sæmine: & uelut quædã pomœria & effata posuerunt: ultraq; si quis agredi audeat introspexisse in eadẽ deæ a qua mares absterentur existimandus sit.

Effutire est emittere & inepte loqui.

Effata locuta. Festus.

Effata proprie est augurum preces: unde ager post pomœria ubi capiebantur auguria dicebatur effatus. Ser.

Effata Virgilium plæriq; omnes litterales pedibus illotis prætereunt: tanq̃ nihil utraq; si quis egredi audeat in ædem deæ: a qua mares obterentur existimãdus est. Macrobius de satur.

Effari & effata a fando ex græco φ... i. Fe.

Effafilatum exertum: quod scilicet omen exerto brachio sit. Fe.

Efferre subdere. Lucil. libr. xxvi. Depugnabũt pro te ipsi & morientur: ac se ultro efferent. Nonius.

Efferre significat proferre. Virgilius libro quĩto æne. Tum satus anchisa cæstus pater extulit æquos. & libro secundo. Me ne efferre pedem genitor. Lucilius libro. xxvi Ego ubi quem ex præcordiis effero uersum. Ennius in medea. Vtinam ne nunq̃ me de cordis cupido corde pedem extulisse. No.

Efferre ostendere. Vir. li. viii. Vt belli signum laurenti turnus ab arce. Extulit. No.

Efferre erigere leuare. Virg. v. Ostendit dextrã insurgens entellus & alte extulit. Lucil. libro trigesimo. Cõtinuo simul ac paulo uæhemẽtius aura inflarit fluctus erexerit extulerit; Nonius.

Efferre edere prouehere. Virgilius georgicoꝝ libro secũdo. Extulit hæc decios marios. Lucilius libro. xxvi. Non iccirco extollitur uel iræ uel gaudii dator. M. Tullius in Horten. Præter cæteros nostra extulit ciuitas. Nonius Marcellus.

Efferre extollere. M. T. de signis. Nimirũ forsitan hæc illi merentur atq; efferant. Lucil. li. xxx. Omnia alia in quibus efferimur rebus ne multis ego loquar. M. T. de offi. libr. ii. ita eos uiros suscipiunt maximisque efferũt laudibus. No.

Efferri proprie dicũtur corpora mortuorum. Ter. in an Effertur funus. Do.

Efferus ex parte laxatus. Vir. primo geor. Hic ne effetos cinerem immũdum iactare per agros: Pudeat. Ser.

Efferus exhaustus: & est trãslatio a mulieribus quas partus debiles reddunt. Virgil. in. v. Frigentq; efferæ in corpore uires. S.

Efficere facere & in opere esse. Efficere perfectionem desiderat. Terentius in andr. Quid est quod mea ars efficere hoc possit ãplius.

Efficere perficere faciẽdo: & efficere est quod cum magno molimine & conatu fit. Idem i ecyra. Tundendo atque odio denique efficit. Donatus.

Effigia pro effigies. Afra. in uopis. Cuius fuscitat imago. cuius effigia cognatus parre N.

Effingere est ad alterius formã fingere & quodãmodo fingendo repræsentaret unde effigies figurat ad uiuam alterius similitudinẽ: uel ad ueritatis imaginẽ. Fingere uero est figuli propriũ qui formas ducit ex luto: inde ad cætera quæ ingenio manuq; formãt præsertim inusitatæ & nouæ. Lau.

Efflictim uæhemẽter. Plau. in penu. eaq; hic adolescens alterã efflictim perit. Pomponius in dotata. Scio pol te illam amare efflictim. Laberius i bello. Hystria domina nostra prinignum suum amat efflictim. No.

Efflagitare cum clamore deposcere. Vir. Et simul fugiens rutilos simul increpat oẽs: Nomine quẽque uocans notumq; efflagitat ensem. Ser.

Effugere in totum fugere. Ter. in andria. Nullon ego Cremetis pacto affinitatem effugere potero. Do.

Effutire cum mendacio dicere. Teren. in phormione. Vos forte imprudẽter effutiretis. Cicero tusculanarum libro quĩto. Nec hoc sic agitur quasi ex tẽpore effutire uideatur. Lucilius. Nam licet similis ratione effutiat. Horatius in poetria. Effutire leues indigna tragœdia uersus. No.

Effutitio a futio dictum: uel a fuo futum: uel per apocopam ab alio fupino fcurriliter prolato inde futulis. i. uanus & inutilis. Lau.

Effutiuo cum qui audiunt: si de summo & solido pectore obuias: uulgatasq; laudes effutiui tunc scias: & qui dicunt: & qui audiunt frustra esse. A.G.

Effutiretis eloqueremini: euacuaretis inaniretis: ab eo quod est effutiam: translatio a uase futili nomine; quod patulo ore fundo acuto instabile nihil in se cõtineat: & ipse futilis dicitur huiusmodi qui nihil intra se contineat & semper inanis sit. Do.

Effula nomen urbis in latere montis constitutæ. Hora. lib. car. Non semper udum & effulæ decliuæ con templeris aurum.

Egelate locus est in hispania.

Egelon fons i phrygia, haud lõge a fonte marsyæ.

Egeria fons in erycino nemore ariciæ propinquus: dicatus camoenis. Fuit enim uxor Numæ: qua cum in specu consultare fingebant sed potius hydromantiam exercebat.

Egeriæ nymphæ sacrificabant prægnantes: q putabant facile cõceptũ aluũ egerere. Fe.

Egens quasi exgens cui ne gens quidem sit reliqua Festus.

Aeger & corpore & aio dicit. Virg. i. æne. Curisq; ingẽtibus æger. & in. iiii. Esto ægrã nulli quondam flexere mariti Ser.

Aeger & ægrotus differunt. æger aio. ægrotus corpore. Terẽ. in an. Ipsum animum ægrotũ plærũq; ad deteriorẽ partẽ applicat ægrotũ pro ægro. Donatus.

Aeger anxius mœstus. Vir. i. ænei. Curisq; ingentibus æger. Ser.

Aeger mœstus. Virg. iiii. geor. Ipse caua solans ægrum testudine amorem. Fe.

Egematicus stilus is appellat, ubi tantũ poeta loquitur: ut tres georgicorũ libri. Ser.

Egesta Hippotis troiani filia: quæ ne marinæ bæluæ ob periuria Laomedontis traderetur nauicula ad Siciliã delata ex Acrisio fluuio i canem uerso Acestẽ edidit: ab Egi Romæ & Tethy græce est exposita surgens. Tor.

Egraleus acticæ mons est. T.

Aegiũ oppidũ nõ procul ab oleno arcadiæ oppido: locus est ubi capra a qua nomẽ accepit Iouẽ nutriuit lacte. alibi Papinius: & quæ louẽ prouocat omnes olenos.

Aegestha quæ acestẽ genuit ex crimnisto fluuio.

Aegyptus ante appellabatur aeria.

Aeghope. i. fistulæ circa colũnate.

Aegiale adrastei filia diomedis uxor: ab homero dictus in. v. iliados: diomede ætolo Sthenelo nauigantibus cũ octoginta nauibus ad Troiam maritum sequi noluit.

Aegina æsopi filia: quam Iuppiter amans furtim surripuit. T.

Ego sententiæ quæ a ꝓnominibus incipiunt fera semp, sed uera ꝓmittũt. Ter. in an. Ego Carine neutiq; officiũ esse liberi hominis puto: cũ his nihil promereat postulare id gratiæ apponi sibi. Do.

Aegra ualetudine oppressum. Au G.

Aegre ꝓprie munimẽtũ pectoris aereũ: habẽs in medio: quod munimẽtũ gorgonis caput: si in pectore numinis fuerit ægis uocat. sed in pectore hominis sicut in antiquis imperatorum statuis uidemus lorica uocat. Ser.

Aegre difficulter. Virg. iii geor. Ergo ægre rastris terras rimantur. Ser.

Aegregius gloriosus. Hora. lib. car. Nunq̃ alios canto ægregius. Acron.

Egregissima. Pac. in medio: mulier egregissima forma. & Iuuenalis in iiii.

Egretus & aggretus ex græco sunt dicta: a surgendo & profitendo: unde & pernocto: quasi noctis surgunt. Fe.

Aegregiũ dicit quod ex grege eligit. & ægregie ꝓ ualde nimis Ter. in an. Hoc ille nihil ægregie præter cætera studebat: & ægregius eminens & præstans. Idem in eadem. Forma ægregia & ætate integra. Do.

Aegripe quoq; in nascẽdo nõ caput: sed pedes primi extiterunt: qui partus difficillimus & ægerrimus habet. Aegripæ appellati uocabulo ab ægritudine & pedibus: confixos autem esse pueros in utero. Var. dicit capite in fimo nixos sursum pedibus elatis; non ut hominis natura est. sed ut arboris. Nam pedes cruraq; arboris appellant ramos: caput stirpem atq; radicem quando inquit: contra naturam forte cõuersi in pedes brachiisq; plærunque deductis retineri solent: ægrius tũc mulieres enituntur. Au. G. Sed agrippæ non ægripæ debes legere.

Aegripæ qui cum labore matris educũt: hoc est per pedes contra naturã: nõ per caput qsi ab ægro partu. No.

Aegrotus æger & ægrotans hoc differũt: q; ægrotus & ægrotans tantũmodo male ualens æger uero est tristis: ut Protinus æger ago: & curis ingentibus æger & indignans & male ualens. ut quatit æger anhelitus artus. Seruius.

Aegrotatio & ægritudo. Ci. tus. ii. Sed ut proprie est ægrotatio in corpore: sic ægritudo ĩ animo nominauit. No.

Aegua ciuitas hispaniæ nõ lõge a corduba. St.

Egurgitem uel exgurgitem exhauriam significat. Plau. i epi. Atq; egurgitem e domo prorsus. Nonius.

Eho mutus est intentionẽ animaduersionẽq; deposcens eius cum quo uult loqui. Teré.in and.Ehodum ad me.& alias est interiectio admirantis.Idem in eadem. Eho an tute intellexi hoc assimularier.Do.

Hem & heu siue heuoe non refert quo modo pronuncies:quia interiectiones:ut grammatici docent:normam non habent.

Ehu cum duarum est syllabarũ: ut apud Virgilium. Ehu q̃ pingui macer mihi taurus in aruo.

Ei pronomen interdum uim qualitatis habet ut apud Teren.i an. Ei ne ego ut aduerser.i.tali tam bono.Do.

Euadne martis filia ex thebe Asopi uxor Capanei audita coniugis morte se in rogum iniecit:ita pud Ouidium loquens, Accipe me capaneu cineres miscebimus inquit.

Euthanasia bonus exitus & bõa mors: ea græco uerbo bonũ dicimus thenatos est mors.

Eutrapeli uerbo græco latine dicuntur urbani:& eutrapeli dicuntur etiam qui supra annorum rationem grandi corpore crescant:citoq; moriuntur:in quo uoce latina caremus

Euryclea nutrix ulyssis.

Eurydamas Troianus somniorum interpres. Tortelius.

Eurydame uxor Leutychidis Regis Spartha-norum.

Eurystheus Stheneli Mycenarum regis filius: qui astu Iunonis herculi imperabat. Tor.

Euryon amyntæ Macedonũ Regis filia: quæ patrem a matris insidiis liberauit. Tor.

Eiectum dicitur exclusum. Virgilius libr.viii. Nec non Tarquinium eiectum prosenna iubebat accipere.Lu.lib.xxiii. ubi erat scopios eiicere istinc abs re q̃primũ & perdere aruorem.Nonius Mar.

Eiectum extensum. Vir.x. Eiectoq; incumbit ceruus armo No.Marcellus.

Eiectus naufragus. Virgilius æneidos quarto Eiectum littore gentem excepi.& primo æneidos. Si quibus eiectus terris aut urbibus errat.S.

Eiicitur in littus & in littore. Vir,Eiectũ littore gentem. Pri.

Eiinen in eũdem. Festus.P.

Eioneus græcus ab Hectore interfectus: alter thrax Rhesi pater. T.

Eiulare est uoce sublata flere:quod magis mulierum est proprium. Vociferari est uoce effrenata dolorem & indignationem ostendere:uel sine affectu uæhementius exclamare. Lamentari est uoce querula & tristi oratiõe cladem testari suam. Flere est lachrymis hominum tantum.Gemere est pectore cũ præ angustia in sonum prorumpi:ut iuméta sub pondere:& animantia nimis onusta gemunt & anima carétia:ut gemuit sub põdere cymba. Plorare est uoce flebili & effusa dolorem suum aperire:unde implorare: est plorando opem orare.Plangere e percussione & uerberatione pectoris:capitis & uultus aliorumue membrorum se in dolore affligere:& p trãslationem fluctus dicuntur plangere littora. Laurentius.

Eiuratio significat id quod desidereẽ nõ posse præstari.Plau.eiurauit militiam.Fe.

Elacatena genus salsamẽti: quod appellaẽ uulgo malandrya.Fe.

Electabo eliciam.Fe.

Eladus fluuius est arcadiæ.

Elatus mons cephaloniæ nobilis.

Elauer fluuius inter Celtas apud aruernos gergouiam oppidum in altissimo monte positum præterfluens qui fere ante autumnum uado transiri non solet proximus heduorũ finibus in regno Francorum situs nomé adhuc retinens.

Elauer fluuius apud aruernos fluẽs præter oppidum Gorgoniam.

Elaudare plusquã nominare.Fe.

Eleborum memorant in græciam circa eleborum quendam fluuium plurimum gigni:atque inde a græcis appellari: hunc romani alio nomĩe ueratrũ dicunt pro eo quod sumptum motam mentem in sanitatem reducit duo sunt eius genera:album & nigrum.

Elecebræ argentariæ meretrices ab eliciendo argento.Fe.

Electra nympha oceani & Tethyos filia: uxor Atlantis:cui Hyam filium:& filias.v.genuit: quarum una secundum quosdam mater dardani Electra.Ser.tamen dicit Atlantem Electræ patrem Italiæ regem fuisse alia quã Oreste fratrẽ & Clytemnestræ:& ægisthi manibus liberauit.Sophocles.T.

Electrion Amphitryonis frater:filius Alcæi.

Electrides lacus est Syriæ:in quo electrum nasci dicitur.

Electrũ triplex est:unum ex arboribus: quod succinũ diciẽ. Aliud quod naturaliter inueniẽ Tertium quod fit de tribus partibus auri.& una argenti:quas partes & si naturam resolues:inuenies electrum auri succinũ appellaẽ græci uero ἤλεκτρον.Seruius.

Electrũ itẽ notissimũ est:quod succinũ appellamus:id fluit ex populis. Mart.de Phiala ex electro uera minus flauo radiãt electra metallo:lege Plinium in.xxxvii.naturalis historiæ;ibi disces quid sit electrum.

Electrum aurum cuius.v. pars est argentum. Electrum succinum est: ut apud multos pater:ẽ autem gummi arboris dictæ a Diasco-

nde argyris: speciei populneæ appellatæ au romana: quod (ut quidam perhibent) in rhodanum & padum instillans coagulatur: succinumq; efficitur. Ouidi. unde fluunt lachrymæ stellataq; sole rigescunt. Pli. non ipsum poetam aliosq; inficiens asserit i insulis oceani septentrionalis gigni: glessumq; a popularibus nuncupari. A nostris uero unam eage isularum glesseram uocitatam pridem astraniam Germanico Cæsare illic classe rem gerentis. nasci autem ex pineis arboribus medullæ fluuii humore abundantibus & tempore ac rigore densatur: aut mari cum intumescens æstus rapuerit ex insulis in littore reicitur ita uolutum ut pendere uideatur: pinei quoque nidore flagrat si recens fuerit. Festus.

Electrum in Cappadocia gigni pineo cortice: testis est Archelaus. qui ubi regnum obtinuit trans liuores & formicas culices siue muscas & folia sicca: itéq; paleas uti magnes ferrum ad se trahens Fe.

Elegia in quibus alternis numeris succedunt heroicus in quibus claruerunt; apud græcos Callimachus philetas Alexander ætolus Antimachus caiunus Mimnermus Tytæus Lacedæmonius instituti elegi primum deflendo desiderio mortuorũ mox ad amores ita ducti: sed nomen tamen retinuerunt a miserabili cantu quem fundebãt: lege Diomedẽ in secundo.

Eleborum medicamenti genus: quod hydropici sæpe bibunt: quod si nimium sumpserit necat eius duo genera atrum & album & diuersis medeatur ægritudinibus. lege Piniũ diascoridẽ & gallenum nec tamen quisquã eorum hydropicis mederi dicit.

Eleborus herba aspiratione caret.

Elegia miserabilis uel miseria. genus metri: cuius græ. Calimachus princeps Phileta: secudus tertius Mimnermus.

Elegans proprie ægregius a que excellens. Terentius in eunucho. Cum me ipsum noris q̃ formarum elegans spectator siem. Ser.

Eleganter est proprie uere ac rite. ut in iure ciuili adeo frequenter: ut pene hac sola uoce i approbandis aliorum sententiis iurisconsulti utantur. Inspice quid aulus Gelius de hoc uerbo dicat.

Eleorum Rex Augeas fuit: qui ad Troiã quadraginta naues misit Elei præfuerũt i olympico certamine a pria olympiade in qua chorebus palmam obtinuit usque ad uigesimã sextam. Pisa deinde ludorum possessionem sibi uendicauit in ludis Iouis olympici locus ubi ludi celebrabantur olympia dicitur: nõ autem in olympo monte: qui procul inde abest.

Elenchos gemma & elenchos paralogismus: capparensque argumentũ: sed captio est: unde Aristotelis liber elenchorum.

Eleusini sacerdotes qui facibus discurrẽtes & cursu prope bacchico furentes cererem colebant qui lautissime epulabantur: ide apud bacchicæ dapes a Martiale luxuriosissime dicuntur.

Elea oppidum est arcadiæ iuxta tegream: ubi erat phanum pallados.

Elichiniũ est quod lucernæ adhibetur & flãmam nutrit. scilicet ex tuppa: ut Plinius scribit: ex alia etiam materie aliquando sicca etiam sine oleo lychnus non elichinium: ut somnias appellatur: & tam fœminino genere q̃ masculino dicitur solima prius: ide hierusalem: idest sacra solima dicta.

Elenchos proceros uniones: quos mulieres (autore Plinio) binos & ternos auribus & digitis suspendebant. & a strepitu idem dicebãtur crotala. nam κρουω significat pulso.

Elegans qui eligere sciat: aut qui ipse sibi sit eligendus. Terentius in eunucho. Regem elegantem narras.

Elegantes non solum ut consuetudo ab elegãtia ingenii aut cultus lectione: aut dilectus plærũque dici potest: sed a ueteribus etiam uitio datur. Cicero in Clodium & Curionẽ. Tu elegans: tu solus urbanus: quẽ decet muliebris ornatus quem incessus psaltrix: qui leuare uultum mollire uocem potes carmine de moribus auaricia omnia uitia habere putant sumptuosus cupidus elegans uitiosus.

Eleemosyna ab ἐλεῶ græce misereor: & tribus e scribitur.

Elisios putat Strabo in ultiã hispania esse mala interpretatione uerius Homerici. Nã ubi Homerus ulyssem scribit peruenisse eum in locum: ubi nec necromantiam fecerit: ut ante diximus ait ulysses uenisse ad fines oceani: atq; illic pegisse sacra alii suspicati sunt elisios. quod nec Strabo inficiatur esse in insulis fortunatis i oceano: de quibus multa scribit Plinius: & eas se nouisse testatur Strabo. Alii in circulo lunæ animas piorũ habitare dixerunt poetæ simpliciter apud inferos in priuato secessu.

Elentherus fluuius in cãpis Syriæ in mare fœniceum influit: ubi testudines capiunt certo anni tempore.

Elene Italiæ ciuitas non longe ab elicinis.

Elenchus redarguitiuus: unde sophistici elenchi apparentes redargutiui: & lapis præciosus. Tortelius.

Eleon Bœtiæ urbs.

Eleõne Macedoniæ est mons.

Eleorus fluuius Siciliæ: pachinno promontorio propinquus.

Elephas & elephantus dicitur: ut Plinius inquit.

Elephanticus morbus ex similitudine elephantis cuius dura cutis & aspera morbo nomé dedit qui corporis humani superficiem simili duricie facit.

Elephantina urbs a thebis ægyptiis. dccc.xx. stadiis distat.

Elephantia est lepra.

Elephantus ebur. Virgilius.iii.geor. In foribus pugnam ex auro solidoq; elephanto: Gangaridum faciam. Ser.

Eleuit maculauit. Luc.li.vi. Si hic uestimenta eleuit luto: ab eo risum magnũ ad cachinũ imprudens subiicit. No.

Eleuitem purgationem. Lucilius libro uigesimo sexto: & eleuitem facere peruentum uelis Nonius.

Eleusis uel eleusin potius eleusinos: ut attin attinos urbs in theri insula sub Euboia iuxta acticam. Ser. acticæ dicit: unde triptolomus & eleusina.

Elis hac tempestate oppidum est: Homeri ætate nondum muris cincta. uerum ager ipse per pagos habitabatur quam curuam quia ei sic obtigit appellabant Nam maxima eius pars talis exiit & fertilitate præstans: uerum posterius secundum bella persica: cum multi in unum philosophi conuenissent eam: quæ hoc tempore cernitur. Elim ciuitatem condidere Strabo.

Elis urbs Arcadiæ: ubi Alpheus & cursu equi exercebatur Inde eleus elea. T.

Elises sulci aquarum per quos aqua deducitur e sulcis Fe.

Elicium. Varro sexagesimo. Se circumspexere atque inuenisse cum dormire cœpisset: tam Galber q Socrates Galbam esse factum elicium epulis albis cum proboscide No.

Elidere excludere significat. Virgilius octauo Elisos oculos & siccũ sanguine guttur. Plautus in rudente. Iubeo oculos elidere. Lu.ii. Iniuriarum i fauces inuasse animaq; elisisse illi Nonius.

Elidere suffocare uel occidere. Virgilius octauo. Geminosque premens eliserit angues. Nonius M.

Elidere colligere. Virgili. tertio æneі. Ter spumam elisam & rorantia uidimus astra. Cicero tusculana libro quinto. Qui rebus his fractus ægritudini eliditur: potest tamé esse nõ miser. Nonius.

Elidere deicere. Cicero de repub.ii. ut auriga inductus & curru trahitur operitur laniatur eliditur. No.

Elice oppidum achiuorum in pelopõneso: un de Calisto nata est: & hic elice dicitur i quo Iones fugati sunt ab achiuis. Elice pro maiori ursa.

Eleusin cereri consecrata: & clariores q̃ ut indicari egeant athenæ inathide. Pom.

Elixus quicquid aqua mollitur uel decoquitur. Nam lixus ueteres aquam dixerunt: unde & lixæ dicti qui militibus aquam ad castra: uel ad tentoria solent ferre. Varro metapherippo in pauimento non ad edes facere laconã: aut in humum calceis facis elixas. No.

Eluminigus: idest lumbricus longus in homine.

Emicraneus dolor est cui media pars capitis doler.

Aemorois: idest eruptio sanguinis circa anum quæ etiam circa mulieres uenire solet.

Aemorogia est emanatio sanguinis.

Aemonoreus qui sanguinem eicit ab ore.

Etheon: idest diuinus & furore afflatus: quo uerbo frequenter usum inuenies Statium in libris syluarum ethea cybele a monte etheo Vnde Martialis: Quem fletus matris hululat etheæ gallus.

Emporedia: nunc hiperigia ciuitas circa alpes Galliæ imminentes & proxima augustæ taurinorum: atq; augustæ prætoriæ.

Emporia Liuius libro xxxiiii. Multi & aliarũ ciuitatum qui emporias perfugerant dediderant se. Et Plinius libro tertio. Emporiæ geminum. hoc ueterum incolarum & græcorum: qui phocensium fuere soboles.

Emporium locus est publicus quo mercatores mercandi gratia conueniunt; ubi nundinæ celebrãt ab εμπορίζω: quod é mercor uel acquiro: quas emptorium Liuius libro xxxv porticum unam extra portam trigeminam emporio ad thyberim adiecto. Et Liuius xxxiii. & liberari omnia asiæ ẽporia portusq;. Plinius libro quinto. Fama copiosarum indicarum arabiarumq; mercium Nilo proximum emporium. lib.vi. ad primum emporium in die mercium. latine dicimus mercatũ Plautus in mustellaria: iam homo in mercatum aduortitur. Et in menechmis: Tarentum aduexit secum ad mercatum simul.

Enyo belli dea: male qui aspirãt. de qua apud Lucanum: aduersaq; risit enyo.

Elicon mõs Boetiæ musis dicatus celebris poetarum carminibus: unde termessus effluit: at aspitatur in principio.

Eliæ paludes in Calabria: ubi est Velia oppidum.

Eligere quære in uerbo deligere. Lau.

Elisa nomen proprium Didonis. Nam Dido lingua phœnicia uirago appellatur. Tortellius.

& montes insuper : idest molem montium. Tortelius.

Endymion pastor qui lunā amauit : & primū repulsus:inde in gratiam receptus albos eius greges pauit:& cum super Latmio monte lo- nie obdormisset a luna osculatus ē : de quo Pli.Macro.&Oui.

Endoicum initium. Fe.

Euthei cybeles quod sacerdotes in furorē uer- terent.nam in sacris sacerdotes cybelis hulu- latu requirebant atim:quem cybele amaue- rat.euthei autem dicuntur deo pleni.i.furē- tes.Papinius musam eutheam appellauit. li- cet euthea nam exuperet pimplia situm.

Endoplorare implorare.quod est cum quæsti one:inclamare nāque est quod cum fletu ro gare:quod est proprie uapulantis.Fe.

Enenisma quid est quod apud argiuos dicitur qui familiarium: aut cognatorum quempiā amisit:mos est ut statum post luctum a- pollini sacrificent trigesimo potest die mer- curio. nam ut a terra mortuorum cadauera sic animos a mercurio suscipi putant.apolli- nis autem sacerdoti ordeum dantes carnem primo eo accipiūt; ignemq; quasi pollutum extinguentes: & rursus ab aliis accendentes: carnem coquunt:& enenisma appellant.

Energia efficacia ab operatione: inde energu- menos actiuus;& significat cum res sub ocu los inducitur.T.

Engolismam in gallia ubi est urbs lugdunium. Tortelius.

Enicome castellum in Corsica habitabile.Str.

Enim causalis.ut cole pudicitiam. Hæc enim hominem uendicat a scelere: uel copulatiua ut progeniē sed enim:uel affirmatiua.ut eni uero daue:& tunc præponitur:ut idē.Enim uero finam.Pri.

Enyo belli dea.quam bellonam dici putāt: cū tamen Statius ambas simul nominaret.

Enipheus fluuius thessaliæ ab othry monte i Apidanum defluens : ubi Pompeius uictus. Lu T.

Enipeus Thebei troiani filius Hectoris Auri- ga a Diomede interfectus.

Enses Siciliæ fluuius: haud longe a taurome- no colonia.

Enixa est appellatio:& ad partum refertur: cū dicimus geminos enixa est:ut apud Virgiliū triginta capitum foetus enixa: ut si enixa ui- ribus conata enixa est partum: quæ i uerbo nitor.Dio.

Enimuero significationem habet nimium p- motiatque irritati animi.Cicero.Hic cum a lus ex alia parte enimuero ferendum astu. Terentius in andria.Eniuero Daue est prin- cipium aliquid per iracundiam dictum.

Enixæ dicuntur fœminæ nitendi: hoc est co- nādi & dolendi labore perfunctæ miserisq; religionum genera parientibus præsunt.sed elegantior itellectus.ut ex hoc dictæ esse cre dantur:q̄ uinculis quibusdam periculi: qui- bus implicarentur fuerint exolutæ. Nexum enim dicimus actum & colligatū ordior ne xetice obsecro. Afranius: suspectam tamen a nimo ordiri me oportet paulo paululū : idē probatur dicens uno labore exoluet ærum- nas duas. N.

Enixum pro enixe.Sisen.histo.li.iiii.Ego illos malos & audaces semper enixum contra for tunas atq; honores huius ordinis oīa fecisse ac dixisse sentio.No.

Enixa dicitur partu leuata.Vir.iii.æneı, Serui tio enixe tulimus. No.

Enixas non solum in partu possumus dicere: sed etiam omni labore exercitas . Virgilius tertio æneidos.Stirpis achilleæ fastus iuue- nemque superbum Seruitio enixæ tulimus. Nonius.

Ennosigæus ab enno,i. concutio & terra.f.flu ctibus Neptūnus.lu.&.A.G.

Oenophorum uas uinarium.

Enope urbs in agro pylum.

Enoda significat explana : & quæ sit proprie- tas notum est.hoc ē nodum exolue Actius in euryface.Tu autem quod quæro abs te e- noda & qui sis explica. Idem in alphesibœa. Quod tam obscuri dicuntur est tā ne inno- dabile.Ennius in telepho . Verum quorum liberi læthо dati sunt i bello nō libēter hoc enodari audiunt. Tui pil.in demetrio.Ab ini tio ut res sit gesta enoda mihi. Pacu.in peri- bœa. Gnato ordinem omnem ut dederit e- nodat patri.Cicero de finibus libro quinto. Hæc igitur nobis explicanda sunt:sed si eno datius uos ignoscetis huius ætati. Varro.de uita patrum libr. primo.Neq; ut inita singu lis rebus diutius moremur:ut dixi:atq; eno- dare subtilius uelimus.N.M.

Ensis ensicula & ensiculos.Pri.

Enam & lanne.Fe.

Enthelechia forma appellatur: ideo Aristote- les animam diffiniens ipsam corporis natu- ralis primam entelechiam:hoc est præcipu- am formam appellat.Sunt qui etiam actum interpretentur.

Enthymema syllogismus rhetoricus:latine cō mentum.

Enthymema quælibet sententia:præcipue ue ro quæ ex contrariis constat nominatur.in- de quia argumenta speciosa ex eiusmodi sen tentiis texuntur enthymemata appellantur: inspice Ciceronem in topicis : & Quintilia- num de refutatione.

Enthymema argumentum ex uno assumpto concludens īperfectus syllogismus. T.

Enticinus fluuius galliæ cisalpinæ ex apénino in padum influit.

Enustabales fons ī Arabia: qui camelorum fons sonat.

Enubro inhibiti. Fe.

Enucleate dicitur purgate exquisite sine asperitate aut duricia ab eo quod nucibus separatis. i. testis nucleorum utilis usus habeat. Ci. in ora. Modo id elegāter enucleateq; faciat eū solum attice dicere. Idem tus. lib. tertio. Habeas ea quæ de perturbationibus enucleate disputant. N.

Enicare. Var. in lege meuia: sed qui patriā maiorem parentē extinguit ī eo est culpa quod facit pro sua parte is qui secum uehat: aut alicui liberos producit. No.

Eo propterea. Ter. in eu. Eo adeā nō admissa sum. Do.

Eo magis & hoc magis i. tanto magis: quo i. q̄to magis similiter cum cæteris cōparatiuis. Item aliquando multo: paulo: & similia: quæ positiuum recusant: cui addideris tantum & quantum & cætera: quæ comparatiuum patiuntur quando non fit cōtrapositio duorū ut aliquantum est ad rem auidior. & Virgil. Tā magis illa tremens. Catul tamen dixit: tāto pessimus ante post & composita: ut antecello: & post habeo: alius: aliter: secus: præstat uim habēt comparatiui. Dicimus sæpe tamen: tantum: ante: multum: post. Lau.

Aeolium mare asiæ dicebatur olim Mysium:

Aeolium mare asiatico littore adiacet a thermodoonte amne: & leuca ciuitate Ioniæ incipit: dictū ab æoliis pulsis olim colonis: Nā antea Mysium dicebat.

Eonus fluuius Indiæ nauigabilis: in Gangem influens.

Eos promontorium in mari arabico.

Eous oceanus uocat sub oriente sole. qui æquinoctii tempore conspicitur.

Eous lucifer. Virg. i. geor. Aut cum sole nouo terras derorat eous. Cinna autem ī myrrina Te matutinis flentem conspexit eous & flētem paulo uidit hesperus idem. Ser.

Epanalepsi replicatio uel repetitio: cum eadē dictio in principio & in fine uersus: ut Multa super priamo rogitans super hectore multa. Tor.

Epanados regressio: ut principatus bonus est: non tamen bonus qui in tyrannidem mutatur. Tor.

Epaminundas Polymini filius: thebanus philosophus & Imperator: de quo plura & Iustinus & Aemilius Probus. T.

Epar idest iecur.

Epauxesis incrementum.

Epebrodum uicus est in gallia narbonensi. St.

Epeus nomen cuiusdam fabri: qui equum troianum fecit. Fe.

Epenthesis iterpositio: ut relligio.

Ex quoque modo quod extra accipitur: ut excludo extermio: exrorris. exlex: expex. exanimis: modo perfectum: ut explico. exeo: expedio. extirpo. modo intentiuũ: ut expleo: exoro. efficio. effundo, extendo. Pu.

Ex & ab præpositiones non unum significãt. Nec enim unũ est a theatro uenire: & ex theatro. A theatro enim uenire est a loco: qui ẽ iuxta theatrum. E theatro uero ex ipso theatro: his præpositionibus cõtrariæ sunt ad & in. Ser. in ar.

Examen est æquamentum & iudicii inuestigatio examinatio & apum congregatio: uel locustarum. Fe.

Ex animo ut natura fert: figura ephesegesis. nã ex animo est: ut natura fert: uidelicet ut fert naturalis ingenita actio. Do.

Examussim regulariter. Amussis est regula fabrorum: uel ut alii uolunt ferramẽtum: quo in poliendo utuntur. Fe.

Examussim dicitur examinate ad regulam: uel coagmentum. Est enim amussis regula fabrorum: quam architecti cum opus probant rubricaque illinunt. Plautus in amphitrione. Si uera hæc loquitur hæc examussim est optima. Idem in milite. Inest in hoc amussitare sua sibi ingenua idoles: idest examimata. Idẽ in menæchmis. Vt hanc rem uobis examussim disputem. Varro quare si diligens est ad amussim per me licet assumes teneo. Idem ĩ quæstionum plautinarũ libro tertio. Amussis est æquamen leuamentum: idest apud fabros tabula quædam qua utimur ad saxa coagmentata. Nonius.

Exagonem euectionem. Fe.

Exactum transcursum præteritum. Vir. geor. libro tertio. At tribus exactis ubi quarta accesserit ætas. & in eodem. Exactis grauide tũ mensibus errant. No.

Exanclari perfici. Pacu. in periboea. Nõ potest menalippe hic sine tua opera exãclari clauos Nonius.

Exanclari etiam significat perpeti. Ennius in andromache. Male torquentis cum ærumnis illum exanclari diem. Actius in diomede. Fere exanclauimus tyrannis sæuum ingenium atque inexecrabile. Idem in amphitrione. Tolerarem uitam cladesque exanclarem impatibiles. Lucilius libro trigesimo. Quantas quoq; modo ærumnas: quantosq; labores exanclaris. No.

Exanimus & exanimatus hoc differunt. Hic enim timens: exanimus uero mortuus est. Virgilius primo æneidos. Exanimumq; auro corpus uendebat achilles. & exanimata sequens impingeret agmina muris. Et Terentius in andria. Ibi tum exanimatus pamphilus bene dissimulatum amorem & celatum indicat. Seruius.

Examen allegorice dicit nõn debere quæri singulari inditio acquirat. examen autem est lignum cuius medium hasta ad pondera adæquanda tenet.

Euficheus nomen proprium: extat epigrãma his uerbis scriptum. M. Aurelius Euficheus sera uicelia rufem; hanc sedem uiui sibi posuerunt uno animo laborantes sine Iuliano filiolo.

Eurymachus quem Homerus tradit ritu puellæ cultum ornatumq; incessisse.

Hexaphorum non nisi ditissimorum erat lectica ex sex seruis gestata. de hac Iuuenalis. & sexta ceruice feratur:

Examen est lignum cuius medium hastam ad pondera adæquanda tenet.

Exasse. i. in bonis uniuersi patrimonii.

Exanimatus & exanimus differunt. Exanimatus enim est perturbatus & perterritus. Exanimata sequens. Te. in an. Sed quid pamphilum exanimatum uideo. Exanimus est mortuus. Vir. Corpus ibi exanimum. Do.

Examen proprie filum est quo regitur. Virgi. xi. æneidos. Iuppiter ipse duas æquato examine lances. S.

Exaudio quære in uerbo audio. Lau.

Exanclare effundere. Var. in eumenidi. Nisi patre materno sanguine exanclando ulcisceret Nonius.

Exactæ pecuniæ uerbũ non solum ad solutionem referẽdũ est ueg; etiã ad delegationem. Ex bonis quæ bona existimamus: plus mali capimus: cum aut amissuros non credimus; aut amittimus q̃ boni cum habemus. Do.

Excudere procudere; & incus ipsa a cudendo dicta sunt. Fe.

Exciet excutiet. Fe.

Excidionem urbis a cædendo dictum manifestum est. Fe.

Excipuum quod excipiat; ut præcipuũ quod ante capiatur. Fe.

Excuriari curia excludi. Var. Alponũ ideo excuriant: quia nihil habebat. No.

Excordes concordes uecordes ex corde significantiam ducunt. Cic. tus. Aut unde magna dissensio est: aliis cor ipsum animus uidetur unde excordes concordes uecordesq; dicuntur Nonius.

Excantare significat excludere. Plau. in bachidibus. Nã credo cuius cor excantare potest. Lucil. saty. li. ii. Quæ ego nũc æmilio præcãto atq; exigo & excanto. Varro in eumenidi Vbi uident se cantando ex ara excantare nõ posse derripere incipiunt. No.

Excogitare est per cogitationem inuenire idq; ad res tantum incorporeas pertinet.

Excogitare est cõsilii. Reperire uero fortunæ Oui. Tu non inuenta reperta es. Inuenire autem est ex cõsilio & casu: siue corporeas: siue incorporeas reperire. Offendo idẽ fere quod

reperio. Nactus sum pro inueni: siue repperi

Est præterea prius cogitare: deinde excogitare Non enim quicquid cogitat statim & excogitat. Lau.

Excessit a uita: quære in uerbo decedo. Lau.

Exculpere est extorquere Plau. i cistel. In quæstione uix exculpsi ut diceret. Lucil. saty. lib. ii. Nunc nomen iamq; ex testibus ipse rogãdo exculpo hæc dicam. Item uti exurienti leoni ex ore exculpere prædam. No.

Escam descentia iracũdia feruentia. Ci. tus. lib. iiii. Ludit ne ira excadescentia; odiũ inimicitiæ; discordia. Idem in eodem.

Excandescentia: aut est ira nascens & sine modo existens. No.

Excessis pro excedas: ut faxis pro facias. Te. in an. Caue quoq; ex istoc excessis loco Do.

Excisatũ laniatũ uulneratũ. Plau. i cistella. Capillo scisso atq; excisatis auribus. No.

Excipere excusare uel cælare. Plau. in aulu. nec patem tibi adeo cuius in dipistes: neque furẽ excipies. No.

Excipere manere. habere. Vir. geor. li. iiii. Ergo ipsas quis ãgusti terminus æui excipiat. No.

Excipere dolo capere. Vir. Excipit incautũ patrisq; obtruncat ad aras. Ser.

Excipere est seiungere separare. Virgilius libr. viii. Ipsum illum clypeum cristasq; rubentis excipiam sorti. No.

Excipere est suscipere. Virg. æne. iii. Heu qs te casus deiectam coniuge tanto excipit. M. T. in uer. de suppli. Filiorũ suorũ postremũ spiritum ore excipere liceret. No.

Excipere captare. Ci. de ora. li. iii. Quædã dari ex hac uita ad pertractandos animos hominũ & ad excipiendas eorũ uoluntates. N.

Excipit opprimit uel circũuenit. Vir. æne. lib. iii. Et scelerũ furiis agitatus Orestes excipit incautum. M. T. ad Pompeium lib. iiii Quos insepultos reliquissent eos: quos e mari propter uim tempestatis excipere non potuissent innocentes necauerint. Virg. in buc. Nonne ego te uidi damonis pessime caprum excipiere insidiis. No.

Excutere emittere. Vir. li. viii. Excussus acontheus fluminis in morem. No.

Excutere dicitur commouere. Virgil. libr. xii. Gaudentq; comantis excutiẽs ceruice toros Ci. li. ii. de offi. Explica atq; excute intelligentiam tuam. No.

Excutere excludere deiicere. Vir. iii. æneid. Excutimur cursu cæcisq; erramus in undis. Lucilius libro. xxx. Ipso cum domino calce oẽs excutiamus. No.

Excutere eligere. Ci. in philip. li. ii. Iuuentutem omnem ex tota Italia excussimus. No.

Excidere in obliuionem dare. Vir. æneid. libr. i. Nec dum etiam causæ irarum sæuiq; dolores exciderat animo. No.

Excidere cadere. Ci. in philip. li. ii. Excidãt Clodii cruenta arma de manibus. No.

Excidere dissentire. Lucil. li. xxviii. Metuo ne fieri possit ego ab archilocho excido. No.

Excludere liberare. Luci li. xxvii. Primum qua uirtute seruitutem excluserit. No.

Excludere significat eiicere. Te. in eu. Exclusit reuocat: redeam. No.

Excoelsitas. Ci. de offi. li. iii. Etenim magis ẽ secundum naturã excoelsitas animi & magnitudo. No.

Excipio insidiis opprimo. Vir. æneid. Excæptũ triton si credere dignũ est. Inter saxa uirum spumosa immerserat unda. S.

Excubiæ & uigiliæ differũt: quia illæ diurnæ sũt uigiliæ uero nocturnæ. Ser.

Excubiæ diurnæ & nocturnæ: Vigiliæ tantũmodo nocturnæ. Lau.

Excusare: quære in uerbo causari. Lau.

Excussor & emissarius: hic uocantur consiliatores futurorum: quæ a magistratibus committuntur. Asco.

Excipit pro incipit: cum prætestatus ludicras uoluptates: neq; suis poematibus assuetas neque ante cœtum tam serum producẽdas excipit symachus. Ma.

Excretus ab excresco. Vir excretos hedos. La.

Excello legimus crebro apud ueteres: ut Cice. de repu. Excellũt inquit. Itẽ de orato. antecellunt & primo de diuinatione. Grachus præterea similiter cohortationem conciliabula antecellunt: Verũtamen. M. æmilius cũ laude excellet omnes. Diomedes.

Exceptio dicta est quasi quædã exclusio: quæ interponi actioni cuiusq; rei solet ad excludẽdum id quod intentionem condẽnationemue deductum est. Replicationes nihil aliud sunt q̃ exceptiones. & a parte actoris ueniũt quæ quidem ideo necessariæ fiunt: ut exceptiones excludant. Semper enim replicatio ic circo obiicitur: ut exceptionem oppugnet. illud tenendum est omnem exceptionem: uel replicationem exclusoriam esse. Exceptio actorem excludit: replicatio reum. Sed cõtra replicationem rursus & deinceps multiplicãtur nominandum aut reus aut actor obiicit: fane solemus dicere quasdã exceptiones esse dilatorias: quasdam peremptorias: utputa dilatoria est exceptio quæ differt actionem: ue luti exceptio pecuniatoria dilatoria est. Nãque dicit non licere procuratorio nomĩe agi non prorsus litem inficiatur: sed personã cui tat. VI. de ex.

Excæptiones: aut perpetuæ & peremptoriæ sunt: aut temporales & dilatoriæ. Perpetuæ

atq; peremptoriæ sunt: quæ semper locũ habent: nec euitari possunt: qualis est doli mali rei iudicatæ: & si quid contra leges senatus ue consultum factum esse dicetur. Itẽ pacti conuenti perpetui: idest ne omnino pecunia petatur: temporales atq; dilatoriæ sunt quæ non semper locum habent: sed quæ euitari possunt. qualis est pacti temporalis. i. ne forte intra quinquẽnium ageretur. procuratoriæ quoq; exceptiões dilatoriæ sunt: quæ nõ semper locum habent: sed interdum euitari possunt. Caius eodem titulo.

Exdorsua dorsum confringe. alii exime. Fe.

Exductæ exuuiæ. Fe.

Exdorsuare dorso nudare. Plau in aul. Tu macherio congrum murænam exdorsua quantum potes. Nonius Mar.

Exequor quære in uerbo obeo. Lau.

Exercitus est militum copia: & homo multis negociis exercitatus: sed superius quarti ordinis. hoc secundi est. Fe.

Exercirent sarcirent. Fe.

Exercitionem exerciti dicebant antiqui: exercitationem exercitati. Item exercitionem exercitissimum: sicut ab exercitato exercitatiorem exercitatissimum. Fe.

Exemplum est quod sequatuur: aut uitemus. Festus.

Exemplar equo simile faciamus: illud animo æstimatur: illud oculis conspicitur. Fe.

Exempla dicũtur noua & mira tormẽta: quæ pro exemplis narrentur: aut quæ documẽto sint cæteris ne delinquant. Ter. in eu. Vterq; exempla in te edent: q̃q dabũt exempla imago: collatio: species comparationis. Teren. in ecyra. Ad exemplum amborum mores earũ existimans. Do.

Exemplar & exemplum differunt. Exemplar enim est unde aliquid sumitur. Exemplum quod sumitur est. Do.

Exesto extra esto. sicut enim lictor in quibusdam sacris clamitabat hostis uictus mulier uirgo exesto. scilicet interesse prohibebatur. Festus Pom.

Exequiæ dicuntur ab eo quod homines pompam post sequuntur. Teren. in an. Funus interim procedit. nos sequimur. Do.

Exequiantur ex exequiis ut cõuiuãt & epulãt Varro in bimatico. Ipsum propter uix liberti semianimati exequiantur. Fe.

Exedra triclinium est: imo sedile. sicut cathedra. nam sicut alterum a catanta alterum ab ex præpositione factum: & hedra. i. sella.

Exedra M. T. de finibus bonoꝝ & maloꝝ li. v. sunt in ipsis locis iudicia summoꝝ uiroꝝ tamen ego moueor illa exedra & de orato. libro. iii. Tunc dedita opera quiescẽtibus aliis in eam iam exedram uenisse: in qua Crassus posito lectulo requieuisset. No.

Exercere agitare uel commouere. Cicero li. i. de offi. Exercenda etiam est facilitas & altitudo animi. Virg. æneí. lib. quinto. Nate iliacis exercite fatis. No.

Exercere fatigare. Te. in adel. Sane ego te exercebo hodie ut dignus es silicernium. No.

Exercere insequi. Virg. iiii. æn. Tũ uos o tyrii stirpem & genus omne futurum exercere odiis. Nonius.

Exercere solidare. Salu. in iugur. Nabdalsa exercito corpore. Cicero tuscula. lib. Equidem meos casus in quibus me fortuna uæhemẽter exercuit. No.

Exercere iponere íperare. Vir. geor. li. ii. Tum deniq; dura exerce iperia: & ramos cõpesce fluentis. Plau. in amphi. Si in me exerciturus quæso in parietem prius domes. N.

Exercere in meliorem usum & fructũ formare. Vir. geor. li. i. Exercetq; frequens tellurem atq; imperat aruis. No.

Exercitorius actionẽ significat q exercet. La.

Exemplũ est ex quo simile facimus. Quin. decimo. Sic litterã ductus ut scribẽdi fiat usus pueri sequũtur: sic musici uocẽ dicentiũ. pictores opera prioꝝ: rustici probatam experimento culturam in exemplum intuenẽ. Exemplar animo quoq; æstimatur. Ci. de ora. libro quinto. Illa oratio fuit mihi exẽplar bene dicendi. Ponuntur & pro eodem. Cic pro muræna. Domesticum te habere dixisti exẽplum ad imitandum. & idem. Ad imitãdum uero tam mihi propositum exemplar illud ẽ q̃ tibi. Cæteꝝ est ipsa res quã imitamur aut deuitamus est exemplum: ut in Catone. Exẽplaria multa sunt ut unius exempli redditæ binæ litteræ. i. eiusdẽ formæ: & duo uel tria exemplaria æneidos. i. multi codices eodem exemplo. & exemplar ab exemplari sumitur non ab exemplo. Nam exemplum incorporale est quasi forma exẽplar plæꝝq; corporale. Cic. ad Appiũ. Ex his litteris quaꝝ ad me exẽplum misisti. & ibidẽ. Tum Plautus exẽplar eius chirographi Ticio misi hic de pagina scripta intelligendum est: quod corporale est ille de sententia: quæ in pagina cõtinet uel potius ex pagina pcipitur. Ouidius tamẽ de tristibus. Pluribus exemplis scripta fuisse reor. Reperitur etiam exemplarium pro exẽplar. Plinius. Iuba hæc omisit i hoc tractatu: tusi exemplarium uitiosum est. Exemplũ est etiam exornatio. Lau.

Exercitum nõ unã cohortẽ: aut unã alam altum: sed numero multos militũ. Nam exercitui præesse dicimus eum qui legionẽ. uel legiones cum suis auxiliis ab iperatore com

missas administrat.

Exercitus nomen ab exercitatione traxit.

Execrarent. Afra. in incendio experiurabát execrabant se ac suos. Nonius.

Exerciti pro exercitus. Act. in armorum iudicio. In quo salutis spesq; summas sibi habent summam exerciti. Var. de uita patrum li. secúdo: quibus cum tempore fecerant frætus sine publico cõsilio dederút hosti quotquot Decius imperator propter exerciti saluté foedis manibus deuouit. No.

Exerceo fatigo. Virg. in æne. Nate iliacis exercite fatis. Seruius.

Exequi pro declarare ac exprimere positú est. Cice. in epi. ad M. Var. Habeo multa occulti ora quæ uix uerbis exequi possum. Ser.

Exercitus quos exercitando fit melior. Var.

Exfit purgamentum: unde adhuc manet suffitio. Festus Pompeius.

Exfiliati. i. extra uestimentú filio cõtextú. Fe.

Exfun exfusi: ut mertat pro mersat. Fe.

Exfundere a fundo auertere. Cecilius antipatei libro septimo Respublica amissa exfundato pulcherrimo oppido No.

Exgregie egregie idest egrege lecte. Festus.

Exhaurio finio termino. Vir. quarto æn. Heu quibus ille iactatus fatis: quæ bella exhausta canebat. Seruius.

Exhaurio finio. Vir. secundo ge. Cui núquam exhausti satis est. Seruius.

Exhaustant efferunt. Fe.

Exhorreo hác rem idem quod expauesco: postulatq; semper accusatiuum. Lau.

Exhibere apud prætoré os: ut ex autore eius signatores admoniti uenient ad recognoscéda. ac si forte nõ obtemperent testes. Labeo scripsit coerceri eos a prætore debere in titulo ad exhibendum digestoꝝ pandectaꝝ decimo Exhibere inquit Paulus est facere i publicum potestatem uter qui agat experiúdi sit copia. Subiungit Vlpianus in hac actione Nam actor debet nosse & dicere argumenta rei. de qua agitur.

Exhibere negocium illud facere uel facescere negocium illi est labore uel molestia afficere frequenter per accusationem. Nam negociú pro labore sæpe accipitur. Cicero de natura deorum. Dii nec habent negocium ipsi: nec alteri exhibent. Quinti. si negocium innocéti facit. Idem: si innocentem reum facit insectatur: & ad pœnam uocat. Lau.

Exhiberi inferri. M. T. de offi. lib. iii. Quod cú audiuisset adolescens filius negociú exhiberi patri Ser.

Exhibere est qui præstat eius de quo agit' præsentiam & corpus: ita exhibere est præsentiá corporis præbere. Ser.

Exibius uel exibiis liguribus dictus est ad reliquum latus massiliæ portus. Stra.

Exilis etiam a græco factum denominatiuoꝝ seruauit regulam. Pri.

Exitani in hispania ciuitas est eletanorum iuxta malam intra angustias ad fretum & calpen. Strabo.

Exhibere est facere in publico potestatem: ut ei qui agit experiundi sit copia.

Exhibere est materiæ ipsius apprehédendæ copiam facere.

Exhibere. in publicum deducere: & uidédi rágendiq; hominis facultaté præbere: proprie autem exhibere est extra secretum habere.

Exhibet qui præstat eius: de quo agitur præsentiam. nam etiam qui sistit præstat eius de quo agitur præsentiam: nec tam eum exhiber qui mutum: aut furiosum; aut infantem exhibet non potest præstare uideri eius præsentiam. Nemo enim ex eo genere præsens satis apte appellari potest: ita apud Labeoné scriptum est. Pomponius de uerború significatione.

Exilium triplex est. aut certorum locorum interdictio: aut lata fuga ut omnium locorum interdicatur præter certum locum: aut insulæ uinculum: idest relegatio in insulam. Martianus de interdic. & re.

Eximendi uerbum generale est: ut Pomponius ait. Eripere enim est de manibus auferre ꝑ raptu. Eximere quoquo modo auferre: ut puta. Si quis non raperet quem: sed moram faceret: quo minus in ius ueniret: ut actionis dies exiret: uel res tempore amitteretur uidetur exemisse quáuis corpus nõ exemerit: sed si eo loco retinuerit non abduxit: his uerbis tenetur. Pau.

Existimatio est dignitatis illesæ status legibus ac moribus cõprobatus: quæ ex delicto nostro auctoritate legum: aut minuitur: aut cõsumitur. Minuitur existimatio quotiens manente libertate circa statum dignitatis pœna plectimur: sicuti cum relegatur quis: uel cum ordine mouetur: uel cum prohibet' honoribus publicis fungi: uel cum plebeius fustibus cæditur: uel in opus publicum detur: uel quom in eam causam quis incidit: quæ edicto perpetuo infamiæ causa memoratur. Consumit' uero quotiens magna capitis diminutio interuenit: idest cum libertas amittitur: ueluti cum aqua & igni interdicitur: quæ in persona deportatorum euenit: uel cum est plebeius in opus metalli: uel in metallum datur: nihil enim referre. nec diuersa est pœna operis & metalli: nisi quæ fugæ operis non tuortis. sed pœna metalli subiiciútur. Pau.

Exiles exilia tenuitate uiarii:quas græ. i chartis martifica appellant:ita uidétur esse dicta. Festus.

Exilica causa quæ aduersus exulem agit. Fe.

Exitium antiqui ponebant pro exitu:nūc exitium pessimum exitum dicimus. Fe.

Exinfulabat: exercebat. Infulas enim sacerdotum filamenta uocabant Fe.

Existimare dictum ab existimatione. Fe.

Eximium inde dici cœptum aiunt: quod in sacrificiis optimū pecus ex grege existimabat: uel quod primum erat natum. Fe.

Exin exinde: proin & proinde dicimus. Do.

Exin metri causa pro exinde. Fe.

Exiurare & deiurare: idest ualde iurare: & deamare. Plau. in amphi. Exiurasti mihi te dixisse per iocum. No.

Exigor pro a me exigitur. Cecil. i excino. Ego illud minus nihilo exigor portuorium. No.

Exinanita euacuata Sisen. histo. lib. iiii. Denique exinanitis castris Romani qui clausi se loco potuerant expedire. No.

Exigere ui extorquere. Ci. de diuinatione. Et cū esset tritici modius sextertiis duobus ꝓ frumento in modios singulos duodenos sextertios exegisse. No.

Exigere inquirere uel perdiscere. Virg. i. æneì. Quærere constituit sociisque exacta referre Nonius Marcellus.

Exigere est excludere. Plau in aul. Itaq; oīs exigit foras. Teren. in an. Spectandæ an exigendæ sint uobis prius. Afra. fratris retinebitur ut uoluntate una probabili prægnantem quod nō exigat. Neuius i danae. Indigne exigor patria innocens. Ci in phil. li. ii. Claues adeunt forasq; exigit. Lucil. li. xxvi. uestimentis frigus atq; horrorem exactu'æ putet. No.

Exigere debitum repetere. M. T. i epis. ad Cassium. Sed non urgeo: lōgiores enim expectabo uel potius exigam quando hercle ego temere exigam. Nonius.

Exigere significat agere. Plau. in captiuis. Soluenti dare: & tu cuius causa hanc ærumnam exigo. Vir. i. æne. Omnis ut tecum meritis ꝓ talibus annis Exigat. Teren. in ecy. Illiq; exopto ut relinquam uitam exigat. Luci. li. xxix. Cum cognoueris uitam sine cura exiges. N.

Exigere facere cogere. Vir. ii. æne. quos improba uentris exegit cæcos rabies. No.

Exigere definire constituere. Virg. li. iiii. æneì. Decreuitq; mori tempus secum ipsa modūque exigit. No.

Exigere extra agere explodere expellere. Ter. i an. Spectandæ an exigendæ uobis prius sint Idem in ecy. Nouas qui exactas feci ut inueterascerent. Do.

Exigeret expelleret: quænam ratio est: cur mulierem tuam tam acerbam domo non exigeret. Au. G.

Existo & exto faciunt extiti: & significant eminet & superest: primum cum motu: alterum sine motu. ut illud sic ꝓdit uel exurgit: hoc uero superstat Ci de diuinatiōe. Summersus equus uoraginibus nō extitit: de rebus quoque mētis dicitur extitere: ut idē extitit hoc loco quæstio subdifficilis de extare. Virgili. Torpēt mole noua & summis uix cornibus extant: inde dicūtur extare libri qui demortui non sunt quasi extra stare. Cice. Quæ ut scis extat oratio Lau.

Existimatio in malam partem. M. non solum existiatas sed mulctatas quoq; a iudice mulieres refert non minus si unum in se q̄ si probum & adulterum amisissent. A. G.

Exire manifestam habet significationem. Te i eunu. Exi scelestę foras: ac etiam resistis fugitiue. Nonius Mar.

Exire uitare. Vir li. v. Corpore tela modo atq; oculis uigilantibus exit. No.

Exire erumpere. Virgilius libro secūdo æneì. Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis exit. Nonius.

Exigo exquiro. Vir. i. æneì. Quærere cōstituit sociisq; exacta referre. Ser.

Exigo expello. Teren. in an. Spectandæ an exigendæ sint. Seruius.

Exiles sunt porci qui nati hyeme propter frigora quis matres aspernantur propter exiguitatem lactis. Varro.

Eximium quod eximitur: eximias hostias dixit Vir. quæ ad sacrificium destinatæ eximitur a grege: uel ꝙ eximia spe numinibus offerendæ eligātur ut quattuor eximios præstāti corpore tauros. Ma. de sa.

Exit pro euitauit. Virgilius noue posuit: Corpore tela modo at oculis uigilantibus exit. Macro. de sa.

Ex legibus uerbum sic accipiendum est: tā ex legum sententia q̄ ex uerbis.

Exoletus ab exolesco adultum significat adiectiuum. Plau. Reliqui domi exoletam uirginem: sed substantiuū scortū masculū significat & præcipue iam adultum. Lau.

Exoleo exoleui: unde exoletus. Plau in medico domi reliqui exoletam uirginem iā grandem quæ exoleuerat. Pri.

Exoche eminentia uel excellentia: quare catexochen per excellentiam interpretat. T.

Exochus eminens. T.

Exorcismus adiuratio: ab ἐξορκίζω. T.

Exoletus qui adolescere. i. crescere desiit. F.

Exodium exitum. Festus.

Exodium non ab ὠδὴ & ideo nō per œ: sed ab ἐξοδιάζω: quod est erogo uel expendo.

Erogatio luue. Notum exodium: idest consueta contributio & erogatio; quæ ex ludis dicebatur. Suetonius: atellanico exodio proximis ludis. T.

Exodiū est finis a græ. tractū: quasi ἐξωτικὸσ λοι. idest extra uiam. Varro. cum in uinculis publicis esset: & iam bibisset in exodio uitæ ītē eos puto uel peto uitæ cursum: ut cognoscere possem; & quæ seruitutis & libertatis ab origine ad exodium ductæ. Item in taphemenippo. Quod cœperas modo i uia narra. ut ad exodium ducas. No.

Exoriri dicitur qui expectans iuadit aliquem. Ter. in ecy. Tu sola exoriere quæ præturbas hæc tua ipudētia: exoriere idest existas. Do.

Exoriri surgere. Fe.

Exomides sunt comici uestitus exertis humeris. Festus Pom.

Exodium finem significat: ut Pompe. interpretatur. & Varro affirmat. Varro. modo in uia narra ut ad exordium ducas. Exodia itē ridicula intexta uersibus; quæ iuuenes iter se iactitare cœperunt nolentes fabulas agere: sed proprios uersus componentes: ut scribit Liuius: ea sunt inserta fabulis atellanicis. partē igitur fabulæ ridiculis lasiuiētem exodium appellaret ἐξωτικὸσ ωτικὸσ quasi extra cantilenam.

Exodium Liuius lib. vii. motis histrionibus fabularum actu resoluto ipsa inter se more antiquo ridicula itexta uersibus iactitare cæpit: unde exodia apellata consertaq; fabulis potissimum atellani sunt usi.

Exordiū est initium: unde & uestis ordiri dicitur cum instruitur de texenda Vir. iii. æneι. Quonā reginam ambire furentem Audeat affatu quæ prima exordia sumat. Ci. i hortē. Perge quæso nec enim imperite exorsus. Lucil. li. xxix. Verum tristis contorto aliquo ex pacuuiano exordio. Ci. in timeo dicit. Facillimum autem est in omni conquisitione orationis exordium. Varro in onos lyras; qui fabularum collocant exordiā. No.

Exorbebo pro exorbeam. Plau. in epidico. Iam ego me conuertam in hyrundinem: atq; horum exorbebo sanguinem. Turpilius in leucadia. Iam ego istā tibi tristitiā exorbebo. N.

Exoluere expedire. Te. in ecy. Illas errore & te simul suspitione exoluas. Do.

Exos dicitur sine osse. Lucil. li. xxx. Exos & exanguis tumidos perfluctuat artus. No.

Exornare ornare extruere istruere. Plau. i aul. Repudium rebus paratis exornatis nuptiis. Vir. iiii. æneι. Pulchramq; uxorius urbē extruis. Ci. in tusculа. Modo est aliqua patientia si nulla est quod exornamur philosophia Nonius.

Exoticum aduenticium a græco. Plau. in mustellaria. Non omnes possunt olere unguēta exotica. No.

Exoticū dicit peregrinū uestimentū. Plau. in epid. Basilicum aut exoticum. No.

Ex ordine sine intermissione. Vir. iii. geor. Seprem illa totos perhibent ex ordine menses: fleuisse. Ser.

Exorare impetrare. Vir. ii. æne. Hic elenus primum cæsis de more iuuencis exorat pacem diuum. Ter. in an. Gnatam ut det oro. uixq; id exoro. Ser.

Exoticus peregrinus & externus aduentitius: Plau. in mustel. Nō omnes possunt olere unguenta exotica. Ser.

Exoraui munus: idest orando impetraui: exoraui patrem idest orando īduxi. La.

Exornare fœdare. Te. in heau. Ego ne si uiuo adeo exornatum: adeo depexū dabo: ut dū uiuat meminerit semper mei. No.

Exornare ornare. Ci. i uer. de signis. ornat ample magnificeq; triclinū. Ter. in eu. Ita uisus est dudum: quia uaria ueste exornatus fuit. Ci. li. i. de ora. quin omnes eloquētes fuerūt: & orationem suam. & repu. dignitatē exornabant. No.

Experrectus a corrigēdo seuocatus; quod fere facimus recentes surgentes a somno. Fe.

Expreta antiqui dicebant: quasi exptia habita Festus.

Expatare in locum patentem se dare: siue i spatium se conferre. Fe.

Explorare antiqui pro exclamare usi: sed postea prospicere & certum cognoscere cœpit significare. Itaque speculator ab exploratore hoc distat: quod speculator hostilia silentio prospicit explorator peccata clamore cognoscit. Festus.

Expapillato brachio exerto: q. cum fit papilla nudatur. Festus.

Experitos imperitos. Fe.

Expectorant: pro ex pectore eiiciunt. Fe.

Experrectus est qui per se uigilare cœpit. Fe.

Expergitus ab alio excitatus: quē solemus dicere expergefactum. Fe.

Exporgere porro agere. Fe.

Expes sine spe. Actius i eurysa. Ille orbis expes liberū medea exuli iter hostis expes expers. Nonius.

Expectorare est extra pectus eiicere. Actius in phœnissis. Incusāt ultro a fortuna opibusq; oibus desertū abiectū afflictū ex animo expectorant. Idem in epigono. Eloquere propere: ac pauorem hunc meum expectora. Cicero de ora. li. iii. Tum pauor mihi sapientiā omnem exanimato expectorat. No.

Expirare dictū est a spiritu effuso; uel a spira-

m.n bus.Lucil.lib.iii.Expirans animam pul monibus æger agebat.Idem.xxvi.Vt illuuie facere per uentrem uel curationibus distéto corpore expiret uis.No.

Expediti & impediti ex una .ppriętate habent uocabuli causam aut ex solutis pedibus: aut ex illigatis Sisen.histo.lib.iii. Inermes armat ipeditos expedit sine ullo suoq; uulnere cun ctos interficiunt.No.

Exporrectum extentum. porrectum est enim tentum:idest porto iactum. Var.in eu.Quæ res in somnium decideris eris iterum experrectus.No.

Expapillato brachio: quasi usq; ad papillã denudato.Plau.in milite.Idem connexũ in humero leuo expapillato brachio.No.

Experunt pro uoluunt.Pacu.in iliona.Dii me &si perdiunt:tamen esse ad uitam expetunt: cum priusquã intereo spacium ulciscendi dã nunt.Nonius.M.

Expalpare eligere.Plautus in penulo. Quid faciam exora.blandire expalpa. Pomponius in collegio Si qd expalpare possum ab illo.Pla. in aulu Nunc seruus argẽtum a patre expalpabitur.Nonius.

Expergo pro expergefacio.Actius in antiq Heus uigiles pro parte expergite pectora tarda sopore extergite:satia nunciis bacchis exemplo excitæ uadit.quia genitrix & omnis uoces expergite somno.No.

Expeto quære in uerbo appeto.Lau.

Explodere quære in uerbo complodere.Lau.

Exploratum esse quære in uerbo compertum est.Laurentius Valla.

Expostulo est cum querela apud amicos req, ro.& quasi officium amicitiæ in alio desidero:ut Teren.in adel. Quam ipsi fecerunt ultro iniuriam expostulant: Frequentius cum ablatiuo.Lau.

Exponere per exempla boni ostentare.Ci.in academicis lib ii.Frangere auaiciam: scelera ponere:uitam suam exponere ad imitãdum iuuentuti No.

Expulsim dictum est a frequenti pulsu.Varro in serra.peractepurgatum scito quoniam ui debis Romæ i foro ante ianuas pueros pila expulsim ludere.Nigidius in cõmento libro trigesimo. Cuiusmodi genus aduerbiorũ ad uerbii motu qua euenitur.ut pulsim cursim Nonius.

Explorare est intentius obseruare . Vir.lib.ix. Necnon & trepidi tres formidine portas explorant.Marcus Tullius de officiis libro.ii. Hac ui non utatur nisi exploratum quidem habeat id omnino neminem unquam suspicaturum.Nonius.

Explorare uerum inquirere. Vir.æneı.libro.i. Exire locosq; explorare nouos.

Explorare probare.Ci.inuerient acti.secunda Tum in reliquis explorata quidem atq; pro uisa Lucilius libr uigesimonono.Certũ scio esse ita ut dicis nam mihi erant de illo exploratạ omnia.M.Tullius de senectu. Quis est tam stultus quis adolescens,cui sit exploratum se ad uesperum esse uicturum.No.

Explorare siccare. Virgilius primo georgico. Et suspẽsa focis explorat robora fumus. Nonius Marcellus.

Experiri est pati sentire. Virgilius primo æne. Vos & cyclopea saxa experti. Terẽtius i ecy. Nam fuisse erga me miro ingenio expertus sum.No.

Experiri tentare.Virg iiii.æneidos. Ne quid i expertum frustra moritura relinquat.Teñ.i eunu.Omnia prius experiri consilio q armis sapientem decet.Lucilius lib.trigesimo. Summatim tantii experiar rescribere paucis.Plautus in asina.dignos indignos adire atq expe riri certum est mihi.No.

Experiri scire.M.Tullius in epistolis ad Brutũ li.vii.His contraria atq; parata: ut esse soleat expertus sum. Vir.ix.æneı. Experto credite quantus in clipeum assurgat.

Expedire utile esse.Te in heau.Expedit bonas esse uobis nobis quibus cũ res est nõ sinunt Lucil.lib xxvi.Ego enim aut pueritiã ut me amare expediat dictis.Te.in phor. Atq ea si potest uerba expedi.No.

Expedire liberari.Vir.ii æneı. Flãmam iter & hostis expedior.Te.in ecyra. Teq; hoc ci mi ne expedi.Sisen histo.libro quarto. Funis ex pediunt claustra foribus imposita percitantur.Nonius.

Expedire proferre. Virgilius primo æneidos, Cererenicq; canistris expediunt.M. Tan uer. de suppliciis.Hominem proripi atq in foro medio nudari ac deligari: ut uirgas expediri iuber.Nonius.

Expedire colligere.M.Tullius ad Cæsarem iu niorem libro primo. Cæteris autem generibus tunc pecunia expedietur cum legiõibus uictricibus,erunt quoq; stipendia persoluenda.Nonius.

Explere dicitur implere. Lucilius libro trigesi mo atque expleri bonis rebus satiariq; nunquam. Virgilius quarto georgicorum. Improbus illuuiem ranisq; loquacibus explet. Nonius.

Explere minuere. Virgilius libro sexto. Discedam explebo numerum rebarque tenebris. Nonius.

Exponere extendere. Cice.de signis.Vocat ad cœnam:deinde ipse prætori exponit copias suas omnes.No.

Exponere deponere. Virgil.ix.æneí.Socios de puppibus altis exponunt.No.

Exponere differere.M.T.in phi. libro primo. Exponam uobis breuiter consiliũ profectionis & reuersionis meæ.No.

Expugnare quære in uerbo debellare.L.

Exprobrare quære in uerbo opprobrium. L.

Exponere abiicere. Ter.in heau.erat hic corinthia anus haud impura ei dedi exponẽdam. Nonius Mar.

Expositum subiectum.M.T.in uer. actione secunda.Cum tibi exposita esset ad prandium omnis pamphilia.No.

Explanare manifestare exponere.Ter.in phor. quem amicum fuisse tuum ais istum explana mihi Do.

Explicare ostendere explanare. Cicero in uer. de signis. Vitam alterius totã explicare. Idẽ de officiis libro tertio. Vt quædam sibi concedantur:quo facilius quæ uolunt explicent Nonius Mar.

Explicare emittere extendere quæ uirtus præter cæteras totam se ad alienas utilitates porrigit atq; explicat. Var.sexq; ulyssetuas stelligeras æthereis explicans ære cauo sonitum his i cothurnis. Explicare exercere. M.T.de offi.lib iii.Explica atq; excute intelligẽtiam tuam ut uideas quæ sit mea species firma notio uiri boni.No.

Expectare sperare.M.T.de officiis libro secundo.Fit enim deterior qui accipit:atq; etiã ad expectandam semper paratior. Virgilius primo geor.Sed illos expectata seges uanis elusit auistis Nonius.

Expectare desiderare Virgilius Expectatã uenis.Terentius in andria. Expecto quid uelis & deest scire:ut sic. desidero scire quid uelis. nam si tantum dixisset quid uelis nihil desideraret expositione Do.

Expectatio & spes differunt. Nam expectatio certorũ est.Spes incertorum:& expectatio ꝓpinquarum rerum.Spes longinquarum. Expectatio destinat tempus.Spes non destinat. Expectatus etiã dicitur odiosus & molestæ uitæ.Nam filiis parentes aut amabiles sunt: aut expectati.amabiles boni:expectati mali, quorum mors in dies singulos expectãda & exoptanda est. Expectamus ante diem. Speramus ad diem:unde auidior intelligitur ille qui expectit:q̃ ille qui sperat. Terentius ĩ adel.Potiusquã ubi te expectatũ eiecisset foras.Donatus.

Expectare experiri Idem i phor.Ita eum expectatiem:& expectare sperare. Ci.in catil. quid expectas?Donatus.

Expectare & sperare differũt. expectamus enĩ tam bona q̃ mala.speramus bona. Teren.in an.Atq; expectabam quidem cõtinuo præter spem euenit.Do.

Expectare est a deo poscere.No.

Expectare transferre euadere. Plau.in amphi. Sua si quid pro culpa expectare mortalẽ: ut sinat. Nonius.

Expectare accipere Plau.in amphi. ergo expectant multa iniqua.Nonius.

Expleri & saciari habent differẽtiã.Expleri est tãtũmodo plenum esse: saciari supra modũ. Lucre.libro sexto: deinde animi in gratiam naturam pascere speratque expleri bonis rebus;saciarique nunquam. Cicero de republica libro sexto. Graues enim dominæ cogitationum libidines infinita quædam cogunt: atque imperant quæq; expleri ac saciari nullo modo possunt eos quos illecebris suis incenderunt.Nonius.

Exprobratio est cõmemoratio beneficii cum enumeratione factorum Do.

Expuere est cum fastidio aliquid deiicere & expellere.Nam expuere est ex: idest extra pus mittere.Pus enim est omnis humor corporis onerosus.Terentius in eunu. Illam ubi expueret miseriam.Donatus.

Expiscari est diligentissime quærere ubinã pisces lateant. ergo tractum uerbum a piscatoribus. Ter.in phormione.Proinde expiscari: quasi non oris.Donatus.

Expergisceret pro expergisceretur. Pomponius in agamẽnone.Supposito nequis metuetur cum tam clare conuenit: ut si quis dormitaret expergisceret.Nonius.

Expalpabitur pro expalpabit: quod est extorquebit Plau.in aulu.Seruus a patre argẽtum expalpabitur. Nonius.

Exprobrat qui cõmemorat quæ præstitit:opprobrat qui opprobrium obiicit:hoc est uitium.Caper.

Expungo emitto foras:tractum a militibus q̃ expuncti dicuntur:dum foras e militia mittuntur.Cornutus in Persium.

Expugno uero expunxi diximus. Pri.

Expergiscor quod a pergo est experrectum facit;q̃uis uetustissimi expergitus dicebat. Lucilius lib.iii.E somno pueros cum mane expergitum clamas Celius: & si ego obdormiero rure ipse ubi eris experrectus.

Exponere differere. Ci.in philip libro primo. exponam uobis breuiter consilium profectionis & reuersionis meæ.

Exploratores qui secreta nunciant hostibus,proditores sunt:capitis pœna luunt.

Expugnatur nauis cum spoliatur aut mergit̃: aut dissoluĩt:aut pertũdit̃: aut funes eius exciduntur:aut uela conscindant̃:aut anchora inuoluitur de naui.

Experientia usus non doctrina. Virgilius primo georgicorum. Atque apibus quanta experiẽtia parcis. Ser.

Exploro delibero. Vir. primo æne. Tuus est regina quod optes explorare labor. Ser.

Explodo eiicio uitupero. Ci. primo offi. aristonis pyronis & erilli iampridem explosa sententia est. Ser.

Expleri sic distinguitur a saciari: ut expleri tãtummodo plenum esse: saciari uero ultra modum. Lucili. libro sexto: expleri bonis rebus saciari nunq̃. Ser.

Explicauit Ci. dicere maluit: q̃ explicuit: quia iucundius ad aurem cõspectiusque quod esse iã usitatius cœperat. Verba sunt hæc ipsius in oratione quã de imperio Cn. Pompei habuit. Testis est Sicilia q̃ multis undique cinctã periculis non terrore belli: sed consilii celeritate explicauit: ac si explicuit diceret imperfecto & debili numero uerborũ sonus clauderetur. Aulus G.

Expensum ferre est scribere: & pecuniam dedisse. As.

Exquiria ludi quos Romulus Marti instituit: per equorum cursum: qui in campo martio exercebatur. Festus. Vel equiria ab equorũ cursu, eo enim die currunt in campo martio ut inquit Varro.

Exquirine iusiurandum per quirinum. F.

Exquisitum. Varro. i aiace. Stramentitio ac re æger medicos exquisitum ut, conualesceret. Nonius.

Exquilinæ secũdæ regionis: alii has scripserũt ab excubiis regiis dictas. Alii ab eo quod ex cultæ a Rege Tullo essent. Var.

Exquiliæ duo mõtes habiti: quod pars cespes mons suo antiquo nomine: etiam nunc i sacris appellatur. Vario.

Exquilinus lacus Romæ fuit sub monte qui oppius dicitur.

Exquinus est cespius mons septiceps apud ædẽ iunonis lucinæ: ubi æditimus haberi solet. Vario.

Exthodus æque est mæsie fluuius.

Erogare est ex lege ueteri aliquid eximere per nouam legem. Festus Pom.

Expes dicitur quasi sine spe. Actius in eurysa. Ille urbis expes liberum medea exuli iter ho spes expes expers. No.

Exquirunt noue positum a Vir. Pacemque per aras exquirunt. Macro. de sa.

Extra dicta quod ea diis præsecẽtur; quæ maxime extant eminentque. Fe. Pom.

Exter quoque inuenitur. Statius in. xi. Sed quid apud tales qs nec pignora sua cura exter hominos. Ex quo Vir. in. iiii. ænei. Extera quære regna. Pri.

Extimus quoque pro extremus antiqui dicebãt. Pli. in sexto natu. histo. Duchium canusium Apuliæ extimum. Pri.

Exterior extremus uel extimus. Plaut. in truculẽto. Bona perdidi mala repperi: factus sũ quasi extimus a uobis. Pri.

Extingo extinxi cuius simplex stinguo raro ẽ in usu. Virg. iiii. ænei. Cum genere extinxem meme super ipsa dedissem: pro extinxissem protulit. Cicero tamen in arato, stinguẽs participio usus est: quod a uerbo stinguo nascitur quem neque tempestas pertinet: neque lõga uetustas interimet, stinguens præclara insignia cæli. Idem passiuum eius uerbi in prognosticis protulit. Vt cum luna means hyperionis officit uerbi stingũtur radii cæca caligine tecti. Priscianus.

Extricata expedita liberata. Hora. li. car. certa plagis extricata. Acron.

Extimum extremum significat: ita ut intimo sit contrarium. Fe. Pom.

Exterraneus ex altera terra. Festus Pom.

Exterricineus quoque dicitur is qui ante tẽpus natus: uel potius electus est. dictus autem exterricineus ut quem nexter exterrita aluo eiecit. Fe. Pom.

Externus ex alia terra. Fe.

Extorris dicitur extra terrã uel terminos. Actius in eurysace. Nũc per terram uagus extorris regno exturbatus mari. Turpil. i leninus. Neque durare possunt: ita hæc inscitia atque dementia facit extorrem. Salu. i iugur. Sicuti uideris extortem patria domo inopẽ & cooptum miserus effecit. N.

Exterminatũ est extra terminos missum. Lucil. li. xxix. Non rediret ad se atque illam exterminare miseram. M. T. de officiis lib. iii. Atque omne genus pestiferum; atque impium ex hominum cõmunitate exterminandum est. N.

Exterrebrare ẽ uel aliquid extorquere & scrutari & curiosius quærere. Plau. in astraba. cũ curiosius loqueretur terebratum quidẽ pertundit. Nonius.

Extundere est extorquere uel inuenire. Afra. i epistolis. Itaque adeo extundo ex officio datur mihi custodiendus. Virgi. in geor. Vt uarios usus meditando extunderet artes. Paulatim. Nonius.

Extinguere inter & opprimere sterefse uoluit. Tul. de amici. ut sit maius opprimere q̃ extinguere. Primum danda opera est: ne qua amicorum dissidia fiant sin tale aliquid euenerit ut extinctæ potius amicitiæ q̃ oppressæ uideantur: quasi quod extinguitur possit reclamari: quod opprimitur non queat. No.

Extispices proprie haruspices dicti sunt quod extra aspiciãt. Actius in medea. Principio ex-

rispicium ex prodigiis congruens ars te arguit. Varro in serano. Te in consulem mihi pedum cedere subsidio & hostia: sed extispici disputanti relinquo.

Extrariú quasi alienú. Afra. insuspecta ut me esse in hac re ductat abs te extrarium. No.

Extrarium ab extraneo sic distiguit. extrarius q est extra focú sacramétú: iusq; sit extraneus ex altera terra quasi exterraneus. F.

Extrahunt pro exibunt. Afra. in actio. Simul limen intrabo illi extrahunt illico. No.

Exterritum pauefactum significat. Virgil. v. æne. plausumq; exterrita pennis. dat tecto ingentem. Varro i eumenidibus. Videmus populum furiis instinctú tribus diuersum ferri exterritum formidine. No.

Exterritum accensum inflámatum. Vir. geor. libro tertio. Sæuit agris asperque siti: atq; ex territus æstu. No.

Extollere differre. Cecil. in plocio. Abi intro atq; hæc aufer: tamen hodie extollet nuptias. Nonius.

Extundo studiose reperio. Vir. i. geor. Vt uarias usu meditando extunderet artes.

Extemplo illico: & est augur: sermo. téplú eni dicit locus manu designatus in ara: post qué focum illico captant auguria. Virg. æn. Extemplo æneæ soluunt frigore mébra. S.

Extemplo est uerbum augur: qui uisis augurus extemplo surgebant. Ser.

Extendere egredi. Fe.

Exterminauit ut côterminauit dementé fecit Catul. Ha miseria assiduis quam luctibus exterminauit spinosa critina ferens i pectore curas. Nonius.

Extorquere & torquere differút. Torquemus enim hominem. extorquemus ueritaté. Te. i adel. Immo hercle extorquere. Do.

Extimare unde eximias pecora dicuntur quæ a grege accepta sunt ad usus dominor: suorum ut uberius pascát. Sed pprie eximii súut porci maiores: q ad sacrificandú excepti uberius pascant: & boues qui ad hoc electi sunt egregii dicunt & oues lectæ. Vir. Mactant lectas de more bidentes. Ter. in ecy. ut eximiú neminem habeam. Do.

Extrudere proprie dicitur q manibus expellit & est uerbú necessitatis. Teren. in ecy. Eo amante inuitum Páphilú extrudit pater: núc translatione utitur cú dixit extrudit. Do.

Extiema linea. Quiq; lineæ perfectæ sunt ad amorem. uisus: colloquium. contactus: oscula: coitus Donatus.

Extillare est gutture exponere & extillare ipsú corpus guttatim finiri. Teren. i phor. Lachrymis si extillaueris. Do.

Exui est exolui. Vir. ii. æne. Sustulit exutas uinclis ad sidera palmas. No.

Exui nudari. Vir. v. æn. Magna ossa lacertosq; exuit. Nonius.

Exui liberari. Lucil. li. xxx. Vnde domum uix redeat uixq; hoc exuat se. No.

Exuere deponere. Vir. æne. li. iiii. Et si qs precibus locus exue mentem. No.

Exulo duobus modis dicit: & de loco in quo exul est: & de loco in quo eiectus est. Teren. i eunucho. Nam domo exulo. Do.

Exultare sæuire. Marcus Tul. de republi. libro quarto. Quæ sanguie alitur: quæ omni crudelitate exultat: ut uix hominum acerbis funeribus satietur. No.

Exultare est gestu uel dicto iniuriá facere. Lucil. lib. xxx. Quin totum purges de bella siue decueras exultes sollicites. Vir. v. æne. Exultantiaq; haurit corda pauor. No.

Exultare cum iactantia gloriari. Virg. x. æneidos. At medias inter cædes exultat amazon Marcus Tullius in hotten. Imbecillis autem est pudoris magister timor qui siquando aberrauerit: statim spe impunitatis exultat. Et de senectute. Hannibalem iuueniliter exultátem patientia sua molliebat. N.

Exultare supra modú exilire & efferri. M. Tullius de repu. Est igit quiddam turbulentu i hominibus singulis: quod uel exultat uoluptate uel molestia frangitur. No.

Exuuias & spolia nô solum hominum tegminaaut uestes dici posse Virgilius auctor est libro secundo georgicorum dicens de serpéte. Cum positis nouis exuuiis nitidusq; iuuéta uoluit. Lucretius. Nam sæpe uidemus illorum spoliis uere uolitantibus auctas. No.

Exuerunt siluestrem animum Virgilius dixit noua ex cogitatione intellectus. Macrobius de satur.

Exuuiæ ab exuendo dictæ. Fe.

Exules dicuntur extra solum. Virgilius tertio georgicorum. Longeque ignotis exulat oris & sequétibus. Et stabula aspectans regnis excessit auitis. Nonius.

Exurigo fames. Varro in taphemenippo. Vbi iubet ire accubitum accedo strennuus sublimus quod exurigo fundebat costas. Nonius Marcellus.

Enygmate thebano idem par monstrum thebano enygmati.

Enygma thebanum proposuit spinx oedipo: quis esset qui prius quattuor pedibus mox duobus: postremo tribus respondit oedipus est hominem: auctor est Diodo.

Latinæ dictiones: græcæ uero per ph. ut phytne phalanx faleræ facile. Caper.

Faberis: hic & farfarus dicitur fluuius fabinorum est: & corrupte faber nũcupatur a pluribus

Fabam nec tangere nec nominare diali flamini licet quia ea putatur ad mortuos pertinere. Nam & lemuaribus iacitur laruis & parentalibus adhibetur sacrificiis: & in flore eius luctus litteræ apparere uidentur. Fe.

Fabacia carneam deam: quæ uitalibus præest templo sacrauit antiquitas: cui pulte fabacia & lartudo sacrificatur: quo diis maxime rebus uires corporis roboretur. nam & Kalendæ Iuniæ fabariæ uulgo uocantur: quia hoc mense adultæ fabæ diuinis rebus adhibentur. Macrobius.

Fabellæ. Marcus Tullius de finibus bonorum libro quinto. Libenterque se cum his cõgregãt dantque se ad ludendum: fabellarũque audiriõe ducuntur. No.

Fabitronem fautorem. Lucil. li. xxi. Fabitronẽ tibi me amicum amatorem putes. Nonius.

Fabulæ a uerbo fari: ut tragœdiæ & comœdiæ dicta. Varro.

Fabula est in qua nec ueræ nec uerisimiles res continetur quia nec argumenta comœdiarum fabulæ sunt: & tamẽ uerisimiles: ut apud Terentium. Populo ut placerẽt: quas fecisset fabulas.

Fabianus fornix inquit Pedianus: arcus est iuxta regiam sacra uia Fabio Censore constructus: qui deuictis allobrogibus nominatus ẽ ibique scuta eius posita p̃p̃lẽ.

Fabula siue comica: siue tragica quinque actus habere debet. Asco.

Februarium mensem dicauit Numa Februo deo: qui lustrationem potens creditur. Macrobius de satur.

Fabre quære in castella. Ful.

Fabros tignarios dicimus non eos duntaxat qui tigna dolarent: sed omnes qui ædificarent.

Facessere significat interdum facere. ut ẽ iussa facessunt. Interdum uero pro abire ponitur. Pacu. Facessite omnes hinc & abite. Fe.

Facessere est facere. En. in annali. libro primo. Hæc affatus ubique latrones dicta facessunt Afra. in inis. Multa atque molesta es potiri ut dictis facesses. Virg. iiii æne. Imperio læti parent ac iussa facessunt. No.

Facessere significat recedere. En. i eume. Dico uicisse Horestem: dico hinc facessite. Titin. i gemi. ut aliquis uestrorum nunciet gemino ut res suas procuret ædibus facessat. Pacu. in teucro. Te repudio nec recipio nec dico facesse. Item. Facessite hinc omnes parũper tu mane. Cicero de legibus lib. primo. Paulisper facessant rogemus Afra. in liberto. Nolo hic te uideat dominus est puer facesse hinc. Plautus in rudente. Siquis sis impudicus hinc facessas. M. T. in horten. Facessant igitur oẽs qui docere nihil possunt: quo melius sapiẽtiusque uiuamus. No.

Facessere facere & producere duas res significat. Ter. in phor. Hæc hinc facessat. & huc te fac: dicitur pro huc accede. Do.

Facem in nuptiis in honorem Cereris præferebant: aqua etiam spargebatur noua nupta. siue ut casta: puraque ad uirum ueniret: siue ut ignem atque aquam cum uiro communicaret Festus.

Facetus est qui facit uerbis quod uult. Ter in eunu. Facete laute lepide: & dicta & prouerbia: & adagiones quia rem agant facetis hominibus ascribuntur. Donatus.

Facere apertam habet significationem: facere rem diuinam religionibus exhibere. Plau. in aulu. Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. Vir. in bucco. Cum faciam uitula pro frugibus ipse uenito. No.

Facere aliquando est recipere: ut facere stipendia.

Facere inde facinus. facere enim quis & homicidium dicitur. Commerui minoris culpæ ẽ Peccaui multo minoris & leuioris Terẽtius in andria. Quid feci: aut cõmerui patet. Donatus.

Facere fingere inuenire i hoc differunt. Fit quod uerum est Fingitur quod falsum. Inuenitur ne temere fiat. Terentius i andria. Facite fingite inuenite. Donatus.

Facere oportere etiam hanc significationẽ habet ut abstineat quis ab eo facto: quod contra conuentionem fieret & curare ne fiat.

Facere uerbum omnem omnino faciendi causam complectitur dandi uindicandi ambulãdi.

Facere & icipere differũt. Facimus mediocria: Incipimus magna. Do.

Facere rem diuinã religionibus exhibere. Virgilius in buccolicis. Cum faciam uitula pro frugibus ipse uenito. Et Cicero pro Muræna Nolite a sacris patriis Iunonis sospitæ cui omnes consules facere necesse est domesticum: & suum consulem potissimum auellare. Seruius.

Facesso frequẽtatiuum est uerbum. Virgilius æneidos quarto. Imperio læti parent & iussa facessunt. Ser.

Facesso a facio discedere significat. Teren. Hic nunc facessit.

Faces quid est quod nec plures nec pauciores sed quinque tantũmodo in nuptiis accẽdũt:

quis cereos appellant;an illud est quod Var
ro prodidit Impatores tribus uti solitos esse
in ædilibus plures adhiberi.moris est autem
ut ab ædilibus qui uxores ducūt:faces accē-
dant;an quod cum plurimis in rebus nume
ris utantur; cum in cæteris melior ac profe-
ctior sit;& ad nuptias impar numerus cōue-
nientior atq; aptior habebatur. Par enim nu
merus & interuallum suscipit;& eius paritas
aduersat ac pugnat.Impar uero omnino sci-
di non potest. Sed si diuidatur semper aliqđ
cōmune relinquit. Ex omnibus uero impa-
ribus numeris quinarius potissimū nuptia-
lis est. Tria enim primum imparis locum te
nent;duo uero paris:ex quibus tanq̄ ex ma-
re & fœmina quinarius cōnifcetur numerus
an illud magis q; cum lux generatiōis signū
sit,mulier uero non pluris q̄ quinq; uno par
tu natura potest edere.Iccirco totidem utūt
facibus;an q; deos quinq; precari eos putāt;
qui matrimonio cōiungunt Iouem adultū
Iunonem adultam; Venerem suadellam; & i
primis dianam:quam etiam in partu & dolo
ribus mulieres inuocant.

Facibus cur utantur in nuptiis;quære in dicti
one nuptiis.

Faciem totius corporis formam:idest os posu
it antiquitas prudens ; ut ab aspectu species:
& a fingendo figura.ita a factura corporis fa
cies,Plautus in pœnulo.Sed earum nutrix;q̄
sit facie mihi expedi:statura non magna; cor
pore aquilino ipsa est.Pacuuius.Nupta æta-
te integra feroci ingenio facie procera.Salu-
stius libro secundo.Sardinia in aphrico ma-
ri facie uestigii humani in occidentem q̄ in
orientem latior.N.

Facessas idest recedat suadeo in conuiuiis in q
bus lætitiæ insidiatur ; ita uerbis stomaticis
idest occultis delusiōibus; & facetis dictis fa
cessas Seruius.

Facinus factum.Salustius in catil.Qui aliquo
negocio intenti præclari facinoris. aut artis
bonæ famam quærit.Terentius in heau.Nō
fit sine periculo facinus magnum & memo-
rabile.Marcus Tullius de offi.lib.tertio.Pro
missum potius non faciendum q̄ tætrum fa
cinus admittedum fuit.& de senectute.Nul-
lum deniq; scelus.nullum facinus esse:ad qđ
suscipiendum non libido uoluptatis impel-
leret.Nonius.

Facinus rursum scelus.Salu.in catil.Sed in cō-
iuratiōe fuit Quin.Curius haud obscuro lo
co flagitiis atq; facinoribus coopertus. Mar
cus Tullius de offi.libro tertio. Ab hoc nul-
la fraus aberit: nullū facinus . Nonius Mar-
cellus.

Facio æstimo.Ci.ad.C.Cæsarem.Eius libertū
apollinium; iam qui eum uiueret ipse & ma
gnifaciebam & probabam.Ser.

Facio te certiorem:non certum dicimus: neq;
ago. Virgilius uero metri causa dixit.ᵃAnchi
sem facio certum remque ordine pando. Itē
facio tibi gratum:facio ludos: rem diuinam
sacrificium:solennitatem:iacturam:damnū:
naufragium non ago. Quintilianus: In por-
tu naufragium fecimus.Item feci fugam pro
fugi.Feci timorem idest timui: Feci iter.feci
uiam. Copiam rerum nostrarum potestatē:
non egi uel dedi:feci lucrum ; non acquisiui
lucrum;feci urinam;stercus non emisi. Item
facio tibi iniuriam contumeliam. Item affi-
cio te iniuria;contumelia;afficio te molestia
non autem facio tibi molestiam. Feci sermo
nem potiusquā habui : habui orationem nō
feci Laurentius.

Facies īgenitus cuiusque rei aspectus haud fa-
cile mutabilis modus & factura:non os tan-
tum ac genæ : quod Græci προσωπον uo-
cant,ut enim ab aspectu species ; a fingendo
figura;ita a faciendo facies:ut egregia littera
rum facies:& mōtis facies: ut etiam Plautus
in pœnulo;pro totius corporis colorisq; ha-
bitu posuit.Sed earū nutrix qua sit facie mi-
hi expedi;statura non magna corpore aquili
no ipsa est;species uenusta: ore atque oculis
pinguis.

Facio ad corpus. Vultus ad animum refertur
atque uoluntatem. Vnde descendit a uolo
uultum supino ātiquo. Inde uultus mœstus
iratus.Iude superficies non discrepās a facie:
ut facies maris hominis illud quod primū i
tuemur in homine.dicimus tamen confuse:
fædatā facie:fædato uultu.Lau.

Facies antiqui dicebant ut fides. Fe.

Facies idest species. Vir.vi.æneі. Quæ reg; fa-
cies o uirgo effare.Ser.

Facies similitudo.Virgilius secundo georgico
rum.Nec pingues unam in faciem nascunt
oliuæ.Ser.

Facies huius facies declinabant antiqui : sicut
dies huius dies. Virgilius . Libra dies somni
quæ pares ubi fecerit horas.i. libra diei som
nisq;. Similiter dicebāt fames famii: pernices
perniciі;progenies progenii;luxuries luxurii
acies aciі:dies dii. Virgilius. Munera lætitiā-
que dii.i.diei. Au.G.

Faciunt nonī esse non diffitebere:quod ad diē
xii.Kalendas ianuarias. Herculi & Cereri fa-
ciunt luæ prægnante panibus mulso. Macr.
de saturna.

Facitur quoq; & facio pro fit protulerunt au-
ctores,ut Hora.in tinico,Sine me hercle pur
gant,& deorum cura non satis facitur respu
blica.Titin.in quinto. Consiliū bonū gratia

paruifaciant: facessit quoque Ci. pro Cluentio protulit Sed hoc polliceor omnibus: si cui forte hac lege negocium facessit. Vnde igitur in plerisque uerbis compositis actiuum est: ut facio perficio & proficio. Pri.

Faciundum: legendum: scribendum: dicendum: uigilandum: totum hoc necessitati semper adiungitur. Teren. in eu. Faciundum fuit. Do.

Facilis exorabilis ad ignoscendum paratus. Virgilius quarto georgicorum. Et faciles uenerare napæas Ser.

Facilis & clæmens in hoc differunt: quod facilis est cuius ira cito soluitur. Clæmens quod non irascitur. Te. i adel. Re ipsa repperi facilitate nihil esse homini melius neque clæmentia. Do.

Facile & ferme aduerbia sunt existimationis & confirmantis: & ferme pro facile ponitur & facilitatem significat. Terentius in and. Fidelem haud ferme mulieri inuenias uirum. i. liquido & manifesto. Et facile pro certo ueteres dicebant. Ci. illius ciuitatis facile princeps ferme aduerbium est festinantis. Terentius in andria. Iam ferme moriens. Do.

Facile pro non dubie superlatiuum desiderat: ut facile utilissimus. Comparatiuum quoque & nomina significantia diuersitatem: ut facile dissimilis: & composita a præ: ut facile præstat. Laurentius.

Factio & factiosus initio honesta uocabula erant: unde adhuc factiones histrionum & quadrigarum dicuntur. Modo autem nomine factionis seditio & arma uocantur. Fe.

Factio dicitur malorum consensus & conspiratio. Salu. in catil. Inter bonos amicitia: inter malos factio. No.

Factio item significat opulentiam: abundantiam: & nobilitatem. Sed iam metuo hercle cæsone nimis stulte fecerim: qui ex tanta factione aut opibus ea sum ausus aggredi. Plautus in aulu. Istas magnas factiones. Idem in trinummo Vestras cum nostri factiones atque opes. Turpilius in transylone non uilitate factione frætus interdicere. Cecil. Famam filium occultabat factio. Nonius.

Factio est diuisio ciuium in diuersa studia: cum aliqui principes in ciuitate fieri conantur: inter quos est æmulatio qui factiosi dicuntur ciuium quisque multitudinem ad se trahens: consilioque qui dicuntur clientes. Seditio uero a seorsum sedendo uel eundo. Virgil. hoc scribens ait. Ac ueluti magno in populo cum sæpe coorta est seditio. Dicitur seditio in exercitu: in classe: in schola. Lau.

Factio est diuisio ciuium in diuersa studia inter quos æmulatio est: qui ciues & factiosi dicuntur. ac trahentes ad se per has nephasque multitudinem clientum.

Factiosi ab una faciendo. sic ab una agendo actiosi dicti. Varro.

Factiosus qui factionem amat. Lau.

Factor non dicitur. sed auctor. Lau.

Factum iri audio illi iniuriam: factum iri audio contumeliam: dictum iri uulgo quod ita dici uulgo. Et is nunc etiam figuram iam in mediam loquendi usus. Icirco exemplis supersedeo. Sed contumelia illi uel iniuria factum itur: paulo est remotius. Exemplum igitur ponemus. M. Cato pro se contra C. Cassium. Atque euenit ita quirites: ut in hac contumelia: quæ mihi propter huiusmodi petulantiam factum itur rei quoque publicæ medius fidius miserebar quirites. Sicut autem contumeliam factum iri significat ad contumeliam faciendam operam dari: quo fiat contumelia: ita factum itur casu tantum mutato. Idem dicit Aulus Gelius.

Facul antiqui dicebant & faculter. unde facultas & difficultas uidetur dicta: sed postea facilitas morum facta est facultas rerum. Fe.

Facul pro faciliter: huic contrarium est difficul. Lucil. libr. vi. Peccare impune rati sunt posse & nobilitate facul propellere iniquos. Pacu. in teucro Nos illum interea proficiendo propitiaturos facul remur. Afra. in acti. Haud facul ut ait Pacuuius: fœmina inuenietur bona. Actius i meleagro. Erat mulie istuc ferre aduersam fortuna facul. Varro in bimarcho Quod utrum sit magnum an paruum facile an difficul. N.

Facundi ad hæc eandem uocem qui facile fantur facundi dicti. Varro.

Faciendi uero reddendi etiam causa continetur.

Fatur is homo qui primum significabilem emittit uocem: ab eo antequam ita faciant: pueri dicantur infantes. cum id faciunt iam fari: cum hoc uocabulorum a similitudine uocum pueri. ac fatuus fari id dictum. Varro.

Faciundum puto ut paucis rationem nostri consilii demus. Ci. inquit fuit quod faciendum putauit & factum. Quintil. quod si nemo miratur poetas maximos sæpe fecisse. ut principiis operum suorum musas inuocarent. Hic uero aliud est quod facit. aliud autem propter quod facit committo sicut differunt ponitur.

Facto opus est: fieri opus est: dici opus est: & dicto: pugnari opus est & pugnato: pro facto dictu pugnatu. Quomodo. n. infinita rem uerbi significant: sic hæc participia pro infinitis uerbis ponuntur & significat passionem. Supina in u magis significant nominatiuo iunguntur ut nec dictu facilis: nec uisu effabilis ulli. Virgilius. Statius uero cum uerbo iunxit: quem tunc uenientem limine primo expectat.

Fælis cata est. licet alii esse aialiquod uulgo fui

nam appellãt. Ci. tuscu. li. v. Aegyptiorum morem quis ignorat: quorum imbute mentes prauitatis erroribus: quiuis carnificiam prius subirent: quam ibi aut aspidem, aut faelem: aut canẽ: aut crocodillum imolent.

Faecelinus Siciliae fluuius est pelloro iunctus: & Dianae templo conterminus.

Fagus arbor glandifera: antea quidem homĩes glandibus uescebãt: sed cum ph scribitur: quia graecum est: nec est ut fama fuga fur. Ser.

Fagutal sacellum Iouis: ĩ quo fuit fagus arbor: quae Iouis sacra habebatur. Fe.

Fagutal a phago. unde etiã Iouis fagutalis: qđ ibi sacellum. Varro.

Falacer deus quidam pater pomorum.

Falarica telum maximum. Virg. in. xi. Sed magnum stridens cõtorta falarica uenit. Fulminis icta modo. En. Quae ualidae ueniunt falarica missa. Et dictum hoc genus teli a falis idest turribus ligneis. Nonius.

Falarica genus teli missile quo utũť ex falis. i. ex locis extructis dimicantes. Fe.

Falcones dicti quorum digiti pollices intus sunt curuati: a similitudine falcis. Fe.

Falces & harpagae armorum genera murorum oppugnationibus apta. Sisen. histo. li. iiii. Falces iniectas cõminuũt puteos collatis harpagis prius deuciunt: mittunt e turribus. Nonius Marcellus.

Falces a farre littera cõmutata. hae ĩ campania seculae a secando: & a quadam similitudine: harum aliae falces foenerariae: aliae adoreae. a hae dumariae: quae & scirpicule: quibus secãt dumeta. Varro.

Falernus regio ẽ Cãpaniae uini fertilis. Acron.

Falernus ager. Liuius li. xxii. Castris ad uulturnum amnem cõmutatis Asdrubalẽ cũ equitibus in agrum falernũ praedatũ dimisit usque ad aquas sinuessãnas. Est autẽ ager falernus: qui a Caleno oppido ad Casilinũ: idest castellucium protenditur. Liuius uero agrum falernum a Campano diuidere uidetur.

Falerium promontorium est Corcyrae insulae ex quo in mare protenditur scopulus quem a similitudine Vlyssis nauẽ fuisse dixere uetusti.

Falernum. Quid in Italia utensile non modo nõ nascitť: sed etiam non egregium non fit: quod far cõparandum Campano? quod triticum apulo? quod uinum falerno? quod oleũ uenafrano? non arboribus cõsita Italia ẽ: sed ut tota pomariũ uideať. Varro.

Falae turres sunt ligneae. Ennius libro quintodecimo. Malos diffundunt: fiunt tabulata falaeque hae sunt. Et Cicero: quod apud ueteres propter spectatores e lignis erigebantur. Nonius.

Falae dictae ab altitudine: a falẽdo: quod apud hetruscos significat caelum. Fe.

Faleratus honestus atque ornatus. Terentius in phor. Adeo te esse negociantem atque impudentem Phaedria ut faleratis dictis seducas me: sed cum ph scribendum: quia graece phalara. Donatus.

Falerii oppidum est in mediterranea Thuscia falerios pergentem quidam esse faliscos proprius sermonibus ciuitatem posuerunt: aliq eam sinfalistum appellant in uia flaminia iacentem. Strabo.

Falerii oppidum a fale dictum. Fe.

Faliscum oppidum est in mediterranea Thuscia. Quidam faliscos gentem per se esse aiũt Strabo.

Fallere exurgere. Varro in menalippa. Tam eũ ad quem ueniunt: & hospitium lac humanũ fallesse. Nonius.

Faleræ sunt bellica ornamenta. Salu. in iugur. bello. At si res postulãt hastas uexillum faleras alia militaria dona. & Virgilius aeneidos libro nono. Euryalus faleras ramnetis & aurea bullis cingula: sed cum ph scribe: ut iam dictum. Nonius.

Fallam pro fallaciam. Neuius in decurtis. Me non uocabit ob eam rem hanc feci fallam. Nonius.

Faliscorum oppidum hodie montem Flasconem nominant in Hetruria.

Fallarica telum est ingens torno factum: habens ferreum cubitale: & rotunditatem de plumbo in modum sperae: & in ipsa summitate dicitur etiam ignem habere affixũ: hoc autem telo pugnatur de turribus: quas phalas dici manifestum est. Iuuenalis. Consuluit ante phalas delphinorumque columnas. Ergo a phalis dicta sunt phalarica sicut a muro muralis. Sane phalaricam. Et Lucanus dixit neruis mitti tortilibus: quod quandam machinam: ut hunc tortilibus uibrata phalarica neruis obruat. Virgilius uero ait. Turnũ manu iaculari potuisse. Vide Ennius libro nono. Sed magnum strident contorta phalarica uenit fulminis acta modo. No.

Fallaci loquentiae. Marcus Tullius de finibus bonorum & malorũ libro quarto. Quae diligentissime contra Aristotelẽ dicunť a chrysippo ex ea difficultate ille fallaci loquentiae Nonius Marcellus.

Fallius & fallior cũ rationabiliter dici possunt non tamen consuetudine. Festus.

Falsum quid sit quaeritur & uidetur id esse falsum: si quis chirographum alienum imitaretur: aut libellum uel rationem intercidat: uel rescribat: non qui alias in computatione uel ratione mentitur. Pau. de falsis.

Falsum tutorem eum uere dici qui tutor non est. Paulus respondit: siue habenti tutoré datus est: siue non: sicut falsum testamentú: qđ testaméntum non est: & modius iniquus: qui modius non est. Pau. de uer.

Falsum habuit pro fefellit. Salu. in iugur. Neq; ea res me falsum habuit. Nonius.

Falsæ litteræ & falsæ monetæ: quæ ad fallendum cõfictæ sunt sub eius imitatione cuius nõ sunt. Plinius libro. xxxiii. Miscuit æri falsæ monetæ. Et libro xxx. Qui super cætera scelera falsas etiam litteras signo adulterino T. Quintii signatas reddiderunt regi. Et iterum. Maximæ falsæ litteræ. T. Quintii urgebant dicuntur litteræ fallaces: quæ médacio fallant, non imitatione falsa: ut Liuius libro viii. Fallacibus litteris circa latium noméq; uolscum missis.

Falsus animi pro animo ueteres dicebant: & ingens uirium pro uiribus: & diues opum pro opibus. Virgilius: Dies opum studiisq; asperrima belli. Terentius in eunucho: ut falsus animi est. Donatus.

Falsus. Virgilius primo georgicorum. Solé q̃s dicere falsum audeat. Salu. Multos mortales falsos fieri coegit. Ser.

Falsum & fallacia propterea dicuntur q; fando quem decipit ac contra id quod dixit faciat. Itaq; si quis te fallit in hoc non proprio nomine fallacia: sed translatio: ut a pede nostro pes lecti. Varro.

Falsum uanum & fictum differunt. Falsum est quo tegitur id quod fieri non potest. Vanú quod fieri non potest. Fictum quod non est factum: quod fieri potuit. Vel falsum est fictum mendacium simile ueritati. Vanú nec possibile nec uerisimile. Fictum totum sine uero: sed uerisimile. Falsum loqui mendacis est. Fictum callidi. Vanum stulti. Falsum loqui culpæ est. Fictum uirtutis. Vanú uecordiæ. Falsis decipimur. Fictis delectamur. Vana contemnimus. Terentius ĩ eunucho. Sin falsum aut uanum aut fictum continuo palam est. Do.

Fama a fando dicta est. Fe.

Fama spes pro futuri nomine. Virgi. iii. æneí. Nos munera templi quippe tuis ferimus famamq; fouemus inanem. No.

Fama est rursus infamia. Virgilius quarto georgicorum. Neque enim spe famaque mouétur. Vnde & famosus dictus est infamis. Terentius in adelphis. Maledicta fama meum amorem & peccatum in se transtulit. Plautus ĩ asina. Qui me miserum fecit fama flagitiis tuis. Lucil. lib. primo. Quin optimus ille iure tantum pater huius & famosus fuit: utrinque primo adolescens, posterius clarestius se. Turpili. in epidi. Quæso omitte ac deseri meretricẽ quæ te semel macta est: semp studuit perdere detegere dispoliare opplere te adeo fama ac flagitiis. M. T. de repu. li. iiii. Atque etiã siqua erat famosa & cognatio sæculum nõ ferebat. Salu. in iugur. Is postq̃ largitioné regis famosam ĩpudẽtéq;. Neuius de subito famã tollũt siquã solú uidemus in usa. Nonius.

Fama a fari: hinc famosus & famigerabilis. V.

Fama est opinio secundũ consuetudiné. Virgilius. iii. æn. Fama uolat pulsum regnis cessisse paternis Idomenea ducem. No.

Fama atq; rumor pars altera consensum ciuitatis, & uelut publicũ testimoniũ notat. Alteram sermonem sine ullo certo auctore dispersum: & cui malitia initiũ dederit: & incremẽtum credulitas: q̃ nulli non etiam continentissimo possit accidere fraude inimicorũ falsa uulgantium. Quintil.

Famosam infamen. Ci. de ora. li. ii. Non pol inquit audeo, nam me ad famosas uetuit mater accedere. No.

Famosus pro infami. Turpi. ut famosa mulier quæ noscitur impudica. No.

Famelicosam terrãm palustrem uocabant. Festus Pompeius.

Famelicus a fame & edẽdo dictus: quasi famedicus. Dona.

Familia antea in liberis hominibus dicebatur quorum dux & princeps generis uocabatur pater & mater familiæ. Vnde familiæ nobiliũ Pompeiorũ: Valeriorũ: Corneliorũ. & familiares ex eadem familia: postea hoc nomine famuli etiam appellari cœperunt. permutata i in u littera. Fe. Pom.

Familia uarie accepta est. nã & ĩ res & ĩ psonas deducit. In res ut in lege. xii tabularũ his uerbis. Agnatus proximus familiã habeto. Teré. ĩ heau. Decem dierũ uix mihi est familia. in psonas aut natura: aut iure sub unius potestate subiectus ut filios nepotesq;: & deinceps seruitutes quoq; appellare familiam. Fe.

Famino dicito. Festus.

Familiaris romanus priuatus. Fe.

Familiariter ferre. idest grauiter & moleste. Terentius in an. Huius morté tam fert familiariter. Nã quæ nobis sunt familiaria: sunt aio nostrochara. Dona.

Famuli origo ab oscis depẽdet: apud quos seruus famul nomiabatur. Vnde & familia uocata. Festus.

Famulant̃ pro seruiũt. Mar. Tul. de repub. lib. iii. Est enim iniustæ seruitutis. cũ hi sunt alterius qui sui possunt esse. cũ hi aut famulãtur. Et de offi. lib. iii. Quam hi seruitutis famulatus: & seruientis uoluptati. No.

Famulitas est seruitus. Actius in Andromada. Nā postq̄ famulos uos oppressit famulitas. Pacu. in atalāte. Quas famulitas: uis: ægestas fami: formido pauor: Nonius.

Famulanter pro suppliciter. Acti. in tereo. Denunciat mane natum semel affare & famulāter pete. Nonius.

Famulicium dum multa narrāt: unus e famulicio euangelium adesse nunciat.

Famul famulus. Ennius libr. ix. Mortalē summum fortuna repente reddidit sūmo regno famul: ut optimus esset. No. Mar.

Familiæ appellatiōe omnes qui in seruitio sūt continent: unius seruus familiæ appellatiōe non continetur: nec duo quidem familiā faciunt.

Familiæ appellatione & ipse princeps cōtinet: fœminarum liberos i familia earum nō esse palam est. Quia qui nascunt: patris non matris familiam sequunt.

Fana q̄ fando consecrantur. Fe.

Faneta Orpheus dixit solem. i. a lumine: atque illuminatione. Fe.

Fauisæ id esse cellas quasdā & cisternas: quæ in area sub terra essent: ubi reponi solerēt signa uetera: quæ ex tēplo essent: & alia quædam religiose donis consecratis fauisas esse dictas cellas quasdam & specus quibus æditui capitolii uterentur ad custodiēdas res ueteres & religiosas. Aulus. G.

Faunus deus agrorum & syluarum. Horatius libro carminum. Nisi faunus ictus dextra leuasset. Acron.

Faunus quidam incubum dicunt. Horatius libro carminum. Lucretilem mutat liceo faunus. Acron.

Faunus est deus quidam.

Fanula ueteres parua delubra dixerūt hanula loco f ponentes aspirationem. Fit enim hæc uox ab eo quod est fanum. Sunt enim dicta hanula quasi fanula.

Fando passiue protulit. Virgilius: ut fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures. Gerundia enim communium uerborum communem habent significationem. Fari quidē nō erat antiquitus.

Farcimina a fartura extorum appellata ab eo in quo est tenuissimum intestinum fartum. Festus Pompeius.

Farrago ex segete: ubi sata admixta ordeum & uicia & legumina pabuli causa uiridia ferro cæsa farrago dicta: aut in se quod primum i farragia segete seri cœpta ea equi & iumēta cætera uerno tempore purgantur ac saginātur. Var.

Farrago appellat: id quod ex pluribus satis pabuli causa datur iumentis. Fe. Pom.

Farsenum uirgulti genus. Fe.

Farfarus Syriæ fluuius in radicibus libani mōtis emittit: & per Antiochiā fluens i syriaco miscet: mari apud Simeonis portū.

Farfarus est arbor. Plau. ut folii farfari.

Fareum genus libi ex farre factum. Fe. Pom.

Fartores nomenclatores qui clam uelut infartiant nomina salutatorum in aurem cādidati. Festus Pom.

Fartores qui Isicia & farcimina farciunt. Terē. in eunucho. Cupidenarii omnes cetarii. lanii coqui fartores. Dona.

Farus pro turri quæ naufragio extollit: ne marino scopulo quis faciat naufragium dicit: a phos quod est lux: & scribe pharus cum ph.

Farrus nomē est maris ubicunq̄ facta quocūque casu diuisione furens incidit: utputa inter Italiam & Siciliā: quas quidam existimāt olim fuisse coniūctas ex terræmotu postea separatas: a qua separatiōe id mare quod medium inter eas impetu fertur pharus dicitur Nam pharos græce: latine diuisio sonat uege hoc nomē Siciliæ pharus præ cæteris seruauit: seu quia māifestior fuit diulio: seu quia notior a græcis atq; latinis: huic supereminet ab Italia Rhegium: & a Sicilia Messana ciuitas inclyta: cum ph scribe.

Fasces quam habeant significationem manifestum est. Virgilius secundo georgicorum. Illum non populo fasces non purpura regum Flexit. Nonius.

Fas. Horatius libro carminum. Fas paruitates est mihi trad s Fas non significat non licet: sed possibile est. Vult enim le agnū esse mystu us. Acron.

Fas genitiuum non habet. Nam siue faris: seu furis uel fassis dicamus: aliud potest significare. Priscianus.

Fascem pondus onus. Vir. in buc. Ego hoc te fasce leuabo. Nonius.

Fascem consulum posuit. Virg. ii. geor. Iniusto sub fasce uiam dum carpit. No.

Fasceam pro cortice. Varro i gerūto didascolo In quibuslibet sacraturi fasciis cingit fore libet pro corpore. Vir. geor. lib iiii. Vdoq; docent inolescere libro. Nonius.

Fascinum cloatius uerrius fascinum appellat: quasi balcanum: & fascinare cōmode ac fane conducentur. Au. G.

Fascinum & fas a fando nominantur Fe.

Fasius diuinum & ad religionē pertinens. Str.

Faselus nauicula breuis. Virgilius quarto georgicorum. Et circumpictis uehitur sua rura faselis Seruius.

Lastigium ædificii summum. Fe.

Fastigium ima altitudo. Virgilius secundo georgicorum. Forsitan & scrobibus quæ sint

fastigia quæris. Varro de re rustica li.i. Aquã quæ cælo uenit recipere potest: aut fastigiũ ni exeat fundo aggeris. No.

Fastigium summæ & imæ partis possumus di cere. Virgilius secundo georgicorum. Forsi tan & scrobibus quæ sint fastigia quæris. Et primo æneidos. & fastigia suspicit urbis: uti & altum mare: & altum cælum dicimus. Ser uius.

Fastigare in fastigium tendere: & in cacumine erumpere. Plinius libro. xviii. Verno tempo re fastigantur in stipulam.

Fastigia consuetudine summæ altitudines di cu putantur: cum sint & imæ significãt fines. Virgilius secundo georgicorum. Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæris. Cicero de officiis libro tertio. Sed quo opere incho ato propric tamen absoluto tibi fastigiũ im ponimus. Nonius.

Fastis diebus iucunda fari licet: nefastis quidẽ non licebat fari. Fe.

Fastidiliter fastidiose. Varro. Credo hodie uel quibus in stabulis animus ardens mutabili ter habere; & non fastidiliter inconstanti pe ctore. Nonius.

Fasti confessi qui fari id quod ab aliis quæsitũ hinc professi.

Fasti dies quibus certa uerba legitima siue pia culo prætoribus licet fari. Varro.

Fastidiosus actiue ponitur pro eo qui fastidit.

Fastorum libri appellantur: in quibus totius anni fit descriptio. Fasti enĩ dies festi sunt Festus.

Fasga mons est supra iordanem: in terra Mo ab contra ierico; sub quo Genua ciuitas in campo Moab.

Fascinum: detersa enim lingua fronte mulie res amputare se fascinium infantibus putãt. Acron.

Fasces honores. Hora. libro car. Superbos Tar quinii fasces. Acron.

Fastus. Horatius libro tertio carminum. Per memores genus omne fastos: per fastos au tem consules uult accipi qui nobilitatis i po steros memoriam testarentur: qui dat nomi na fastis. Acron.

Fasti dies sunt quibus ius fatur. i. dicit. Vnde nefasti quibus non dicitur. Pri.

Fastus a fando uerbo quartæ decliationis: quã do uero, p ãnali accipit: a fastis & nefastis die bus dicitur secundæ & quartæ: ut Lucanus in decimo. Nec meus eudoxi uincetur fasti bus annus. Et Varro in ephimeride. Postea honoris uirtutum causa Iulii Cæsaris: qui fa stos correxit mensis Iulius appellatus est.

Fatur is q primũ homo significabilẽ ore emit tit uocem ab eo anteq̃ ita faciãt pueri dicit infantes: cum id faciunt iam fari: cũ hoc uo cabulorum a similitudine uocũ pueri. ac fa tuus fari id dictum. Var.

Fatui cibi dicuntur qui carent sale.

Fatuus qui fatur quod puer primo fit. Var.

Fatum ab hoc tempore quod tum pueris con stituant parce fando dictum fatum & res fa tales. Varro.

Fatidici dicti qui futura prædiuinando soleãt fari. Varro.

Fatigare cohibere comprimere. Mar. Tulli. de offi. libro tertio. Qui non uerbis sint & di sputatione philosophorũ. sed uinculis & car cere fatigandi. Nonius.

Fatigare commouere perturbare. Virg. primo ænei. Quæ mare nunc terrasq; metu cæluq; fatigat. Nonius.

Fatigare percutere. Vir. lib. ix. Versaq; iuuẽcũ terga fatigamus hasta.

Fatigare excitare uel icrepare uel hortari. Vir gilius ænei. iiii. Sociosq; fatigat præcipites ui gilate uiri. Nonius.

Fatigare positum pro fatigari. Virgilius libro octauo. Olim remigio noctemque diemque fatigant.

Fatigare istigare cogere. Virgilius libro nono. Collecta fatigat ex longo rabies. & siccæ san guine fauces. Nonius.

Fatigare ad lassitudinem deducere. Virgilius quinto æneidos. Veloces iaculo ceruos cur suq; fatigat. Et libro nono. Quos nulla fati gat Prælia. Nonius.

Fata dicuntur q augures finem auspicio; cæ lestium extra urbem agri sunt effati.

Fatantur multa fantur. Fe.

Fatiscere est aperire rursum uel deficere. Acti. in epinausimache. Tam ut fatiscat qui tuam implorem fidem. Pacu. in dolorestе: ut si ita sunt, p merita nostra æq perare: ut queam ue reor; nisi nunq̃ fatiscere quod q boni. N.

Fatiscunt qui fatiscunt. Actius in epinausima che. Tantum haud fatiscat qui tuam implo rem fidem. No.

Fatiscit abundanter aperit. Fatim enim abun danter dicimus unde & affatim. Virgilius i. ænei. Accipiunt inimicum imbrem rimisq; fatiscunt. Ser.

Fatisco soluo abundanter aperio. Virg. primo geor. Neu puluere uita fatiscit. Et. i. æne. Ri misq; fatiscunt. dictũ autem a fatim. i. abun danter: unde affatim & hisco. Ser.

Fatigatum de corpore dicimus. Ser.

Fatua dicit etiam terra a fando: quod infantes partu editi non prius uocem edunt q̃ attige rint terram. Ma. de sa.

Fatum est cõnexio rerum per æternitatem se inuicem: tenens quæ suo ordine & lege ua-

manturita tamen ut ipsa uarietas habeat æternitatem. Cicero.

Fatum significat decretum & uoluntatē. Virgilius ænei. libro. viii. Heu stirpem inuisam & fatis contraria nostris Fata phrygum. Idem ī eodem. Filius huic fato prolesq; uirilis nulla fuit. Nonius.

Fatum nutus. Vir. fatis Iunonis iniquæ.

Fatuos & faunos siluestres a fando. Fe.

Fatuus & insulsus differunt. Fatuus est inepta loquens: & a fando fatui dicuntur. Fatuus ē uerbis ac dictis. Insulsus corde atq; aio. Terētius in eunucho. Fatuus est insulsus tardus: stertitq; noctes & dies. Fatui dii quoq; sunt q & fauni dicuntur & nō stulti: sed multū fantes. Donatus.

Fatuus quære in dictione stultus. Lau.

Fatale. Horatius libro car. Daret ut cathenis fatale monstrum: idest maiorem q̄ sexus exigebat: animositate fatalem uixit aut turpem. Vnde & prostantes fatales dicūtur: ut est romæ non castæ: aut uelit monstrum fatis sibi reseruatum, ut fato Romano subiectum. Acron.

Fausus olim dacorum fluuius.

Fatiloquus fatiloquētior format & fatiloquētissimus. Lau.

Fauni a fando: siue a faudo: hoc est dum pontifex maximus dedicat certa uerba fatur. Festus Pompeius.

Fauni & uates olim canebant uersus fauni dei latinorum: ita ut faunus & fauna sint in uersibus quos uocant saturnios ī siluestribus locis traditū est solitos fari: quos fando fatuos dictos. Varro.

Faui a fauendo. Festus Pom.

Fauiani & Quintiliani appellabantur luperci: a Fauio & Quintilio præpositis suis. Festus Pompeius.

Fauentia bonam ominationem significat. Nā præcones clamantes populum sacrificiis fauere iubebant. Festus.

Fauere silere: fauere linguis; fauere uerbis. Vir. Ore fauete omnes. Terē. in an. Fauete adeste æquo animo. Dona.

Fauere hoc uerbum: non ut plærīq; existimāt a fauore trahitur: sed paratur silentium: ut rite peragi possit sacrum nulla uoce mala obstrepente. Sene. ad gal.

Fauere enim est bona fari: ac ueteres poetæ p silere usi sunt fauere. Fe.

Faustulum porcellum fœturam porcoꝝ. Fe.

Faustum & festum hoc differūt. Est enim faustum quasi a fauendo dictum: ac per hoc prosperum & propitium. Festum autem solenniter lætum & feriatum. Virgilius secundo æneidos. Festosq; dies de nomine phœbi. Terentius. O faustum & fœlicem diem. No.

Fauentinus a fauentia: & Rheatinus a rheate. Varro.

Fauna dicitur terra q̄ omni usui animantium fauet. Ma. de fa.

Faustitas nouæ fœlicitatis dicta. Hor. lib car. Tutus enim bono faustitas per mare nautæ complexi. Acron.

Fauētia est ī medio Bononiæ & Rauēnæ: & a hacꝝ ciuitatū per quā iter est Romam. Stra.

Fax pro face. Varro in gerunto didascalo. Cōfluit mulierum tota Roma: quæ noctu fieri initia solita: & nunc pinea fax indicat. Idē sexagesimo. Adest fax inuoluta incendio. Idem de uita patrum libro secundo. Cum a noua nupta ignis in facie affertur fuco eius simptus: cum fax ex pinu alba esset: ut eam puer ī genuus afferret. No.

Faxim pro fecerim. En. ī phœnice. Plus miser simili scelestum faxim quod dicam fore. N.

Faxo pro faciam. Vir. ænei. li. xii. Ego sidera faxo firma manu. Ser.

Febris proprietatem habet a feritate morbilis mali: ut a calendo calorem uel caldorem. V. in andabatis. Aperiendum putat id quod alterum appellamus: a calendo calorem, alteꝝ a feruore febrim. Nonius.

Febris a feruore dicta est abundātia caloris.

Fellare ab hedis & agnis tractum est: qui fella re dicūtur ubera matris: cum lac sugūt: hoc uerbo usus est Varro in re rustica in agnis. Solinus frequentatiuo scilicet fellito in hedis. & Plinius. dicitur autem non a fele animali quod sentire est ridiculum: sed a uerbo græco est ἀπὸ τοῦ φαυλίζειν: quod est os cōtaminare. ita interpretat Suidas: testimonio etiam Aristophanis.

Febris fanum in palatio & ædem & arā malæ fortunæ: ex quibus cōsecratā uidemus. Cice.

Februario quid est quod cum cæteri Romani mortuis iferias mittere & parētare cōsueuissent Decius & Brutus, ut Ci. scribit id decēbri faciebāt. hic fuit q primus lusitaniā inuasit: qppe lythan flumē prius traiecit: an quēadmodū uesperi & mēse exacto multa parētare cōsueuerūt. Sic. n. fine āni mēse nouissimo mortuos honore & inferis prosequebāt. Est autē oīum mēsiū decēber extremus: an q̄ dīis īferis honor redet̃ q̄ cū fieri rēpestate uidet: cū fructus oēs maturitatem sunt cōsecuti: an q̄ cū sæmentē instituētes terrā subigūt inferoꝝ honorē meminisse oportet: an illud potius q̄ mēsis saturno a Romanis cōsecratus est. quē inferoꝝ deoꝝ numero habēt: an q̄ saturnalibus; quē diē Ro. maxime colūt: quæ uoluptati ac genio plurimū uacant hacꝝ rerū nonnullis mortuis primitias

impartiendas putauerunt: an ſolū hoc mēſe Brutum parentare ſolitum omnino falſum eſt. Nam larentiæ menſe decēbri ad eius ſepulchrum libantes in ferias faciunt.

Februare poſitum pro purgare & pura facere. Varro de uita patrum libro primo. In corū ſacris liba cum ſunt facta inicere ſolent fat ris fœmine ac dicere ſe ea februare: idest pura facere Nonius.

Febrem appellant motum corporis contra naturam. Vlp.

Febreius Ditis pater cui menſe februario ſacrificatur. Ser.

Februatim rex cum ferias menſtruas nonis februariis faciebat diem illū februatim appellabat. Februum ſabini purgamentum dicūt & id ſacris noſtris uerbis nō & lupercalia februario: ut in antiquitatum libris demōſtraui. Varro.

Februarius ut dicunt ſcriptores ab diis inferis appellatus: q cum his parentetur: ego magis arbitror februarium a die februato: quod tū februatur populus: idest lupeis nudis luſtrat antiquum oppidum palatinum gregibus humanis cinctum. Varro.

Februarius menſis eſt: a quo frequens ſenatus poſtulatis: pronunciatis. legatis audiendis datur: & conſulum deſignatorum nomen expectant & extimeſcunt. Aſconius Ped.

Februarius menſis dictus eſt quod tum: idest extremo menſe anni populus februaretur. i. luſtraretur ac purgaretur: uel a Iunone februata: quam alii februalem. Romani februatam uocant: quod ipſi eo menſe ſacra faciebant: eiuſque feriæ erant lupercalia: quo die mulieres februabantur a Lupercis amiculo Iunonis idest pelle caprina quam ob cauſam is quoque dies februarius appellantur. Quæcunque denique purgamenti cauſa in quibuſq ſacrificiis adhibentur februa appellatur. Id uero quod purgatur dicitur februarium. Feſtus.

Fæciales apud Romanos qui ſancto legatorū officio ab his qui aduerſum populum romanum aut rapinis: aut iniuriis hoſtili mēte cōuenerant pignora fracto fœdere iure repere bant. nec bella indicebātur: quæ tam pie uocabant priuſquam fuiſſet qui fæcialibus denunciabatur. Varro de uita patrum libro ſecundo. Itaque bella tarde & magna licētia ſuſpiciebant quod bellum nullum niſi piū putabant geri oportere priuſquam indicerent bellum his a quibus iniurias factas ſciebant fæciales legatos res repetitū mittebant quattuor: quos oratores uocabant. Idem ī tertio. Si cuius legati uiolati eſſent qui id feciſſent: q̄uis nobiles eſſent ut ciuitate delerētur ſtatuerunt: fæcialeſq. xx. qui de rebus iudicarēt ſtatuerunt & conſtituerunt.

Fæciales quid ē quod fæcialium ſacerdotum qui fœderibus faciundis præſunt pater patratus maximus habetur. Eſt autem is pater & hi filii ſunt habet enim nunc quoque præcipuam quandam fidem & auctoritatē. Imperatores enim quæ propter eximiam pulchritudinem ac ſpeciem: pudica & diligenti cuſtodia corpora indigent his credunt: & apud eos deponunt. An quod utrunque illis adeſt & pueros uereri & patres timere. An ipſum ſe nomen exponit: uult enim patratum quaſi finitum ac determinatum quiddam ſignificare: illud cæteris perfectus ſit: cui cōtigit ſimul ut pater eſſet & patrē haberet. An ut ait Homerus qui patri præſit: cum & antea & retro certiore oportet cuiuſmodi profecto is eſſet: cui & filius: & de quo deliberat & pater quem conſulit. Plutarchus.

Fæciales quod fidei publicæ īter populos præerant. Nam per hos fiebat ut iuſtum conciperetur bellum & inde deſitum ut fœdere fides pacis conſtitueretur. Ex his mittebāt antequam conciperentur qui res peterent: & p hos etiam nunc fit fides quod fœdus. Ennius ſcribit dictum iure militari. Var.

Felicata patera dicta quæ ad filicis, herbæ ſpeciem ſit celata. Fe.

Felinones mali & nullius uſus: a filice dicti. Feſtus Pompeius.

Feneſtella nomen hiſtorici: quoniam caluus erat. Caſſ.

Feneſtræ a græco uocabulo conuerſum eſt in latinum ἀπὸ τοῦ φαίνειν. Ci. tuſcula lib i. Non eas partes quæ quaſi feneſtræ ſunt animi. Nonius.

Feralia ab inferis & ferendo quod ferrent ni epulas ad ſepulchrum: quibus ius ſibi parentare. Varro.

Feralia diis manibus ſacrata feſta: a ferendis epulis: uel a ferendis pecudibus appellata. Feſtus.

Ferabite poſitum pro agreſti. Siſen. hiſto libro quarto. Et partim ferabite: partim lauro & arbuſto: ac multa pinu ac myrtetis abundāt Nonius.

Ferentarii auxiliatores in bello: a ferendo auxilio dicti: uel quia fundis & lapidibus pugnabant: quæ tela feruntur non tenentur ita appellata. Feſtus.

Feria a ferendis uictimis appellata. F

Feriæ furinales ſunt in faſtis a furia dictæ.

Ferias antiqui feſtas uocabant: & aliæ erant ſine die feſto: & ſaturnalia. quibus adiungebātur epulationes ex prouentu fœtus pecorū frugumque. Feſtus.

Feriæ dictum q̄ ferientes feruntur. Fe.
Ferus ager & incultus. Festus.
Feretrius Iuppiter dictus a ferendo quod pacē ferre putatur: ex quo in templo sumebāt sceptrum per quod iurarent: & silicem quo fœdus ferirent. Festus.
Ferocit apud Catonem ferociter agit. Festus.
Ferre ostentare. Vir. libro. x. Captiuo siue ut se ferret in auro uenatrix. Nonius.
Ferre consuetudine portare dicimus. Virgilius libro quinto. Vix illam famuli phegeus sa ganisque ferebant. Ferre habere. Virgilius libro quīto. In mago munere cissheus ferre sui dederat monumentum: & pignus amoris filium suum ferre nomen uoluisset. Cicero in officiis. Filium nomen suum ferre uoluisset. Nonius.
Fen canem foras peruulgate cōsuetudinis est dictum: hoc est feriendo caneu foras euce. Terentius in eunucho. Homo quatietur certe cum dono foras quatietur uerberabitur: uel uerberibus impelletur foras: non expulsione & detrusione: ut deuersum ut fit foras uersum. quatietur idest uerberabitur ut fugiat foras. Donatus.
Ferre & perferre differunt. Ferre enim in certo tempore. perferre finem spectat affectus feruntur onere perferunt̄ supplicia. Terentius in andria. Sic uita erat facile omnes perferre: ac pati: cum quibus erat. Donatus.
Ferre & portare de maioribus negociis dicit̄. Virgilius Si uera feram: si magna rependam Terentius in phormione. Cedo quid portas obsecro. Donatus.
Ferrum genus est panis uel libi: quod diis infertur a pontificibus in sacrificio dictum autem ferrum a ferendo. Alii uas dicunt. quod ornatum rectis rebus sacris quod diis ifert̄. Ferrum pro gladiatura Tranquillus de Nerone exhibuit ad ferrum. i. ad gladiaturam.
Ferula autem mollis & cædit & cæditur a manu duplicitq; repercussu augetur dolor.
Ferre pati. Virgilius secundo æneī. Miserere animi non digna ferentis. Lucil. lib. xxii. Cæterum quicquid sit quid non sit fero animo ferociter prælio captiuos prædones nō posses eam amplius perferre: tamē suadet & nouit. Terentius in heau. Natu quem feret si parentem suum non fert. No.
Ferre conferere. Vir. lib. v. Quibus acer eryx ī prælia suetus ferre animum. N.
Ferre disturbare. Virgilius primo æne. Quippe fera. it rapidi secum uertātq; per auras. Et libro secundo. Alii rapiunt incensa feruntq; pergama. Nonius.
Ferre dicere nominare. Virgilius secūdo æne. Et scelus expendisse merētem lachoonta ferunt. Et lib. tertio. Quæ nunc Samothracia fertur. Nonius.
Ferre dare exhibere. Virgilius libro tertio. Sacra Dioneæ matri diuisq; ferebatu. No.
Ferre offerre. Virgilius libro undecimo. Legati responsa ferunt. M. Tullius de suppli. Prohibetur suis liberis cibum uestitumq; ferre. Lucilius libro. xxx. Colligere auxilium tatu & si est indigna ut feram. Nonius.
Phœnix dicitur sexcētesimo āno calorē uenerū habere. quæ oēs uirgulas colligit: & sibi ipsas parat. mox autem ut sol occiderit se flāmis imponit: cum sol oriri cœperit de cineribus suis cum sole nascitur.
Ferre dirigere ducere. Virgilius li. sexto. Hinc uia tartarei quæ fert acherōtis ad undas. Lucilius libro. xxx & sola ex multis nūc nostra poemata ferri. Nonius.
Ferox est scæuus & indomabilis translatum a feritare. Virgilius quarto æneidos Ac fræna ferox spumantia mandit. Marcus Tullius de officiis libro primo. Vt equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate: exultantes domitoribus tradere solent. Teren. in eunucho. Adeo ne ferox: quia habes imperium in bæluas. Nonius.
Ferox cum illa re dicitur: ut illa re sum fretus: & arrogans. Titin. in fullonibus. Videram ego te uirginem formosam esse sponso superbam esse: forma esse ferocem. Plautus in milite. Vt domitum equum qui forma est ferox. Actius. Neque ii tanta quisquam est: neque tam abundans fortunis ferox M. Tullius ad Cæsarem iuniorem libro primo. Itaq; uereor ne ferocior eius faciant tutam præclara iudicia cal eo Nonius.
Ferox cordatus uel facetus. Plautus in milite. Nam tum quāuis potis sis facere ut fluat facetus: & quia tecum eram: propterea nō erā ferocior. Nonius.
Ferus item significat ceruum. Virgilius li. vii. Petebatq; ferū putoq; ī fonte lauabat. & itē pro equo li. ii. Inq; feri curuam compagibus aluum contorsit. Actius in medea. Perite in stabulis frænos immittens feris. Nonius.
Feriare agere ociū ductū a feriis: quibus cessatur ab opere.
Ferula & pueri uapulabant & senum gressus iuuabantur ea in firtuissimum est uirgultū. Vnde prouerbium apud antiquos erat ī eos qui tenui & exiguo præsidio aduersus optime instructum pugnabāt eos pugnare ferula contra gladiatores.
Ferire usu significat percutere. Virgilius ī bucolicis. Cornu ferit ille caueto. M. Tulli. de suppli. Feriuntur securi lætaris tu in omniū gemitu & triumphans. No.

Ferire sancire firmare. Virgilius libr.decimo. Haud mora tarchon iungit opes fœdusque ferit Nonius.

Ferus & ferox hoc differunt. Ferus est sæuus ferox fortis. Salu. Ille animo feroci negat se fusam inuidiam pertimescere. Virg secundo æneidos. Ferus omnia iuppiter argos transtulit. Idem in quarto. Et fræna ferox spumantia mandit. No.

Feruor cum ex igne fit & ex flammis ex cōtrario ex frigoribus positus inuenitur: ut sit feruere non solum ex incendio calere: sed & quibusdam molestiis perturbari. Vnde & fluctus marini & animi æstuatio sub hac significatione recte positi sentiuntur. Vir.i.georg. Oia tunc pariter uento nimbisq; uidebis feruere Nonius.

Ferocia pro ferocitate Pacu.in teucro. Nisi iustitia ferocitate atq; ferocia. No.

Feruitur ea quæ pro feruit. Afra.i uopis. Quātum uociferationem feruitur. Heu miseræ mihi. Nonius.

Feruere aquam a sonitu eius rei dictum. V.

Ferētarii leuis armaturæ milites: ut quicquid opus esset auxilio ferrent. ex cursu leues armis grauibus non impediti. Cato de re militari. Inde partem æquitatus ferētariosq; prædatum misit. Salustius in catilina. Postquam eo uentum est unde a ferentariis præliū cōmitti possit. N.

Ferentarii qui leuiter armati ad prælium committendum instructi sunt ense & telis. Salu.i catil. Postq̄ eo uentum est: unde a ferētariis prælium committi posset maximo clamore cum infestis signis cōcurritur: pila cōmittū gladiis res geritur. Ser.

Ferrugineum colorem similem esse uolūt: uere autē ferrugineus color cæruleus est. Virg. in æneid. Et ferrugineos hyacinthos. Plau.in milite. Palliolum habeas ferrugineum, nā is color thessalicus est. No.

Ferrugo est purpura nigrior hispania. Virgilius in geor. Cum caput obscura nitidum ferrugine texit. Et tertio æneidos. Et ferrugine clarus hibera. S.

Fero gigno Vir.iii.geor. In syncerus apex tulerit cruor. Et in ænei. Si duo præterea talis idea tulisset terra uiros. Ser.

Feræ dictæ aut q̄ omni corpore ferantur: aut q̄ naturali utūtur libertate, & pro desiderio suo feruntur. Ser.

Ferus quadrupes. Virgilius septimo æneidos. Petebatq; ferum: idest quadrupedem. Dicit enim de ceruo. S.

Ferus equus q̄drupedes: ab eo quod toto corpore feratur. Vir.secundo. Hastā i latus inq; feri curuam compagibus aluum contorsit. Et quinto ænei. Spumantiaq; addit fræna feris. Seruius.

Ferrugo coloris genus est: qui uicinus est purpuræ subnigræ. Vir.in ænei. Pictus acu chlamydem & ferrugine clarus hibera. Ser.

Ferocissimos præstantissimos uirtute prudentia uiribus Iouis filios poetæ appellauerunt: ut ea cum Minoa Sarpedōta ferocissimos & imanes: & alienos ab omni humanitate tanq̄ e mari genitos Neptunni filios dixerūt cyclopas & cercyonas & læstrygonas. A.G.

Feretrum dicebant lectum ubi mortui ferebātur capulū nostri: græce φερετρον. sed aspiratur. Varro.

Ferme dicitur quod nunc fere utrūq; dictum a ferendo: q̄ id quod fertur est in motu atq; uentat apud Neuium circūuenire uideo ferme iniuria. V.

Fere est pene: uel significat quandam uniuersalitatem. Quintil. hæ sunt fere emendatæ loquendi scribendiq; partes: idest fere omnes: ideo interdum adiūgere omnes ut idem. nā in omnibus fere minus ualēt præcepta q̄ experimenta: romani fere suggerunt orbem. i. totum.

Feræ dicuntur quod omni corpore ferūt: quippe cum quattuor pedibus utantur.

Fere ergo pīn iuxta q̄ celeribus omnia iuxta sunt. Pris.

Ferox forte inuictum. Hor lib.car. Vrbesq; gētesq; & latium ferox ut gens aspera bello debellanda tibi latio est. Acron.

Ferox Hora.lib.car. Iam te sequitur: currit eni uelox ætas: adolescentia autem prona & labilis est i multis. Ideo ferox dixit: aut quæ uix ferre ualeat. Acron.

Ferentinum oppidum est ī mediterranea thuscia in ipsa uia latina. Stra.

Ferculum quercus dolata ad trophæa ferenda quod spoliis hostium cæsorum indutum in pompam ferebatur. Liuius ab urbe condita lib.i. Spolia ducis hostium cæsi suspēsa fabricato ad id apte ferculo gerens in capitolium ascendit. Plinius libro nono. Computet nūc aliquis ex alia parte quantum curius aut fabricius in triumphis tulerint: & imaginetur eorum fercula.

Ferculum dicitur missum carnium: ut Petronius arbiter postq̄ ferculum ablatū est. Ful.

Feronia nympha.

Feronia urbs est inter Ocripulum & Romam sub monte soracte: quo nomine & dea quædam nominatur. Stra.

Ferus homo qui animum firmum obtinet ut leones: ferox qui præanimosus est ad certandum cum altero: & ad uim alteri faciendam Laurentius.

Fero ad populum. Referri ad senatum .i. consu lo: ex hoc fit senatusconsultum: ex illo uero rogatio quæ instar legis est. Refero acceptũ tibi: id est fateor me hoc abs te accepisse. Ci. uitam acceptã refert clementiæ tuæ. In ma lum quoq; idem in anto. Si recte ratiocina bimur: tum tibi accepta referimus. Antonio fero tibi acceptum: idem est: uel est habeo ꝑ accepto abs te: quod mihi debebas: etiã si so lutio nulla ĩtercesserit. Vnde fit acceptilatio quæ fit per interrogationem & responsionẽ. Rettuli expensum .i. rationes de impensis cõ feci: uel exhibui. Lau.

Ferre ꝑprie dicimus quæ quis suo corpore ba iulat. Portari ea quæ quis iumento secũ du cit. Agi ea dicuntur quæ animalia sunt.

Ferre quære in uerbo agere. Lau.

Feruminare est cõglutinare. Plinius uigesimo quinto. Calcis quoq; usum bitumen præbu ttata feruminatis Babylonis muris. Ferumẽ pro bitumine. Idem ĩfestatur plurimis uicus scabro ferugimine. Feruminatio glutinatio ẽ Laurentius Valla.

Ferentinum oppidulum est in mediterranea Thusciam ipsa latina uia. Strabo.

Ferentanum oppidum oceano apulo uicinũ ẽ Ferentani separant a pelignis sacro fluuio fe rentanorum oppidum est amiternum.

Ferrariam urbem olim forum appellarunt.

Ferraria promontoriũ Hispaniæ: sub quo Hi berius fluuius ingreditur mare.

Fescenni uersus qui canebantur in nuptiis ex urbe fescennina dicuntur allati: siue ideo di cti quod fascinum putabantur arcere. Fe.

Fesnæ appellabantur qui depellere fascinum credebantur. Fe.

Festrum antiqui dicebant: quam nos fenestrã. Festus.

Festinare & properare ueteres diuisere. Cato ĩ oratione quã de suis uirtutibus scripsit. Qui unum quid mature transigit properat. Qui multa simul incipit nec perficit; is festinat. Verum in utroq; uerborum ratio sub hac si gnificãtia proxima est ueritati: ut sit proprie animi properare studiose ad res reliquas cõ tẽdẽtis: festinare corporis necessitatibus ob sequentis. Virgilius quarto æneï. Et medus properas aquilonibus ire per altum. Et secũ do æneidos. Festinate uiri nam quæ tam se ra moratur segnicies. Nonius.

Festinare properare turbari & trepidare. Salu stius. Festinãtibus in summa inopia patribus Teren. in eunu. Quid festinas quem quæris phythias? Donatus.

Festi locus erat intra quintum & sextum lapi dem: ubi Romani agri terminus tunc mon strabatur. Strabo.

Festinem pro festinantem. Titin. in. iui. Nunc hoc uestro: nunc hæc res me facit festinem. Nonius.

Festinare quære in properare. Au. G.

Fesulæ mons est biceps Florentiæ inclytæ thu sciæ ciuitati supereminens: ex quo si lapides qui plumbei sunt excidãtur breui temporis spatio nouis incrementis instaurari compertissimum est: fuit & in culmine huius eiusdẽ nominis uetustissima ciuitas; ruinis semesis restantibus.

Fesus fluuius est bosphori: quem alio nomine rebas uocant.

Fessus appellatio est: & significat: ut, Verrius atticum quis labore deficit: ut lassus: defati gatus uero cum quis per alium labore com pellitur. Dio.

Festus ta tum: ad diem pertinet. festiuum uero ad res: id est iucundum & lepidum: ut oratio festiua festam frondẽ dicimus: quæ festis ad hibetur. Laur.

Fessus quære in dictione lassum. Lau.

Festiuiter pro festiue dixit Ennius. Pri.

Festissime uenit ab eo quod est festũ: & est tan tum superlatiui gradus. Ser.

Festiuiter pro festiue. Neuius ĩ geminis. O do mus parata pulchræ familiæ festiuiter. No.

Festiuitas in dictis: facilitas in animo & factis. Terentius in eunu. an mei patris festiuitatẽ: & facilitatem. Do.

Festinatum pro festinanter. Pompo. Exilui ad noctem ad molam fullone festinatim. Sisen. in. iii. histo. præter festinatim de castellis ad castra maxima pedites conducit. No.

Fessus de animo dicitur. Fe.

Fessus est generaliter animo corpore atq; for tunis. Vir. complexus est ter fessus ualle rese dit .i. consilio egeos. & interea fessos uentus cum sole reliquit & fessi rerum. Ser.

Fesum pro fedum: plusima pro plurima: meli osem pro meliorem: asenam pro arenã. Var.

Fescenninos temporibus triumphalibus. Pol lio cum fescenninos in eum scripsisset. Au gustus ait. At ego tacio. Non est enim facile in eum scribere qui potest præscribere. Ma cro. de satur.

Fiala haud multum longe a libano: lacus mo dicus est: ex quo sunt qui credant iordanem oriri & paruo discursu tractu a terra sorberi & ad radicem libani iterum ebulire. Quod aiunt depræhendisse primum Philippum te trarcham paleis in fialã positis: eisq; apud pa neam recollectis. Paneam enim uocant fon tem sub libano: ex quo iordanus effluit. dici tur autem lacus iste fiala a rotunditate: q. q dem cum semper plenus sit; nũq ut exunda ret compertum est; scribe tamen cum ph.

Fiber genus uespæ quadrupes. Plautus.sic me subes quotidie quasi fiber salicem quo nomine extremæ oræ fluminis appellantur:unde & fibras iocinerum & fimbrias uestimentorum dicimus.F.

Fiber require supra in anguilla.V.

Fiber inuenitur diuersa significatio in similis: ut liber libra:fiber fibra.Pri.

Fibrenus in eum erumpit liris autem aquis: si Ciceroni credimus nullæ sunt frigidiores.

Fibula subligaculum.

Fibræ sunt eminentiæ iecinoris. Vir.vi.ænei. Nec fibris requies datur ulla renatis.

Fibræ sunt fila quæ sunt in herbarum radicibus ut & amaris in tyba fibris.Au.

Ficitatem dictum ut oliuitatem.i.fructus fici. Neui.ficitores omnes capiunt ficitatem:iers est sine modestia.No.

Ficolea palus ficulneus. Fe.

Ficos circiter solsticium insere.V.

Fictores dicti a fingendis.Varro.

Ficus q prius uerno tempore inserebat: nunc etiam solstitiali:ut ficus q densa materia. Et ideo sequitur calidiora:quo fit ut in locis frigidis ficeta fieri non possunt.Var.

Ficus malus punica & uinis propter fœmineã molliciem ad crescendum prona. Var.

Ficorum genera chiæ: & chalcidicæ: & lydiæ: & aphricanæ.iterum cætera transmaria ĩ Italiam perlata.Var.

Ficus secundæ declinationis Cirenenses cũ saturno rem diuinam faciunt ficis recentibus coronantur:placentasq mutuo mussitant: & mellis & fructuum repertorem Saturnũ existimantes.Ma.de sa.

Fici admonent nos:& fici aridæ ut enumeremus genera ficorum.Cloatio de his instruẽte qui sic diuersas ficus diligentiæ suæ more dinumerat:aphricana:abulla:barundinea:asinastra:atrapa:lasca:augusta:bifera:carica:calcidica:chia:alba:nigra:calphurnia:duncoria:herculenta:lauratia:lydia:eproludia:marsica:numidica:pulla:pompeiana:præcox: telana: atra. Sciendum est q ficus alba ex fœlicibus fit arboribus.contra nigra ex ĩfœlicibus: docent nos utrũque pontifices . Macrobius de saturnalibus.

Ficum tanquã non pomum secerni a pomis apud idoneos reperimus.Afranius in sella Pomum olus ficum uuam.Sed & curis œconomicorum li.iiii.Neque erit uitem neq; quæsita est diligẽter:quærit oleum ficos; pomos non habet.Ma.de sa.

Ficum solam non ignorandum est ex arboribus non florere.lacte propie ficorum dicit Macro.de satur.

Ficus nõ legitur apud Martialem: ut uult Priscianus: sed ut genere & decliatione differat pro morbo & pro fructu: sic Cum dixi ficus rides:quasi barbara uerba:Et dici ficos Ceciliane iubes:Dicemus ficus quam scimus ĩ arbore nasci:Dicemus ficos Ceciliane tuos.

Ficus uitium corporis quartæ declinationis ẽ Martialis in primo epigrammarum . Cũ dixi ficus rides:quasi barbara uerba.Et dici ficos Ceciliane iubes. Dicemus ficus quas scimus in arbore nasci. Dicemus ficus Ceciliane tuos.Ex quo ostendit & uitium & fructũ quartæ.Priscianus dicit:genere autem differre.Prisci.

Ficus sæpius quartæ pro arbore. Ci.de oratore. Vxorem suam suspendisse se de ficu. Secũdæ quoq; Iuuenalis. Ad quæ discutienda ualent sterilis mala robora fici . Pro fructu uero secũdæ est tantum.Horatius . Pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi.Ci. Ex tantulo grano fici.Quartæ quoq; & masculini generis pro morbo.L.

Ficus numeri singularis: & hæ fici & has ficus pluraliter facit. Ficus dicimus quas scimus ĩ arbore nasci.Ficos pro uitio corporis. Ser.

Fictile uas dicit quod factũ est a figulo: nõ q singi non potest. L.

Fictus a supino deductum quod fictum est.

Ficonta promontorium est aphricæ importuosum:haud longe ab his oris; quas dudũ testantur aliqui tenuisse. Lotophagos.

Finis pro fructu est generis fœminini: p morbo masculini:epigrãmate utitur testimonio Priscianus:licet a nostris redarguatur.

Fides proprie citharæ neruos significat: sed interdum pro cithara accipitur: ut etiam a Papinio tentat audaci fide Mãtuanæ gaudia famæ.Fidicula item neruus est: sed pprie quo ad tormenta utebantur : sed pro neruo simpliciter Tranquillus in thyberio ueretur de legatis fidicularum:simul urinæ tormẽto distenderet.Eam enim colligationem Thyberius ad supplicii acerbitatem excogitauerat. Fides ut Varro inquit.lyra græce dicit.

Fidis genus cytaræ dicta quod ritum inter se cordæ eius quantum inter homies fides cõcordant:cuius diminutiuum fidicula . Festus. Pompeius.

Fidei proprietates exemplo manifestauit Marcus Tullius de republica li. quarto. Fides.n. nomen ipsum uidetur mihi habere: cum fit quod dicitur.No.Mar.

Fidusta a fide denominata ea quæ maximæ fidei erant.Fe.

Fiducia est audacia.Salustius libro secũdo . Ita fiducia quam argumentis purgatores dimittuntur.No.

Fiducia confidentia. Virgilius li.octauo æneĩ.

Cernis quæ rutilos habeat fiducia rerũ uel ualli. Nonius.

Fides quid sit manifestum est. Virg. lib. i. Cana fides & uesta. No.

Fides quæ chordæ appellan͂t. M. T. in hortensio. Ponendæ sunt fides & tibiæ. Et Vir. lib. iii. Thraicia fretus cithara fidibusq; canoris Nonius Mar.

Fidele pro fideliter. Plautus in aulularia. Caue fides fac fidem fluxam facias. No. Mar.

Fides est commendatorum fida executio: uel obseruantia. Terentius in andria. Nihil istac opus est arte: sed his quas semper intellexi in te sitas fide & taciturnitate. Do.

Fides aut personæ qualitate seruatur: si grauis persona est cui creditur: aut ipsius rei qualitate si ea res creditur: in qua fallere cui creditur: aut non potest: aut non debet. Teren. in adel. Quod credas aut cui credas: quod etiã Vir. transtulit breuiusq; dixit: Nusquã tuta fides. Dona.

Fidem astringere promittere est: quia uincula fidei dicun͂t. Terẽtius in eunu. Vey; heus tu hac lege tibi meam astringo fidem: fidem habere cogi credere. i. credere. Vnde fideiussor dicitur. hoc est auctor credendi. Terentius ĩ eunucho ait. Si hæc fidem habeat se iri prepositurum tibi. Do.

Fiducia aliquando impudẽtiam significat. Terentius in andria. Qua fiducia facere id audeam. Dona.

Fidus & fidelis differũt. Fidi enim in maximis negociis. Fideles in minoribus dicun͂t. Terẽtius in ecy. Per pol q̃ paucos reperies meretricibus fideles euenire amatores. Syra. Fidus ẽ amicus: fidelis seruus. Idẽ ĩ phor. Seni fidelis dum sum scapulas perdidi: & fidelis est officium seruare aliquid. Do.

Fidus fidelis utrũq; nomen idẽ significat. Vir. primo æneí. Vnam quæ lycios fidũq; uehebat orontem. Ser.

Fidelia Samium uas ad usus plurimos. Plau. in aulu. Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam No.

Fiducia & confidentia hoc differunt. Illa est in bonis rebus: Confidentia uero in malis. Vir. uero primo ænei. Fiduciam pro confidentia posuit. Tãtane uos generis tenuit fiducia uestri. Seruius.

Fiduciæ & confidentiæ discretionem pandit. M. T. tuscu. libro tertio. qui fortis est idẽ fidens: quoniam confidens mala consuetudĩe loquentium in uitio ponatur dictũ uerbũ a confidendo: quod est laudis. Qui autẽ est fidens non extimescit. discrepat enim a timendo confidens. No.

Fidelitatem idest fidẽ. Actius in myrmido. Vo lo equidem sed tu huic quem scis qualitatẽ sciet fidelitate ob fidam naturã uni ignosce. Afranius in uopisco. Idem intus actum perit opera nimirum mea esse ea animo fidelitatis. Nonius.

Fides non a fidis: sicut ædes ædicula: non ædecula: & cædes cædicula: non cædecula. In plurali est tortorium instrumẽtũ ex duobus ut reor: obliquatis lignis cõpactũ: uel ab extorquenda fide ac ueritate: uel a neruis funibus uinculis: quibus ad illum modũ homĩes torquendi alligabun͂t. Lau.

Fidiculæ sunt funiculi: q̃bus reorũ manus ad atorquendum alligantur.

Fidiculæ dicuntur tormenta a fide. i. chorda q̃ uinciebantur qui erant in quæstione.

Fidiculæ pro instrumento torquẽdi: uel parua cythara uel chordula: in singulari rite formatur.

Fideicõmissarius passiue pro eo qui fideicommissionem accipit. Lau.

Fideiussorius actionẽ significat qui fideiubet.

Fideiussor ob euictionem datus uulgo auctor seruus uocatur.

Fidene oppidum erat iuxta Romam: nũc autẽ uicus. Strabo.

Fidicula docet nominatiuũ sui primitiui esse fidis: non fides esse: quod Seruio placet de cithara. Pri.

Fidem idest chordã. Horatius libro carminũ. Blandius Orpheo auditam moderere arboribus fidem. Acron.

Fide teia: aut chordis. i. fidibus: aut a ciuitate anacreontis poetæ Hora. libr. car. Et fide teia dices laborantes in uno.

Fidus amicus erit famulum fidelẽ dicito. Cap.

Fido mihi confido mihi: & fidimus: & confidimus: sic fidere media syllaba correpta. Nam si esset fideo ut tepeo faceret fidere: tepere: fidere. Caper.

Fidens qui fortis est. idem est fidens quãdo cõfidens mala consuetudine loquendi in uitio ponitur dictum uerbum a confidente quod laudis est. Cicero.

Fides is facit: cum significat lyram. Si autem uirtutem significat fidei facit: non ratiõe sed distantiæ causa. Seruius in arte.

Fido hac re & huic rei. Statius in secundo Thebaidos. Tamen genas confisus auos. Iuuenalis in tertio. Fidimus eloquio Ciceronis. Virgilius dicto coniunxit in. xi. Dum Troia tentat castra fuge fidens. & in. viii. Et fidere nocti. Priscianus in acticismis.

Fiden apud Indos stagnum est: cuius in aquis quantuncunq; leue sit nil natat: sed mergit͂ omne.

Fieri proprie pecunia dicebatur. Quintil. quæ

pecunia ad hispanense bellum facta est. Ter. in phor. Id ut conficerem confeci. Do.

Fieri & factum esse pro euenit & cōtigit. Ter. in adel. Hære nata me melius fieri haud potuit q̄ quod factum est. Do.

Frigidus mortuus. Virgilius nono. Voluit ille moriens calidum de pectore flumē Frigidis. Nonius.

Figura est circa gestum situmque membrorū. Asco. Ped.

Figere inde refigere: q fixum erat educo. La.

Figor ambigue declinatur apud ueteres. Reperimus fictus & fixus. Scaurus de uita sua. Sagitta sua inquit confictus. Varro ad Ciceronem fixum ait. Cicero academicorum libro tertio: opera fixa. Virgilius: Si mihi non animo fixum.

Filum liniamentum. Lucilius libro uigesimo nono. Surge mulier duce filum non malum. Nonius.

Filium habere creditur etiam ea mulier: quæ cū moriretur exciso utero ædere possit: nec non etiam alio casu mulier potest habere filium quem mortis tempore non habuit: utputa cum quibus ab hostibus captus reuertaret.

Filiabus suis uel filiis si quis dederit tutores etiam posthumis uidet dedisse: quia filiæ appellatione & posthumus continetur. Vlp. de uer. signi.

Filiarum nomen etiam in posthumam cadere quæstionis non est: q̄uis nomen posthumæ non cadere in eam: quæ iam in rebus humanis sic certum est. Vl.

Filiarum nomine masculini non continentur exemplo enim pessimum est fœminino uocabulo etiam masculos contineri. Filiorum autem nomine filiæ accipiuntur. Iabo.

Filiorum appellatione & naturales liberos suos: id est in seruitute susceptos creditur contineri his uerbis Labeo ait. Quisquis mihi alius filius filiue hæres sit. Proculus qua mihi labeo uidetur uerborum figuram sequi. Proculus mentem restantis. Respondit non dubito quin labeonis sententia uera non sit.

Filio filiisque meis hosce tutores do. Ser. ait Si ita scriptum sit: masculos duntaxat tutores datos esse: quoniam a singulari casu: hoc est filio ad pluralem uidetur transisse continentem eundem sexum quē singularis casus prior positus habuisset: sed hoc facti nō iure habet quæstionem. potest enim fieri ut singulari casu de filio senserit: deinde plenius omnibus liberis prospexisse ipse i tutore dādo uoluerit: quod magis rationabile esse uidetur. Pomponius.

Filii appellatione sicuti filiamfamilias contineri sæpe respondemus: ita iusta interpretatiōe recipiendum est: ut & nepotes uideanť comprehendi. Et patris nomine: & auus quoque demonstrari intelligatur.

Fimum quod nos fritillum dicimus: i quo cōiectæ tesseræ agitaræq; misceanť. Porphirion

Finis & definitio finitur & definitur idem sūt non enim.i. hic finis: & ille in extremo capituli: cum hic ergo dicatur ορος ille τελος: ad quæ distinguenda autores illic addūt sūmum & ultimum.

Finire item pro figere. Fe.

Finitores dicebantur quos nunc agrimēsores dicimus: dicti q fines diuiderent. Plautus in penulo. Eius nunc regiones limites confinia determinabo eius rei factus sum ego finitor Nonius.

Fingere componere. Virgilius secundo georgicorum. Persequitur uitem attondens fingitque putando. Marcus Tul de finibus bonorum & malorum libro quinto. Vt alia in primo ortu perficere: alia progrediēte ætate fingere. Lucilius libro. xxvii Item plurima salute & fictis uersibus. Lucilius quibus potest impartit. Marcus Tul. de officiis libro tertio. Fictam & commentitiam fabulam prolatā dicunta Platone. No.

Fingere componere instruere.

Fingere parare Lucil. lib. viii. Sed fuga fingitur timido uadit pede percitus Marcus Cato de liberis educandis. Magnum est enim ut Ariston scribit in primordio puerili: quēadmodum incipiat fingat quasi euadat. No.

Fingere effigiare: uel formare: uel facere. Marcus Tullius de republica libro quarto. Ego uero eodem quo ille Homerum redimitum coronis uel delibutum unguentis ex ea urbe quam fingit ipse Idem de natura deorum libro secundo. Deinde in ore sit aliena lingua est finita dentibus. & uocem moderate profusam fingit & terminat. Virgil lib. secundo æneidos. Nec si miserum fortuna sinonē finxit uanum & mēdacem improba finget. M. Tul. de offi. libro secundo. Fingimus uirum de eius deliberatione & consultatione quærimus. Salustius in catil. Quæ natura prona atq; obedientia uentri finxit. Plautus in asinaria. Nam nec fictum usquam: nec pictum nec scriptum in poematis. Vario in thaphe mnippo. Vt hirundine singuli obliti luto tegulas fingebant. No.

Fingere simulare mendacium. Afranius fratris nunc uide hoc quo pacto ego aurum in medium proferam: tu castalia cogita: tu finge fabricare ut iubet. Virgilius secūdo georgicorum. Non hic te carmine ficto atq; per ambages. Terentius in andria. Confingunt quā

dam inter se nunc fallaciam. Vir.xi.æneidos Vel cum se pauidum contra mea iurgia fingit. Artificis scelus. Marcus. T. de finibus bonorum & malorũ libro quinto. Talibus exẽplis non ficte solum fabulæ sed etiam historiæ refertæ. Nonius.

Fingere tergere. Virg. viii. æneidos. Et corpore fingere lingua. Cicero in septiona. Spongiis sanguis effingebatur: idest tergebatur. Ser.

Fingere quære in uerbo effingere. Lau.

Fingo compono. Virgilius. viii. ænei. Mollic fluentem fronde premit crinem figens. & secundo georgicorum. Post uitem attondens fingitq putando. Ser.

Fingitur componitur. Hora. libro car. Et fingitur artubus: ut & corpora fingere lingua. Acron.

Findo quoq fidi facit: licet quidam fissi putauerunt: sed Virg. in nono. Et media aduersi liquefacto tempora plumbo: Diffidit. Hor. ĩ tertio car. Diffidit urbium portas uir Macedo. Priscianus.

Fio fitum secũdum antiquos fite imperatiuo modo. Cato de præda militum diuidenda diuides fite. Crassius lib. xvi. iliados. Socii nũc fite uiri. Nonius.

Firmum ciuitas Emporium est piceni. Str.

Firme & firmiter aduerbia a firmo. Cicero in tertio de republica. Firmiter enĩ maiores nostri stabilita matrimonia esse uoluerunt. Priscianus.

Firmitudo pro firmitas. Plautus in asinaria. Si istam firmitudinem animi obtines salui sumus. Ci. de repub. lib. i. Habent æqualitatem quandã qua carere diutius uix possunt: liberi deinde firmitudinem.

Fiscellus Italiæ mons non longe a thyberi fluuio.

Fissilis arbor lignum tum quasi fixum: cuneus fixilis dicitur quia finditur. Plinius libro. vi. Hæc maxie fissilia. alia frangi celeriora q̃ findi. Lau. Valla.

Fistulæ per quas aquam ducunt.

Fistulam iunctam parieti communi: quæ aut ex castello: aut ex cælo aquam capit non iure haberi Paulus ait.

Flagrones dicebãt genus hominũ: quod mercede flagris cedebatur. Ser.

Flagrones dicti sũt serui quod flagris subiecti sunt: ut uerberones a uerberibus. Afra. in uopisco. Tu flagronibus priuigno iucunditatis plus est in te mihi q̃ cõmercatis consecute edulis. No. Mar.

Flagitium periculum. Lucil. libro. xxx. qui æde poscente minus & præeunt rectius multo & sine flagitio. Nonius.

Flagitium more militari dicitur res flagitione hoc est increpatione digna. nam flagitio strepitus dicitur: unde flamia & flagella & flagellare: idest personare intelligimus dici. nã hæc omnia sine sonitu crepituq non sunt. Terẽtius in eunucho. Ha flagitium facinus. Do.

Flagella dicuntur summæ arborum partes ab eo quod uentorum crebros sustinent flatus Virgili. secundo geor. Neue flagella summa pere. Aut summas defringe ex arbore plãtas Seruius.

Flagro ardeo a flamma: uel flatu quo alitur incendium per. I. Virgi. i. ænei. Flagrantisq dei uultus. Ser.

Flamini diali iurare non licet: an quod tormẽti genus quoddam est homini libero iusiurãdum flaminis autem corpus & animum ĩtactum iniolatumq esse oportet: an quod par ua in re ei fidem non habere absurdum est: cui diuĩa ac summa credita sunt: an quod oẽ iusiurandum in periurii terminat imprecationem. Execratio uero omnis tristis & abhominanda. Vnde ne aliis quidem ĩprecari flamines solẽt. Laudata est igitur athenis sacerdos illa quæ populi iussu adduci non potuit ut alcibiadẽ execrarentur. dixit enim precandi se causa: non imprecandi sacerdotio prædita fuisse: an commune omniũ periurii periculum est: si homo impius ac periurus uota pro ciuitate suscipiat.

Flaminius quidam priscus: cum ciuitati agrũ reliqsset equestribus ludis eius fructu & uectionalibus utebantur. Nã cum pecunia superesset: uiam quoq flamineã muniuerunt.

Flaminiam uiam strauit flaminis consul post uictoriam partam de liguribus a Roma per Thusciam Ariminum usq. Stra.

Flamen dialis mortua uxore sacerdotio se abdicat: sic enim apud Teium scriptum est: an quod qui uxorem ducens post amisit: eo qui nunq̃ duxit multo est infœlicior: eius enim qui uxorem duxit domus integra est. Eius autem qui uxorem in matrimonium acceptam amisit: non solum imperfecta domus ẽ: sed immunita prorsus ac manca: an eodẽ tẽpore uxor una cum uiro consecratus: quemadmodum multa sunt in sacris quæ absente uxore agi nequeunt: priore autem amissa alteram statim superducere: tũ difficile est: tũ uero iniquum atq impium.

Flamen dialis cur ederam si attigisset piaculũ commisisset: nec iter illorsum facere poterat ubi umbraculum: aut arbustum desuper immineret: an hoc simile ei est quod dicitur de curru non esse: choenici non transcendere: non quo hac pythagorici uitentur aut metuant: sed quod per hæc ab aliis deterreant. nã quod sub uitem ingredi prohibent ad unũ

referebát quod sacerdoti ebrium fieri nefas esset. Temulentis enim uinum super caput é & deprimuntur omnes ebrii & humiles fiút cum hanc ipsam uoluptatem uincere oporteat: non ab ea uinci; hederam uero tanq̃ sterilem & hominibus inutilem; & propter fragilitatem adminiculo alterius semper egété umbra solum ac uiriditate oculos capienté: non temere in ædibus ali atq; inasci permiserunt. Quippe quæ plantas complexa maxíe noceret: nec solo extirpari facile possit: quo fit cælestium ut templis penitus amoueatur nec í æde palladis athenis ac thebis quisquá facile hederam uideat. Nocturnis uero sacris & bacchanalibus adest: an ad hoc quoq; mysticum quoddam signum erat: ut athiasis ac reliquis de bacchationibus abstinerent. náq; bacchicis furoribus mulieres correptæ fuerint ad hederam statim feruntur: & abrepcá manibus diuellunt dentibus lacerant: ut nõ omnino incredibilia dicere uideantur: q asserunt hederam q̃ spiritum habeat: quo mentes in furorem conciret & locú moueat ebrietatem absq; uino íducere: & hilares eos reddere qui in furorem procliues fuerint.

Flaminé cur Ioui sacerdoti qué dialem uocant farinam fermentum ue attingere non licet. An quod farina cibus imperfectus & indigestus sit. Non enim aut id quod erat triticum mansit. nec quem fieri oportet factus est panis. sed uim sæminis simul amisit: & cibi usú non præstitit: qua ratione poeta Miliphaton farinam dixit per translationem quasi molédo occisam & confectam. Fermentum uero quoq; & per corruptionem factum est: & admixtum omne illud quicquid est quod pinsitur corrúpit. Remittitur enim quodámodo ac dissoluitur: & omnino fermétatio ipsa nihil aliud est nisi putrefactio quædam: quæ quidem si abundántibus adhibeatur farinam acidam reddit & prorsus corrumpit.

Flaminia post æmilia dicta, nunc romandiola appellatur.

Flamaris rubetur a calore flammæ.

Flamen dialis dictus q̃ filo assidue uelctur: inde appellatur flamen quasi filamé. Dialis autem a dio: a quo uita dari putabatur hominibus. Festus.

Flamen dialis maxíe dignationis inter quindecim flamines: & quomodo cætera discrimía maiestatis suæ habeát minimi habeanť. Pomonalis q̃ pomario leuissimo fructu agrorũ præsidet: idest pomis. Festus Pom.

Flaminas ædes flaminis dialis. Fe.

Flamearii infectores flamei coloris uiolarii dicuntur. Festus Pom.

Flameo amicť nubés ominis boni causa q̃ eo assidue utebatur flaminica. i. flaminis uxor: cui non licebat facere diuortium. Fe.

Flameo uestimento flaminica utebať. i. dialis uxor & Iouis sacerdos: cui telum fulmíe idé erat colore. Festus Pom.

Flaminius camillus puer dicebatur ingenuus patrimes & matrimes: qui flamini diali ad sacrificia præministrabat. Antiq ministros camillos dicebant. Alii dicút oés pueros ab antiquis camillos appellatos: sicut habeť in antiquo carmine, cum pater filio de agricultura præciperet hiberno puluere: uerno luto grandia farra camille metes. Festus Pom.

Flamina dicebať sacerdotula quæ flamini diali præministrabat eaq; patrimes & matrimes erat. i. patrem matréq; adhuc uiuos habebat Festus Pom.

Flaminis lictor é qui flamini diali sacrorũ causa præsto est. Fe. Pom.

Flammeũ uestis: uel tegmé quo capita matronarum tegantur. Plau. in aulu. flammarii uiolarii: caluarii. No. Mar.

Flamen cú masculini generis est sacerdoté significat. ut flamen dialis dicitur: aut a pileo quem gestat: quasi pilamen. No.

Flamines sacerdotes quia in capite habebát pileum í quo erat breuis uirga lanæ: filo tamé capita relegare cœperunt: name nudis eos capitibus incedere nefas erat: unde a filo quo utebanť flamines quasi flamines uero festum diebus filo deposito pileo necesse erat accipere: a quibus: ut Plutarchus autor est: quasi pilamines dicti sunt. Ser.

Flamines quod in latio capite uelato erát semper ac caput cinctum habebant filo flamíes dicti horũ singuli cognomina habent. ab eo deo cui sacra faciunt. Sed partim sunt aperta partim obscura. Aperta ut Martialis: uulcanalis. Obscura ut Dialis: furinalis: cum dialis a Ioue sit. furinalis a furida: cuius etiam in fastis feriæ furinale sunt. Varro.

Flammigrare Pindarus dixit ætná montem q̃ referat: quodq; oculis deprachédiť interdiu fumare ætnam: noctu flámigare. Mac.

Fanatica diciť arbor fulmine icta. Fe.

Flaccet languet deficit. Lucil. li. vii. Hic est macedo si agnon longius flaccet. Act. in achille An sceptra iá flaccent. Afra. i diuortio. dispersi perturbati sunt iam flaccet fortitudo. Ennius in thyeste. Inflaccebant conditiones repudiato & redito. No.

Flausas id dici Var. existimat: quod græci thesauros uocant in epistola: quá ad Seruiú Sulpitium dedit. quin Valeriú soranú solitú dicere: quos thesauros græco nomine appellaremus priscos latinos flausas dixisse: quod i eos nõ rude æs argentúq; sed flata signataq;

pecunia conderetur. No.

Flaxamina. Cicero de oratore libro secundo. Tantã uim habet illa quæ recte a bono poeta dicta est flaxamina atque omnium regina rerum orano. Pacuuius in hermiona. Flaxamina atq; omniũ regina rerum oratio. Nonius Marcellus.

Flagitium quære in crimen. Lau.

Flautasis fluuius in finibus dacorum est.

Flagito est uæhementer & plusquã postulo: ut Quintilianus pro Quintio. Quãq̃ hoc causam postulat: & si postulat nõ tamen flagitat

Flagrare & ardere & ignere ita differunt: quod ignescere est incendi: & ardere, flagrare uero olere. Nonius Mar.

Flammesco a flamma formatur inchoatiuum Diodorus.

Flamina quære in metaurus. Acron.

Flauius fimbria ilium expugnauit & diruit tẽporibus Sylæ rogatus curret. Pri.

Flauo rubeo. Hora. lib. car. Accipit flauo nido laborum. Acron.

Flammeum uelum mulieris.

Flaminea fœmininum a flamine ,ptulit. Trogus in. xxii. Papyro flamina flamini penultima obiit. Pri.

Flaminiam uiam e Roma per thusciã & Vmbriam usq; Ariminum strauit Marcus Lepidus. C. flaminiu in consulatu collega post uictoriã quam de liguribus, habuerit. Et Marcus Lepidus strauit reliquam porro usq; Bononiam: & ex ea in Aquileiam prope alpium radices ducto per girum circa paludes opere huius regionis terminus mõstratus est; quã nuncupamus Galliam ad reliquam Italiã. & montes appennini Thusciæ imminentes: & eis annis & postremo rubicon uterq; adriaticum intrantes pelagus. Strabo.

Flamina generis fœminini domũ flaminis sacerdotis significat. Au. G. lib. x. Ignem & flamina. i. flamis dialis domo; nisi sacrum & ferrum ius non est. Seruius.

Flere quære in dictione heiulare. Lau.

Flegethon inferorũ fluuius poetis familiarissimus est: ignem quidem significat; seu ardorẽ scribe cum ph aspiraro.

Fleumon est inquietudo cum rubore & dolore extensione duritia & uastitate: nam cũ cœperit fieri iquietudo febris consequitur: unde edita est flegon inflamaus. Sic enim sentitur: & unde nomen accepit: quædam enim passiones ex põponiu acceperunt nomen: scribe cum ph aspirato.

Fleuo lacus est quem rhenus maximam aquarum copiam trahens de seipso; post longũ discursum facit: & in eius medio insulam aqua fleuo nominatam amplectens demum exin de exiens iterum sese cogit in rippas.

Flexilis ramus flexiles uites q; flexæ sunt: & lapsu erratico torquentur. Lau.

Flegmina dicũtur cum ex labore uiæ sanguis defluit circa talum. Festus.

Fligi & affligi. Liuius in ægystho. Ipse se in terram fligit cadens. Acti. i epinausimache. nec perdolescit fligi socios morte campos cõtingi. Idem in ægystho. Hem ciuitatis stirpẽ fun ditus fligi studet. Nonius.

Floræ quam bonam deam nominant quid est omni florum genere templũ exornãtes mulieres domũ mirtos non iportant præsertim cum ambitiosus cunctis geminũ: ac florꝫ uarietatibus uti soleant. an illud est quod a fabulatoribus dicit̃ florã flauii diuinaris uxorem fuisse: quæ tum uino clanculum uberius uteretur deprææhẽsi myrtetis uirgis ac flagris a uiro cæsa fuisse dicit̃: inde factum esse ut myrtus in eius cædem nõ inferatur uinũ tantum: cum mulieres id bibãt: lac appellãt an quod a multis tum uero rebus ueneris caste ac pure factum illud obeunt: non solum enim uiros excludunt; sed cum solenne sacrificium faciunt quicquid masculũ est domo exigunt: mirtum ĝitur quasi ueneri dicatam religiosam habent. Nam quam nunc myrteã uenerem nominãt antiquitus: ut uidet̃ myrteam appellare consueuerunt.

Florentia florentinoꝝ urbs: olim Romanoꝝ Colonia Hætruriæ ciuitas prisco nomĩe cõfluentia dicebatur.

Florẽtia prius fluentia: quod circa fluẽta arni sit sita Blondus.

Flustares populi i aquitania proximi uocatis tarusatis sontiatibus garũnis & Hispaniæ citeriori in regno francorum siti comitatus ẽ in Vasconia comitis defusso nomen adhuc retinent.

Floces fex uini. Cecil. ædepol ego neq; florem neq; floces nolo: mihi uinũ uolo. No.

Floxus fluuius est hispaniæ promontorio celtico uicinus.

Fluere est decurrere. Vir. geor. li. i. Hæc eadem argenti riuos ærisq; metalla ostendit. Venis atq; auro plurima fluxit. Nonius.

Fluere latius execrescere. Vir. geor. ii. Tum deniq; exerce imperia & ramos compesce fluẽtis. Nonius.

Fluere minui deficere. Virg. æne. lib. ii. Ex illo fluere ac retro sublapsa referri: spes danaum. Nonius Mar.

Fluctuatim iactanter & solute. Afra. i pompo. Tene tu in medio nemo est magnifice uolo fluctuatim ire ad illũ. Accipite hoc: rege tu & sustine Nonius Mar.

Fluuiatilis piscis incola fluuiorum non maris

ıliarumue aquarum.

Fluxus ab actiua uoce descendit: nec actiuam nec passiuã significationẽ plane habet.

Fluxurus soliti sunt dicere, unde & fluctus ipsi motus aquarum. Pri

Floccifacere & floccipẽdere cõtendere significat. Te.i eu. Tũ autẽ q̃ nõ illũ flocciferim. D.

Floces uini fecẽ appellabant ueteres, unde etiã floccipendere Seruius.

Floces audierat prisca uoce significare uini fecẽ a uinaciis exp̄ssã: sicuti fraces oleis. A.G.

Focale nã recitaturi ne clamore obstrepẽtium terrerẽt adhibebãt auribus genus ligaminis quod focale appellarũt Fabius Quintilianus focalia & ligamina ausũ sola excusare potest ualetudo hæc ait Martialis: cũ de recitaturis scriberet hoc uerbo usus est. Hor. I sermonibus. & idẽ in distichis: si recitaturus dedero tibi forte libellũ hoc focale tuas afferat auriculas nostris auribus: ne q̃d de re audiamus: focale faucibus hæret dicit̃ focale dictũ: q̃si faucale a faucibus quas obligat collo eni reuinciebatur.

Flociferum dictũ q̃ eo die spicæ ferũtur ad sacrarium. Festus Pom.

Focus fomenta focillationes foculi a fouẽdo: idest calefaciendo dicta sunt. Fe.

Focale ligamẽtũ aurium q̃d oratores suruebant leneũ inter agendũ strepitu perterrerent̃ dictum focale a faucibus.

Focula dicta sunt nutrimẽta: unde & foculare dicit̃ ut fouere. Plau. in persa. ad ædes nã iam intus uentris fouent focula. No.

Focillat̃ Varro de ui. pa. lib. ii. propter secũdas sublato metu nõ i cõmuni spectãt: sed suum quisq̃ diuersi cõmodi focillant̃. No.

Focias fluuius ẽ thessaliæ: & i epidaurę effluit

Fodare fodere a fodẽdo dictũ. Ci. tuscu. lib. iii. Nõ est n. i potestate foditãtibus eis rebus: q̃s malas opiamur dissimulatio uel obliuio. N.

Fœdũ consuetudine deforme. Ter. in eu. Nũc tibi uidet̃ fœdũ q̃ illam non habet. N.

Fœdum execrandum. Vir. lib. vii. Auersusq̃ refugit fœda ministeria. No.

Fœdare dilacerare. Vir. ii. æneí. Impulerat ferro argolicas fœdare latebras. tam enim apud Vir. q̃ apud Salu. fœdũ nõ tã turpe q̃ crudele significat. Priamũq̃ p aras sanguie fœdãtẽ quos ipse sacrauerat ignes. & Salu. fœdi oculi. Seruius.

Fœdifragos qui fœdera frangerẽt: in Neniano carmine nuncupabantur. A.G.

Fœlix propitius. Vir. li. i æne. An phœbi soror an nymphaę sãguinis una: Sis fœlix. No. M.

Fœlix fructuosus uerax. Vir. ii. geor. Exilit ad cœlũ ramis fœlicibus arbos. Varro de ui pa. lib. ii. Cõtra e nouo marito cũ ita e foco mitiore & fœlici arbore & inæquali aqua allata esset. Nonius Mar.

Fœdũ crudele. Salu. fœdi oculi. Ter. i eu. prob deum fidem facinus fœdum. Do.

Fœlix fœcũdus. Virg. Fœlicẽq̃ trahit limum.

Fœlicitas aduersa est cũ ex p̄speritate q̃ lædat nascitur. Teren. i eunu. Cui magis bonæ fœlicitates aduersæ sient Do.

Fœmur & fœmen quæ e i dictiõe coxa. Lau.

Fœneraticius quod datũ est fœnori: aut ad fœnus pertinet. Lau. Valla.

Fœtũ significat ipletũ. Vir. i. æn. Loca fœta furẽtibus austris. & li. ii. Scãdit fatalis machina muros fœta armis. Var. γνωθι σεαυτόν, nõ uideris unũ & paruulus amor ardi fœta iam pades. Nonius.

Fœtũ onere leuatũ. Vir. lib. viii. Fecerat & uiridi fœtã mauortis in antro. Et. iii. geor. Hic tibi fœta mare patrũ mulctraria uaccæ implebunt. Var. de uita popu. ro. li. ii. Mensæ anteponebãt̃: cũ talia & uno i quoquo ueniebãt ad fœtam amice gratulatum dıis mactabant Nonius Marcellus.

Fœta plena. Vir. li. i. æne. Loca fœta furẽtibus austris. & alio loco: fœta armis. Sciẽdũ ẽ autẽ fœtã dici & grauidã & partu liberata: ut fecerat & uiridi fœtã mauortis i antro, Enixam autẽ fuisse lac quod pueris præbebat̃ ostendit. Itẽ fœtã grauidã illo loco ostẽdit. Nõ infueta graues tẽtabunt pabula fœtas: ergo qa fœta medius sermo ẽ: bene hoc loco epitheto discreuit dicẽs graues fœtas: ut bonũ facinus: bonũ uenenũ & malũ uenenũ. Ser.

Fœtis pro fœtibus. Actius in bacchidibus: ubi sanctus Citheron frondet uiridãtibus fœtis Nonius Mar.

Fœnus autẽ a fœtu dictũ est: q̃si a fœtura q̃dã pecuniæ parẽtis atq̃ increscentis. Iccirco. M. Catonẽ ætatis suæ doctissimũ fœneratorẽ sine a littera p̄nunciasse tradidit: sicut fœtus ipse & fœcunditas appellat̃. Au. G.

Fœnisicia omnes agri colunt̃ ab hominibus seruis: aut liberis: aut utrisq̃: liberisq̃ pauperculis cũ sua p̄genie: aut mercẽnariis cum cõductitiis liberoȩ operis res maiores: ut uindemias ac fœnisicia administrant: quos operarios nostri uocitarunt. V.

Fœnisiciæ cõdunt̃ melius sub tecto q̃ in aceruis: q̃ ita fit iniucũdius ex eo intelligit̃: q̃ pecus utroq̃ posito libentius est. Varro.

Fœles oẽs parietes tectorio leuigãt ne fœles aliaue bestia introire ad nocẽdũ possit. Varro

Fœlices arbores uerranius de uerbis põtificialibus ait. Fœlices arbores putant̃ esse quercus: esculus: ilex: iuniperus: corylus: sorbus: ficus: alba. pirus: malus, prunus: cornus: lorus. Tarquinius autẽ priscus in ostentario arbo-

ratio sic ait. quæ arbores: quæ in foꝝ deoꝝ aduertētiū: quæ in tutela sunt eas infœlices nominat alternū sāguinē fœlicē ficum atrā quoq; baccā nigram nigrosq; fructus ferunt Itemq; acrifolium pirum siluaticum prunū rubum sentesq; quibus portenta prodigiaq; mala comburi iube oportet. Ma. de satur.

Fœlix dicitur fortunatus beatus. Virgilius tertio æne. O fœlix una ante alias priamea uirgo. Nonius.

Fœnerare est nūmos in fœnus dare.

Fœnebris a fœnus; sicut a funus funebris: ut pecunia fœnebris. quæ fœnore quæsita.

Fœmur fœmoris: fœmen fœminis. Fe.

Fœneratum est cum lucro redditum & multiplicatum. Teren. in adel. Metuisti ne nō istuc tibi fœneraret. Donatus.

Fœdū ātiqui dicebāt pro edo foliis pro olere: fostim pro hoste: fostia pro hostia. Fe. Pom.

Fœdus appellatum ab eo quod in paciscendo fœdere hostia necaretur. Virgilius. Cæsa iungebant fœdere porca: uel quia in fœdere interponatur fides. Fe.

Fœdus cruentus crudelis. Virg. septimo ænei. Abstinuit tactu pater: auersusq; refugit. fœda ministeria. Ser.

Fœtura prouentus gregis: idest ipse fœtus. Virgilius. Si fœtura gregem suppleuerit aureus esto. Seruius.

Fœta plena: require supra. Ser.

Fœnero fœneras: & fœneror raris dici potest. Festus Pompeius.

Fœnus appellat naturalis terræ fœtus: ob quā causam & nūmoꝝ fœtus fœnus dicitur. Et de ea re leges fœnebres. Fe.

Fœnus ab eo dictum quod pecuniam pariat increscēn tempore: quasi fœtus uel fœtura. nā & græce ΤΟΚΟϹ dicitur ἀπὸ τοῦ τίκτειν: quod est parere. Varro libro tertio de latino sermone. Fœnus autē dictū a fœtu: & quasi fœturam quandam pecuniæ. Nam & Catonem & cæteros antiquiores sine a littera fœnus pronunciasse contendit: ut fœtus & fœcunditas. Nonius.

Fœnus & fœnerata res: & lex de credita pecunia. Festus.

Fœnus quære in uectigal. Lau.

Fœtus & fœtura in catuli. Lau.

Fœlix quære in prosper: & iterum in beatus. Laurentius.

Fœnero quære in uerbo mutuo. Lau.

Fœnix thessaliæ fluuius est.

Fœnebris a fœtu dicta: q; credin nummi alios pariant: aut apud græcos eadem res dicitur τόκος fœnum quoq; pratorum ab hac causa est appellatū: quod id ipsum manens quot annis nouum parit: unde etiam fœstiua uocata est. Festus.

Folles genus pilæ: qua et iuuenes & senes pariter ludebant. Augustus cæsar ea maxīe delectabat infra folle decet iuuenes ludere folle senes.

Foliatum unguentū preciosissimū: inde nardinū fiebat: autore Pli ex ōphatio: iunco: costo: balāno: nardo: amomo: myrrha: balsamo.

Follis genus pilæ. Suetonius de Cæsare augusto ad pilam & folliculum est reuersus.

Folium a græco uenit: quod illi φύλλον dicunt. sed ideo per unū l quia antiqui non geminabant consonantes. Festus.

Foliculare appellat pars remi: quæ foliculo est tecta: a quo uita folicularis. Fe.

Foliculum corpus. Lucil. lib. xxvi. Ego si quis sum: & quo foliculo nunc sum indutus non quæto. Nonius.

Foloe mons est thessaliæ: in eo quōdā cētauri nati sunt. Alii arcadiæ montē dicunt: nōnulli thraciæ: sed cum ph scribitur.

Fomites sunt assulæ ex arboribus dum cædūtur excussæ dictæ q; in eo opere occupati cibis potuq; confouentur: ac opilius adustas sā uites uocari existimant fomites. Alii uocari putant scintillas quæ ex ferro candenti malleis excutiuntur. Dictæ autem ita: quia igni sunt confotæ: pari modo assulæ quæ sunt securibus excussæ. Festus.

Fons solis cū hominū manu attingit: ille īmodicus exurgit: harenasq; q̄si maria agēs sic sæuit: ut æquor fluctibus fons media nocte feruet mox & paulati tepescēs sit luce frigidus: tūc ut sol surgit ita frigidior subide p meridiē maxie riget: sumit deide tepores. iteꝝ & prima nocte calidus atq; ut illa ꝓcedit ita calidior: rursus cū est media perferuet.

Fontanalia sacra fontiū: quæ fiebāt coronatis pueris & fontibus: autor ē Pōpeius: illic erat præterea saxū: qđ cū Ro. uellēt ipetrare pluuias a Ioue i urbē ferebāt dicebat. Martialis autor. Festus. Iuuenalis: madidaq; capenam:

Fons a fundendo dicitur. Festus.

Fontanalia a fonte: q; is dies feriatus: cū in fontes corónas iaciūt. & puteos coronāt. Festus

Fontinalia fontium sacra: unde & Romæ fontinalis porta. Festus.

Formia ubi secessus amœnissimus ubi habitarunt læstrigones: ut Pli. scribit: qbns īpauit Antiphates: autore Homero: in odyssea. Et Ouidio in quintodecimo metamorphoseos Totum sinum illū ante tempora troiana tenuit Lamus: quod scribit Homerus & Silius Fundiq; & regnata lamo caieta.

Formidolosus timendus: quia naturaliter formidandus. Hor. li. car. Seu me scorpius aspicit formidolosus. Et Salu. etiam cum poten-

tia Cn. Pompei formidolosa erat. Acron.

Foramen Sisen. histo. li. iiii. Neq; porta neq; foramen erat quo possit eruptio fieri.

Fortunatæ insulæ non admodum lōge a mauritaniæ promontoriis sunt; disiunctæque a gaddibus oppositæ sunt. Strabo.

Forum Iulii dicunt ubi & Cæsaris Augusti nauales sunt. Est autem inter Olbiam & antiopolim: distans a Massilia stad. vi. milibus.

Forago filum quo textrices diurnum opus distinguunt: a forando dictum. Fe.

Foramia quasi diminutiua a foribus dicta. Ci. tuscu. li. i. Quanq̄ foramina illa quæ patent ad animos a corpore calidissimo artificio natura fabricatur. No.

Forcipes dicuntur q; his forma idest calida rapiuntur. Festus.

Forbam antiqui omne genus cibi appellabant quā græci φορβὴν uocant. Festus Pom.

Forceps ex eo dictum est q; formam capiat. forum enim ueteres calidum dixerunt Ser.

Fordicilia a fordis bubus bos forda dicit̃ quæ fert in uentre q; ea die publice īmolabantur boues prægnantes in curiis cōpluribus: a fordis cædendis fordicidia dicta. Varro.

Fordicidæ boues quæ fordæ. i. grauidæ īmolabantur: dictæ a fœtu. Festus.

Fortis frugi & bonus siue ualidus. Festus.

Forum sex modis intelligitur. Primo negociationis locus: ut forum flamineum: forum Iulium ab eorum nominibus qui ea fora custodienda curarunt: quod etiā locis priuatis & in uiis & in agris fieri solet. Alio in quo iudicia fieri cum populo agi contiones haberi solēt. Tertio is qui prouinciæ præest forum agere dicitur: cum ciuitates uocari & de controuersiis eorum cognoscit. Quarto id forum antiqui appellabant: quod nunc uestibuliū sepulchri dici solet. Quinto locus in naui: sed tūc masculini generis. & est plurale. Sexto fori significant & circēsia spectacula: ex qbus etiā miores forulos dicimus. Inde & forare foras idest fercula. i. hostia dicuntur. Fe.

Formucales forcipes dictæ q; forma capiunt. i. feruentia. Festus.

Fornacalia feriæ institutæ sunt farris terendi gratia q; ad fornacem, quæ in pistrinis erant sacrificium fieri solebat. Fe.

Fortunare est prosperare & omnibus bonis augere. Plautus in trinūmo De fortunabunt uestra consilia. Marcus Tullius ad Curionē. Tibi patrimoniū dii fortunēt. Afranius in emācipato. Deos ego omnes ut fortunati sint precor. Nonius.

Fortunatum Romani putabant cælibem: quē dicebant quasi cælicem. Teren. in adel. Et q; fortunatum isti putāt uxorem nunq̄ habuisse

Donatus.

Fortunatim prospere. Ennius in ānalibus. Ea mihi reliquæ fidei regno uobis quæ quiritis se fortuna īfœlicius ac bene uortat. No.

Fornacalia sacra erant cū far in fornaculis torrebant. Festus.

Formiæ oppidum appellatur: ex græco uolūt ὅρμος. quod circa id crebræ statiōes tutæq; erant: unde proficiscebantur nauigaturi. Festus.

Forma significat modo faciē cuiuscūq; rei modo calidā: ut cum exta quæ dāt̃ de forma appellant̃. Et Cato ait de quodā ædificio æstate frigido: hyeme feruido. Item forma appellatur puls miliaria ex melle. Fe.

Forma & uultus. forma imobilis est & naturalis. Vultus & mouet̃ & fingitur. Teren. i an. Forma & uultu Sosia adeo modesto ueteres ignem & calorem quendam quasi feruorem dixerunt formā. Ideo fornaces forcipes: formam & formosos: ex quibus ignis amoris exoritur. Idē in phor. ut unus boni in ipsa esset forma hæc formam extinguerent & laudandus. Ter. proprietate seruata: qui cum forma præualisset: subiecit extinguerent. Virgilius in bucolicis. At mihi sese offert ultro meus ignis amyntas. Ab igne igitur ut calore forma dicta est. Donatus.

Foria stercora liquidiora. Pomponius in marco. Conforisti me Diomedes. Laberius i panilicis: foriolus esse uideris i coleos cacas.

Foriolus qui foria facile emittat saluti scilicet uentris. Nonius.

Fors & fortuna hoc distant. fors est casus temporalis. fortuna est dea ipsa. Actius i astyanacte. Ithera in qbus partibus nanq; audire uolo si est quā exopto & quo captus: modo fortuna ne an forte reperitur. Varro in epistola ad Fuscum. Dii quæso fors fortuna quantis cōmoditatibus hunc diem. No.

Fortis est celer. Lucilius libro tertio. Aut quidnam tremulis facere artubus & consimilia i cursu possint & fortis equi ius. Virgilius lib. xii. Quid tam egregium si fœmina forti fidis equo. Nonius.

Fortis & diues. Plautus in trinummo. Eum sororem spopondisse uiam suam fortem familiam: idest diuitē & copiosam. Afranius. Fratris formosa uirgo est quis dimidium uocāt isti dimidium dotis qui dotis negligunt uxori præterea fortis. Lucilius libro trigesimo. Omnes formosi fortes tibi ergo improbus esto. Nonius.

Fortis magnatum uirium. Vir. i. æneí. Fortēq; cloantum. Nonius.

Fortasse ueteres īfinitiuo modo adiungebant. Plau. fortasse te amare suspicauere. Do.

Fora & fori ut genere ita & sensibus differunt nam neutro iudiciorum & litium sedes est: ma sculino spacia in manibus apertiora: uel i gladiatoriis ludis. No.

Fori appellati ubi spectacula sibi quisque facerent. Liuius lib. i.

Forum pro tribus itelligitur: loco tempore & persona. Terentius i phor. Scisti uti foro: sed illos negociatores qui ante locum commercii non præscribunt quanto uédant quæ aduehunt: sed secundum annonam fori quá depræhendút consiliú de uendendis mercibus sumunt. Et scisti uti foro uulgare prouerbiú est: eius sensus est. Scisti quod te facere oporteret. Donatus.

Fori tabulata nauium: ab eo quod incessus ferant. Vir. Implessemq; foros flámis. Et Ci in Catone maiore. Alii malos scantiant, alii per foros cursitent. Ser.

Fori generis masculini pluraliter dicút spacia in nauibus aperta: uel in gladiatoriis ludis. Seruius.

Fore reuera tantum futuri temporis est. Ouidius metamorpho. Esse quoq; in fatis reminiscitur affore tépus. Virgilius primo geor. Sic nam fore dici non potest. Cicero i epistola ad Trebatium. Scripsit ad me cæsar se tibi nondum familiarem esse satis propter occupationes suas: sed cito fore. Ser.

Forda a fero traxisse uidet uocabulum. Ouidius. Pro boue prægnante, cum ait libro quarto fastorum. Forda ferens bos est fœcúdaq; dicta ferendo.

Fores dicuntur quæ proprie foris aperiunt: sicut apud ueteres fuit. Ser.

Fores singulari numero carent. Teren. in adel. Sed quidnam fores crepuerunt. Do.

Forum iulii octauanorum colonia: tunc post antipolim: & Olbiam: & Laurion: & citaris te net: & lacidon massiliensiú portus. Pom.

Forú cornelii: mutato noie nunc Imola dicit.

Fornum & fornaces dicunt a forno: quod est callidú. Inde forcipes q; cádens teneat ferrú. Vir. li. viii. Versantq; tenaci forcipe massam Varro de ui. pa. li. i. Coquula quæ coquebat panem primum succinerem postea in furnú cuius utriusq; uocabulum a forno dictum. i. a calore. No.

Formidolosum & quod ipsú sit: & quod aliis sit formidabile. Salu. in catil. Nó armatus hostis formidolosus erat.

Formidolosus dici potest & qui formidat & q formidat. & inuidiosus & qui inuidet & cui inuidetur: ut suspiciosus & q suspicat: & qui suspectus est: ut ambitiosus: & q ambit: & q ambitur. ut item gratiosus: & qui adibit gratias. & dat gratias: ut laboriosus: & qui laborat: & qui labori est: ut plæraq; alia huiusmodi in utráq; partem dicunt. Lau.

Forú quo cóferút suas cótrouersias: & quæ uédere uellét quo ferrét: forú appellauerút: ubi qd generatim additú ab eo cognomen: ut forum boarium. forú holitorium. Varro.

Forum piscarium uocant secundú Thyberim ad laniculum. Ideo ait Plau. apud piscarıú forum ubi uariæ res. Varro.

Fornix fabianus arcus est iuxta regiam i sacra uia Fabio censore constructus: qui de uictis allobrogibus nominatus est: ubi q; scuta eius posita. Au. G.

Fore ifinitiuú uoce est: significatóe participiú. significat. n. futurorum eét: ideo respuit participiú ut spero fore te amatoré: non auté amaturú fore: & timeo te uerberádú: non auté te fore uerberádú. Ité spero te amáté mei fore: non auté me rú duo participia diuersorum téporú coire nó possint. ibi ení uim nominis habet. Affore hác differétiá non habet. Inde affuturus: sic de fore de futurus: cófore: & pfore comicorum. Hora. Quæ nocuere sequar: fugiam quæ profore credam. i. pro futura. Lau.

Forum neutro genere dicimus locú rebus agédis destinatú: uel comercium significamus. Masculine autem fori tantum pluraliter tabulata nauium dicuntur. Ser.

Fors cú sit nomen accipit pro aduerbio. Vir. i in. xi. Fors & uota facit: cumulatq; altaria donis. Priscianus.

Fornix in antris prostrare cósueuerat: unde & fornices dicti. Hora. lib. car. Grato pyrra sub antro. Acron.

Forma specialiter pro pulchritudine ponit ut formæ cóiunx. Hora. lib. car. Forma capnuæ dominum tegmesse. Acron.

Forum flaminii in umbria est. Strabo.

Forum sempronii in umbria est. Strabo.

Foruli sabinorú petræ sunt ad rebellandú aptiores. Strabo.

Formias condidere lacones: q̃s prius hormias astationis: idest hormi bonitate appellabant Strabo.

Foréciú oppidú é apuliæ: Venusiæ ciuitati cóterminú quod ideo humile appellat Hor. qa est in ualle sitú: sed nunc est sine ihabitatore. Hora. lib. car. Et aruum pingue tenent.

Forfices uocabula sunt militaria quibus istructa certo modo acies appellari solet: frons: subsidea: cuneus: orbis: globus: forfices: feráales: turres. Hæc & quædam alia inuenire est in libris eorum qui de militari disciplina scripserunt: tráslata auté sunt ab ipsis rebus: quæ ita proprie nominant, earúq; rerum in acie instruenda sui cuiusq; uocabuli imagines osté duntur. A. G.

Formica formicinus. Plau. in menechmis. Atque hæc cuius incedit monet formicinú gradum. Priscianus.

Farnax corripit penultimam genitiui. Luca. in quarto. Tigranemq; meum : nec farnacis arma barbara. in x. Pri.

Forsit pro fortasse. Hora. in primo ser. dissimile hoc illi est: quia non ut forsit honoré mihi iure inuideat.

Forgius æthiopiæ mons excelsissimus.

Formæ maritima urbs est latina iuxta Caietã appiam uiam attingentes. formias condidere Lacones: ut supra. Stra.

Forum pro sedibus & pœnatibus fori loca spectaculorum. Item fori sunt in nauibus : quo nautæ sedentes remigant. Dio.

Forum corneliú est in medio Bononiæ & Rauennæ: aliaq; q; ciuitatú nõ longe ab Arimino: per quas iter est Romam. Stra.

Foruli sabinorum petræ sunt ad rebellandum q̃ habitandum aptiores. Strabo.

Forum Iulii in gallia dicunt: ubi & Cæsaris augusti nauales sunt. Est autem inter Olbiam & Antipolim: distans a Massilia stad. sex milibus. Strabo.

Fortunatæ insulæ non admodú longæ a mauritanis promontoriis sunt disiunctæq; gadibus oppositæ sunt. Stra.

Forfices filorum: forpices pilorum: forcipes fabrorum dicuntur. Ser.

Forticulus. Cicero tuscu. Quáuis idem homo forticulum se in torminibus & in stranguria præbeat.

Foron Armeniæ maioris fluuius: in Tigrim mergitur.

Fornius fluuius Aquileiæ: propinquus ẽ

Fossas fodiendo. Varro.

Fossiciú in gallia trãsalpina: intus ad rhenú cú exercitú ducerẽ aliquot regiones accessi: ubi nec uitis nec olea nec poma nascerentur: ubi agros stercorarent candida fossicium creta ubi salẽne fossicium maritimú haberẽt: sed ex quibus lignis combustis carbonibus salsis pro eo uterentur. V.

Fossam uocabant unde exculpserãt terram: & introrsum faciebant murum : posteaq̃ fieret orbis. Var.

Fossa est receptaculum aquæ manufacta.

Fouere est nutrire ꝓuehere. Vir. geor. li. ternio Hinc nescio q̃ dulcedĩe læti ꝓgenie nidosq; fouet. Et. i. æne. iã tũ téditq; fouetq;. Luc. li. xxix. Ventrẽ alienú tamẽ fouere ex mollito ordeo uti cataplasmo. No.

Fouere aspergere. Virg. li. xii. Fouet ea uulnus lympha longæuus iapix. N.

Fouere constituere. Virg geor. lib. quarto. Sub tera fouere larem. Et primo ænei. Et iterdú gremio fouet inscia dido Insideat quãtus mi sere deus. No.

Fouere tueri. Vir. iiii. ænei. Nõ obuia ferre arma uiros: sed castra fouere No.

Fratia uxor fratris. Fe. Pom.

Fratriæ appellantur quasi fratrum iter se uxores Nonius Marcellus.

Frater a græco dictus φρήτηρ uel q; sit fere alter. Festus.

Fratilli uilli sordidi in tapetis. Festus.

Fratrare puerorum mammæ dicuntur: q; uelut fratres pares oriuntur: quod etiam in frumẽto spica facere dicitur. Fe.

Franosus erit qui fraudem cõmiserit. Fe.

Frasare uigilia circumire. Fe.

Frangescere frangi. Actius in ægystho. Neq; fera hominum pectora frãgescunt donec uim persenserint imperii. Idem in eurisa. Nunquã erit tam immanis: cum mea opera extinctũ sciat quin frangescat. No.

Frausus fraudatus. i. ad fraudis fructũ uenerit. Plau. in asina. Non placet me tuo in cõmune nequam fraudem frausus sit. No.

Fragor a fractarum rerum sonitu nominatus est. Virgilius primo geor. Et miserabere fractas. Ser. in arte.

Fragro odorem reddo per quæ fracta spirant magis. Vir. primo ænei. Redolentq; thymo fragrãtia mella. differt a flagro per l ut supra in flagro. Ser.

Frater a germano in hoc interest. Germanus enim de eadem genitrice natus: non ut multi dicunt de eodem germine: quos Varro tãtum fratres uocat. hoc tamen cõfundit usus Seruius.

Fraus pœna: nã sic fraudẽ ueteres pœnã uocabant: ut etiã in antiquo cognoscit̃ iure. Vir. xi. æneid. Iam nosce uentosa ferat cui gloria fraudem. Ci. de oratore. Iccirco narrabo i periculo & fraude capitali esse. Liuius libro primo ne non uenisse fraudi esset. Ser.

Fraus periculum in iure lectũ est. Erit illa res fraudi: idest periculo. Virgilius quinto ænei. Quis deus in fraudem: quæ dura potẽtia uestra ægit. Seruius.

Fragrare reddere est.

Fratres montes sunt alti qui continent̃: & q̃si de industria in ordinem expositi ad numerũ septem ob similitudinem uocant̃.

Frater fratris uocabulum. P. nigidius homo ĩpense doctus non nimius argura q̃ subtili ratione interpretat̃: frater inquit est dictus q̃si fere alter. Au. G.

Fraus. Horatius lib. iii. carminum. Ardentem sine fraude troiam. aut ut Troia non uideat̃ proditione euersa: sed fato. aut sine fraude. i. sine lesione.

Frater appellati potest atq; eo nomine hæres instituiqui frater non est: sed fraterna charitate diligitur. Pau.

Fratres patrueles; sororesq; patrueles; idest qui quæue duobus fratribus progenerantur. Irē consobrini qui ex duabus sororibus nascuntur quasi consororini. Item amitini: idest quæ quiue ex sorore & fratre propagantur. Sed fere uulgus omnes istos communi appellatōe cōsobrinos uocant. Item qui ex fratribus patruelibus aut cōsobrinis; uel amitinis propagantur proprie consobrini uocantur. Caius de gr.

Fraus aliud est; aliud pœna. Fraus enī sine pœna esse potest. Pœna sine fraude esse non potest. Pœna est sine noxæ uindicta. Fraus & ipsa noxa dicitur; & quasi pœnæ quædam præparatio. Vlp.

Frango nauem; fregi brachium; non passus q̄si per se fecerit. Teren. Is fregit nauim apud andrum. Lau.

Fraudulosus qui fraudem facit: quod in fraudula diminutiuo uidet̄ uenire potius q̄ a fraude. Laur. Val.

Frangit. Horatius libro car. Imperiumq; frāgat aut quia imperium semper fragile putant: aut quia magnæ res deterioratæ & fractæ dicuntur. Virgi. Fractæ uires. Et alibi. frati bello. Acron.

Frecebunt displicebunt. Fe.

Fregelle locus i urbe; i quo ciuitas feris hospites habitauerunt. Fe.

Hasta aspirationem recipit:ut ea differat a uerbo asto astas quod multis placet:mihi magis uidetur huic nomini aspicationem accessisse antiquo usu: quod etiam monumentorũ titulí declarant: sunt qui opinentur uocé hãc deductam a græco uerbo: quod est histimi: & ab eo aspirationem traxisse: quod non probauerim:græci hastam cum Δορῦ doritum acõtion uocant:eadem ratio est huius nominis hastile. Idemq; seruatur i his uocibus hastatus subhasto. Varro putat dictum q sťás soleat fieri ut cũq; sit:certe non modo antiq codices: sed etiam monumentorũ inscriptiones declarant huic nomini aspirari iam inde ab antiquis sæculis solitum esse.
Haue aspirationem recipit ut differret a sexto casu auis nominis:ut quidam arbitrati sunt. Indicat hodie quoq; epigramma:quod est salerni.flauia calemera dulcissima aue.nũc autem uix inuenitur qui aspiret.
Harudes populi transrhenani sunt i Gallia celtica circa fines Sequanorum ac deduorũ: ab ariuisto germanorum rege traducti.
Halteres pondera erant:quibus ambabus manibus comprehensis & salientes utebant:& qui uolebant sudare anteq̃ lauarẽtur. Aristo. saltans ponderibus susceptis imittitur:præterea cur plus prosilit halteres tenens q̃ non tenés.Mart.Quid stulto pereunt fortes halteræ lacerti.
Habere quis id apud se uidetur: de quo habet actionem. habetur enim quod peti potest. Vlpia.
Habere sicut peruenire quod cum affectu accipiendum est.Pau.
Habere duobus modis dicitur altero iure dominii:altero obtinere pro interpellatione id quod quis emerit. Vlp.
Habere audire.Luci.xxvii.habes omnem rem pergam quo cœpit iter.Ser.
Habere dirigere.Lucilius libro uigesimonono Hunc alia cum iter haberet præteriés uenit Nonius.
Habes idest dicis:& habes intelligis: quod enĩ tenemus corpore: habemus quoq; item animo.Salustius.Laresum hispaniæ ciuitaté:quã nunc Tyrii mutato nomine gadirũ habet.

Terentius in eunucho. Qui habet salé quod in te est. Donatus.
Haber percussus est: habere enim dicitur q p-cussus est: & proprie de gladiatoribus dicit: habet qui prius alii uideant q illi sentiant se percussos esse. Teren. in and. Certe captus est habet. Do.
Habitare est inhabitare habere uti. Var. de ser mone latino libro sexto. Vtrúque mulieres epicurorum uiri quoque habitauerunt. Idem rerum diuinarum libro. xvi. hoc nomine antiquos secundis rebus cumas habitasse. No.
Habitus possibilitas. Virgilius primo georgicorum. Ventos & uariú cæli perdiscere morem. Cura sic ac patrios cultus habitusq; locorum. Ser.
Habilis pro uiribus aptus. Vir. primo æneidos Nãq; humeris de more habilem suspenderat arcum. Seruius.
Habitare dicimus: uel in seruo uel in cõducto uel in gratuito.
Habitantem inter & hospitem multum interest quantum inter domicilium habentem & peregrinantem.
Habitano idest ædificium.
Habere fidem quære in do fidem. Lau.
Habere gratias: quære in agere gratias. Lau.
Habui orationem: quære in uerbo feci. Lau.
Habeo tantum polliceri iquit. Ci. & audire habeo quid sentiat: idest polliceri & audire. qd etiam dicitur impetrare: habeo & impetrandum habeo. Quintil. Impetrandum a uobis habeam hodie mei fauorem. Lau.
Habitaculum non diminutiuum. Lau.
Hac atq; illac perfluo: uilis & abiecta trãslatio apta apud meretricem loquenti. Parmenoni seruo in eu. translata quasi ab aquario uase fi ctili. Donatus.
Hadrianus imperator. hadrianus gentile ab hadria.
Hæmandes lapis ruboris sanguinei.
Hæma sanguis: unde forte hæmelius: Nos tamen abiicimus h ut supra.
Habeo aspiratur: ut differat a uerbo abeo abis similiter habena: habitus: habitudo: habilis: habitatio: habito: inhabito: inhibeo: exhibeo: cohibeo: prohibeo: adhibeo. In quibus a uerba sit in i Redibeo tamé quãuis ex habeo & re particula constet: aspirationem abiecit: ac cepitq; hiatus causa d quæ nullo pacto aspirationem recepit. Ponta.
Habraam aspiratur: habramios & habronicus quod est græcum & hominis proprium. Põtanus.
Hac aspiratur: uerum istinc: istuc: istoc: & simi lia simplicia sunt. Ideo aspirationem non receperunt. antiqui enim dixerũt isticce: istæcce istocce: sicut hicce: hæcce: hocce. Ponta.
Hadis morbum significat. Ponta.
Hades infernus. Ponta.
Hadria masculini generis pro sinu maris: fœminini pro oppido cum deriuans aspirationem accipit: ut hadriancus: hadriacus: hadrianus proprium hominis. αδρος enim græce idem quod uber apud nos est. Pon.
Hadryis sonat carens arboribus. Pon.
Hæmorois sanguinaria.
Hæresis optio uel electio: unde aphæresis ablatio: diæresis diuisio: & synæresis cõnũctio nõnulli hæresin dicunt.
Hæresius proprium uiri.
Hagnos idest purus & castus; unde hagnes deriuatur. Ponta.
Hagios idest sanctus. Pon.
Hagesilaus aspiratur. Ponta.
Hagesilaus Rex lacedæmonius non potestate: sed nomine. ut cæteri. habeant enĩ duos semper magis nomine q̃ re ex Procli: & Eristhenis familiis: qui ex progenie Herculis Reges fuerant semper maximus uatu eligebatur. si quis non habebat liberos propinquior succedebat. Fuit hic uir clarissimus: successit Agi fratri: gessit plurima bella: plurimum ab Xenophonte laudatur.
Hagesipolis athen. Plutar.
Haia nomen proprium quod uetus indicat inscriptio. Haiæ ruffine parentes infoelicissimi Pontanus.
Halcyonia dies cum alcyones aues nidum faciunt. Tum enim tanta trãquillitas est: ut penitus: i mari nihil possit moueri: id & media contingit hyeme. Ser.
Halophanta significat omnia mentiétem ἀλλ Το μένον: græci fallentem appellant. Fe.
Hallux pollex pedis scandens super proximũ: dictus a saliendo. nam ἁλλομαι est salio. Fe.
Hallec genere neutro. Plautus i aulu. Qui mihi olera cruda ponunt hallec dicunt Hora. libro primo ser. Ego prius fecem & hallec miscui. Nonius.
Halophantam & sycophantam hominum genus nequam: quod ob suenda mendacia misertima mercede conducitur. Plautus Halophantam magis esse dicam: & alius nobilitatis obscuræ Halophantæ mendacem uelit. Nonius.
Halucinare aberrare: & non consistere: atque dissolui & stupefieri atq; tardare: honeste ueteres posuerunt; ut est & assiduo oscitantem uidit atq; illius quidem dedicatissimas mentis & corporis halucinationes. No.
Halcyones. nam χαλκυονες aues paulo maiores passeribus; de quibus Pli. in mari nidificant hyeme. Oui. secundo.

Halicarnasus ab alios marinus urbs Carie maritima arguiorum Colonia; ubi mansoleum Tortelius.

Halis ex radicibus Thauri per Cappadociā diuidens, Lydiam a persis; in Euxinum desinit.

Halo ut differat ab alo is aspirationem accipit uel potius a natura: quippe cui cōueniat densitas illa quam significat. Est enim exhalatio uaporum crassiorumque; ut sic loquar: spirituum densitudo. Ci, terræ halitum aspirationem uocat: inde halitus exhalo halito. Pom.

Hala pro eo quod ait Hor. Hirsutis cubat hircus in alis. Pon.

Halium genus holeris ab halando dictum. P.

Hallux est pedis digitus qui super proximum salit: uel a græco ἁλλω siue ἁλλομαι: lati ne salio. Pontanus.

Halucinor halucinator halucinatio: ut testis ē Gel. aspirantur. Pon.

Halys Lydiæ fluuius. Pon.

Halycarnasus urbs est. Ponta.

Halec piscis est. Ponta.

Halonnesus insula ægæi. Ponta.

Haliarcus urbs est daseam habet. Ponta.

Halysca mulier. Ponta.

Halizones gens. Ponta.

Hals mare: unde nos salem dicimus & salum. Pontanus.

Halios genus scaphæ. Ponta.

Halizon fluuius est. Pon.

Haliactes nomen persicum. Pon.

Halizones populi paphlagonum: qui secūdū Aristarchum undiq; mari circundatur ab ὑπο ζωστεσι iucundari & ἁλι mari. T.

Haliacidon halcion pro ayun græci aspirant deriuatum ab halas. Pon.

Hallec in c duo sunt neutra: lac lactis & hallecis. Priscianus.

Halcyones rex filius Luciferi: habuit uxorem Alcionem: a qua cum prohibitus esset: & misisset ad consulendum Apollinem de statu regni sui naufragio periit: cuius corpus cum ad uxorem delatum fuisset: illa se præcipitauit in pelagus: postea deorum miseratione in aues mutatæ fuerunt. Sciendū est quia cum de muliere dicimus: hæc alcyones facit: cum de auibus hi & hæ alcyones. Istæ aues nidos faciūt in mari in media hyeme: quibus diebus tanta est tranquillitas: ut penitus nihil in mari possit moueri. Inde etiam dies ipsi alcyone nominantur. Ser.

Hamus aspirationem accipit: ut differet a uerbo amo in tertio & in sexto casu q̄q̄ differūt & tempore mihi magis placet q̄ natura ei aspiratio insit itemq; hamatus.

Hamo cathones qui ut grammaticis placet dicti fuerunt q̄ uel piscem uel cadauera traherent hamo: nam ut est apud Suetonium eorum qui supplicio afficiebantur cadauera iussu pricipum unco sæpe trahebāt i locū quē gemonias dicebant: quod significare uult: etiam Iuuenalis cum ait. Et latum media sulcū deducit arena: remanent autem tum i puluere tum in arena uestigia eius qui trahitur: & ꝓpterea dixit; sulcum deduce sulcus pro uestigio tracti cadaueris ponens.

Hamiora piscator ab hamo dictus Plautus in rudente saluete fures maritimi: cōchite atq; hamiotæ famelica hoīum natio: ut peritis.

Hamadryadas aspirationem exigit quæ ex eo dicta q̄ una cum arbore nascatur: ē enim arboris nomen Δρῦς & ἅμα simul significat.

Hamaxampeus fluuius proprium.

Hamo quod punicum est maiores nostri aliquando aspirasse inuenimus: sunt & nunc qui aspirēt & recte cū sit barbarū & barbarorū fere causa noium aspiratio inuēta dicatᵣ concinius exprimendorum inde roborádis alius ascita sit nominibus.

Hamon cognominatus quia in arena putatur inuentus; quem græci hoc nomine ἀμμων appellant: cui cornua affiguntur arietis a genere pecudis inter: quod inuentus est. Festus Pom.

Hamiotas piscatores ab hamis. Varro i bimarco. Voluit appellari chortes coquorum atq; hamiotarum aucupiumq;. No.

Hamadryades nymphæ quæ ἅμα idest una cum arboribus nascūtur & depereūt Δρῦς Δρῦος enim quercus est ponitur autem species pro genere. Festus.

Hamatrahones alii piscatores: alii qui unco cadauera trahunt. Festus.

Hamaxampeus pars hipanis fluuii qui cum fōte xampeo commiscetur amaro callipodum scaturigine infamis. T.

Hapsis hapsidis quæ ab strologis nostris recepta est: est autem apsis curuatura & circuli & cameræ & rotæ; unde legitur aurea summæ & curuatura & rotæ pro eo q̄ græce est hapsis curuaturam dixit poeta græce ut cherobosco placet dasian habet quod fiat a uerbo aytome q̄q̄ sunt ꝗqui non aspirent hapalum .i. tenerū & molle aspirāt græci neapolitani ouū hapalū dicūt qd absq; terra gallia pepit.

Harpe gladii genus & harpago uerbum quod significat uerbum.

Harpago quod fuit oppidum.

Harpalus hominis proprium.

Harpago harpagonis q̄ est genus teli habentis ferrum curuum.

Harpago ferramenti genus quod nōnulli populi canē uocāt quo ferramēto se naues pu

gnaturæ inuicem reuinciunt.

Harenas uitiose diu existimat Cæsar uir ingenii præcellentis sermonis præter alios suæ ætatis castissimi in libris quos ad Marcum Ciceronem de analogia conscripsit:ut iquit. A.Gellius.

Hallutus qui est pedis digitus aspirationē habet.ex eo dictus quod super proximum digitum saliat:in qua uoce maiores nostri loco s aspirationem posuerunt alii uolunt a græco hallo siue hallomæ dictum quod latine dicitur salio.

Halo as halat ut differat sicut quibusdam uidetur ab alo alis alit.

Hagios græci aspirant:idest sanctus & item agnos.i.purus & castus a quo nomine ducit proprium nomen hagne.

Hadria masculini generis sinus maris & fœminini pro oppido quæ ab his fiunt hadriaticus hadriacus item quæ hadriacius propriū hominis: significat autem apud græcos nomen hadros quod huber apud nos.

Harpe gladii genus harpago uerbum quod significat rapio.

Harpanus hominis proprium.

Hara cum auē significat differtq; ab ara in qua rem diuinam faciebant non solum tempore sed etiam aspiratione.deducitur autem ab eo quod est hara idest auis:hariolus hariolor haruspex haruspicina quæ uoces omnes aspirationē habent.

Harriga significabat sacro oblatam uictimam hariga apud priscos hostiam quæ inde dicta erat q; eius adhærentia inspicerentur exta.

Harra nomen proprium mulieris q; uetus indicat inscriptio.

Hallucinor hallucinator hallucinatio ut Gellius est autor ex ipsa enim aspiratione intenditur exprobratio.

Halis in græcis aspirationem accipit lydiæ flu.

Halicarnasseus urbs.

Halonnesos insula ægæi.

Halec piscis.

Haliartus urbs dasian habet.

Halisca mulier ancilla apud Plautum.

Haligones gens.

Hals græci aspirant pro mari unde & nos dicimus salem & salum ut & sale tabentes artus in littora ponunt.Et perq; spumante salo: p que inuia saxa Impulit:in qbus dictionibus placuit maioribus nostris.s. ponere magis q̄ acceptam a græcis aspirationem retinere:unde sunt qui putent satis aduerbium ductum a græco halis esse.

Hala ab oris halitu.

Hamilcar cognominatur barcha Hannibalis filius pater magni Hannibalis in sicilia exercitum habere cœpit adolescentulus in qua restituit rem carthaginenseru.T.

Hamilco:& ita omnia barbara.

Hamasia flu.est nauigio permeabilis inter haenum & album.Stra.

Hanula patua delubra:quasi fanula.Fe.

Hannibal.Hamilcaris filius. xxv. annorum in hispania profectus triennio subegit:& nisi ciuium fuisset inuidia Romanos uincere potuisset uictus ad Antiochum fugit. cui cum suspectus fuisset:quia cum Vibio legato ro. apud ephesum locutus esset: & inde uictus cum fuisset antiochus fugit ad prusiam: qui eum.T.Quintio tradidit unde uenenum sūpsit anno.lxx.

Harundo.idest sagitta.de canna enim fieri sagittæ consueuerunt:ut. Vir.perque ilia uenit harundo:unde Hora.li.car. Et calami spicula gnosii. Acron.

Harenas.A.Gellius tunc alludens fronto morbo inquit cares uitio uocabuli non cares nā in libris quos caius Cæsar ad Ciceronem de analogia conscripsit uitiose dici existimat in plurali sicut celum & truncum cūq; quadrigas armamenta comitia. & cætera. Harenas autem minore studio quæsiuimus quia præter Caium Cæsarem quod equidem meminerim nemo id doctorum hominum dixit Diomedes de arte grammatica ideo nec ea quoq; quæ ponderi uel mensuræ subiecta sunt per plurale declinantur ut triticum frumentum q̄uis frumenta ut mox & frumenti labor additus & ordea legerimus.

Hanno carthaginensis primus docuit leonem mansuefieri & eum ausus est tractare qua de causa damnatus fuit ciuibus timentibus eū omnia ausurum qui tantam potuisset immanitatem domare.

Hagomæ uerbum græcum aspirationem accipit significat ueneror & colo.

Harena quæritur habeat necne aspirationem: & Varro sic diffinit:si ab ariditate dicat non habet:si ab hærendo ut in fabricis uidemus habet.& ipsa est uera etymologia.Ser.

Harena dicitur quod inhæreat: arena q; areat. gratius tamen cū aspiratione sonat & cū plualē non:habet: Vir.tamē ait.Quā multæ zephyro turbantur harenæ.Ser.

Hariuga dicebatur hostia cuius adhærentia inspiciebantur exta.Festus.

Hara est porcorum stabulum. Varro i Prometheo li.i.In tenebris ac sui liniunt nisi nō forū hara atq; homines qui nunc plærīq; sues sunt existimandi.Cicero i.L.Pisonem:ex hara productæ non schola.No.

Hara porcoꝝ stabulū diuisus porcoꝝ annus bifariam q; bis in anno pariūt quaternis mē

fibus ferunt uentrem bis nutricăt haram fa cere oportet circiter trium pedű altá & lat á amplius. V.

Hara nam in ara deorum a penultima producitur & hara flectitur in nominatiuo nec habet aspirationem; cum auté significat stabulum porcorũ eadem a syllaba penultima corripitur & acuitur: & habet aspirationem.

Harenaceus ex materia harenæ. Lau.

Harmonia concentus uel potius ꝓportionabilitas: & filia Gelonis syracusani: & uxor Themisti occisa ut stirps regia tolleretur. Tor.

Harmodius nomen proprium. T.

Harmodotus poeta. Plutar. T.

Harmonides troianus Mineruæ amator q paridi nauē ædificauit qua Helenā rapuit.

Harpalicæ harpali thraciæ regis filia: regina amazonum quæ patrem a Getis captum liberauit subito ipetu: qđ Vir. tangere uideť.

Harpasa oppidum asiæ ubi cautes horrenda digito mouetur toto corpore minime.

Harpelensis perset ab ἁρπάζω græ. rapio.

Harpyia Hesi. ἅρπυιαι: ab ἁρπάζω rapio tres Aello Ocipete & Celæno. Homerus etiam addit thyellam.

Harpalus Cyri præfectus a quo deducti sűt ex phocide fugati alii: alii ueliam in lucanis: unde uelinus portus alii massiliam post Aneā dc. annos unde Higinus. Vir. repræhendit secűdum Gelium. x.

Hastæ subiiciebant ea quæ publice uenundabantur: quia signum præcipuű est hasta. Nā & carthaginenses cű bellum uellent Romā hastam miserunt & Romani fortes uiros sæpe hasta donarunt.

Hastrubal: quidam hasdrubal.

Haurio hausi inuenitur tamen etiam hauriui uel hauri. Var. xxiiii. ad Ciceronem cum ibidem haurierint. Pri.

Haud muto factum uetuste non me pœnitet: nā si quod pœniteret infectű uelle dicebant Te. in an. Haud muto factum. Do.

Haurire significat exhaurire uel implere. Luc. lib. quarto. Ieuar integras & ardere fontes atque haurire animus musarum & fortia gestu. Nonius.

Haurire auare sumere. Ci. tuscu. libro quinto Cum inexplebili cupiditate quo fluētius uoluptas undiq; hauriret eo grauius ardentius que sitientem. Vir. lib. primo. Ille ipiger hausit spumātē paterā & pleno se ꝓluit auro. N.

Haurire defatigare. Vir. in. iii. geor. Exultantia que haurit corda pauor pulsans.

Haurire confodere. Vir. li. x. Per tunicam squalentem auro latus haurit apertum. No.

Haurire accipere: uel hoc audire. Vir. li. x. Haud hæc mollia facta sublatis aperire dolis simul hoc animo haurit: & li. quarto. Vocemq; his auribus hausi. No.

Haurire tenere. Vir. quarto geor. Medium sol igneus orbem hauserat. No.

Haurio accipio. Vir. in æn. Ille impiger hausit spumantem pateram: non enim bibit possumus intelligere: cum sequatur pleno se proluit auro. Ser.

Haurio uideo. Vir. Hausit cælum mentemq; recepit. Ser.

Haurio audio. Virgili. uocemque his auribus hausi. Ser.

Haurio uulnero. Virgi. Latus haurit apertum Seruius.

Haurio ferio. Vir. iii. æn. Exultantiaq; haurit corda pauor. Ser.

Heautontimorumenon seipsum cruciantem inueni quandoq; heauton cum datiuo ut timorumeno.

Hebes retusi acuminis Ser.

Hebes positum pro obscuro atq; obtuso. Cic. academicorum li. ii. Quid limæ quid limamenta sunt: potest ne dicere ne cuius & nascentis & insenescentis alias hebetiora: alias acutiora uideť cornua. No.

Hebiones etiam ueteres pauperes dixerunt q̄ uox indicabat contemptum quendam sunt tamen quibus placeat hebion dictos a uoce græca ἡβαιὸν quod sonat modicum quod si sit aspiratione caruerit oportueritq; nomen ebatones scribi per æ diphthongon ante o ego hoc in mediű relinquo quādo hæc uox ab usu recessit.

Hebdomas græca ĩmitatiõe aspiramus & hebdomadarius.

Hebe dea iuuentæ uxor Herculis.

Hebræus & hebraicus.

Hebeo hebes uerbum Apuleius grammaticus tradit aspirationem exigere ut ea differat a uerbo ebeo ebeas ebeati sint ut ipse tradit q ĩ miseria ceciderint: quam opinionem haud scio cur probare aliquis debeat: nam ebeatű hominetu ebeará fœminam nunq̄ ueteres dixisse inuenio.

Hebeto. Pli. lib primo cum conueniat umbra terræ lunam hebetari: nunc ab occasus parte hoc ei accidere: nunc ab exortus & quanā ratione cű solis exortu umbra hebetari sub terra esse debeat.

Hebes: idest retusi ingenii hebeo hebeto & hebetudo in quibus aspiratio ipsa natura inest auget enim exprobrationem in hoc nomine aspiratio: ut in illo homine helluo helluonis de quo suo loco dicetur.

Hex græ. sex appellatur. Ser.

Hebenű arbor idica de qua Plinius. xii. & Vir. secűdű Herodo. & æthiopica & æthiopes tri

u iiii

buti uice regibus perfidis centenas phalangas: tertio quoq; anno pensitare cū auro & argento produitur est & generis neutri. Vir. etiam fœmi. Lucanus. hebenus mareonca.

Hebe Iunonis filia cum agrestes edisset lactucas in Apollinis conuiuio grauida facta ē cū prius sterilis fuisset. Fuit picerna iouis dea iuuentutis: in cuius locum cum obscœna casu ostendisset Ganymedes successit. Inde uxor Herculis cum in deos assumptus est.

Hebdomada septimana. ἑβδομάσ apud nos septimus dicitur.

Hebrus fluuius thracum ex Pindo Aristoteles Seruius ex Oeagrio patre Orphei: cuius caput in hebrum & lyra proiecta est.

Hebes tam de mare q̄ de fœmina dicitur: significat enim tardus & tarda Pe.

Hæbona Liberi patris simulacra partim pueri li ætate: partim iuuenes fingūt: præterea barbari specie senili quoq; uti græce quem bacchabea. Itemq; briesia appellant & ut in campania Neapolitani celebrant hæbona cognominantes. Macro. de sa.

Hæc plurali numero in genere neutro de fœminino dicitur: ueteribus enim mox fuit ut neutra fœmininis iungerent. Virg. tertio geor. Hæc quoq; non cura nobis leuiora tuēda: cum de capreis diceret & Te. i eu. Hæc adornant ut lauent: cum de ancillis tardis loqueretur. Seruius.

Hecta res minimi precii: quasi hiecta idest hiatus hominis atq; oscitatio: alii pusulam dixerunt esse: quæ in coquendo pane solet assurgere: a qua accipi rem nullius precii: cum dicimus non hecte te facio. Fe.

Hecate Diana uel luna uel Proserpina; quod significat centum ut eius mirabilis potentia ostendatur: uel q̄ centum hostiis placet: uel q̄ cētum annos errare faciat insepultos.

Hecatombe sacrificium centum boum.

Hecatombe trahit aspirationem ab eo quod ē hecaton: est autem hecatombe sacrificii genus in quo ritus hic seruabat ut centene sui generis mactarentur uictimæ ut puta centū sues hedi: unde apud Iuuenalem exstūt qui promittunt hecatomben Iulii Capitolini in uita Pupieni maximi & balbini. Imperatorum uerba hæc tantum læticiæ fuit in balnino q̄ plus timebat. ut hecatōben faceret: quod tale sacrificium est centum aræ uno loco construuntur ex cespite ad eas centum sues cētum aues mactātur iam si imperatoris sacrificium sit centum leones centum aquilæ & cætera huiusmodi animalia centena feriuntur quod idem græci quondam fecisse dicūtur cum pestilentia laborarent & a multis īperatoribus celebratum constat.

Heliocrisos herba floris aurei & quæ deriuantur a nomine helios ælius tamen & ælia romana nomina aspirationeq; carent habentq; diphthongon.

Hellas nomen fluminis.

Hecaton pylon centum portarum.

Hector Priami & Hecubæ filius.

Hecuba Dymantis filia, Home. & Ouidi. xiii. Eurip. & Vir. Cissei in canem uersa.

Hecate trium potestatum nomen est. Ipsa enī est Luna, Diana Proserpina. Vnde Lucanus de Proserpia aituitæ ps ulrima nostræ. Vir. in sex. Nec te ne quicq̄ lucis hecate præfecit auernis; nam solam proserpinam dicere non potuit propter lucos qui Dianæ sunt: Item Dianam quia auernus ait: unde eligit nomē in quo utrunq; constabat. Ser.

Hecate aspirationem accipit hecaton qd̄ apud nos sonat centum hecaton pylon centum portarum.

Hecameda Arsinis filia quæ domo Nestoris data ē hæc autem capra fuerat apud tenedū dum ab achilleo diriperetur: sunt qui putēt hoc nomen non aspirandum.

Hecilos, i. quietus cum tamen interficiunt & dicunt ἑκῦλοσ aspirationem amouent.

Hecate commodo autem si Latonā putas deū hecaten non putare quæ a matre est Hasteria sorore latonæ. Cice. de natura deorum.

Hedera dicta q̄ hereat siue q̄ edita petat uel q̄ a id cum adhæserit edat: quæ in tutela liberi putabatur esse: quia ut ille iuuenis semp: ita hæc uiret: uel quia ita omnia sicut ille mentes hominum alligat. Fe.

Hedera ab ἑδράζω colloco & īsideo & nō hæreo prima breui genus arboris.

Hedus aspirationem recipit ut differat a uerbo edo edis uel q̄ aspiratio loco f posita fuerat Sabini enim fedum fircū dixerunt: tradit tamen Quintilianus priscos edum sine aspiratione protulisse cuius primā syllabam nō nulli diphthongum faciunt quorum opinioni non uideo cur assentiar.

Hedui populi sunt in gallia post heluetios & sequanos in occasū urgētes iuxta quos Arar ex alpibus lapsus fluit: siti sūt iter Dubī flu. & Ararim nō multū abest ab oppido Duum Est enim hedua in burgundia: appellaturq; hodie Autun. Stra.

Hedera aspirationē exigit qua differt a uerbo edo ī illis uidelicet tpribus ederā ras ederat ederis ederit ait sane recte opinatus & Apuleius uocē hanc deducit ab hereo uerbo & ab eo aspirationē trahere nō debet īgt uiden mirū q̄ pria edere corripit: licet eadē in uerbo hereo pducta sit q̄do unū ideq; uerbū in pſenti tpe æ diphthōgū hēt in pterito uero e

breuēut cædo cæcidi qđ absurdissimū ē prima. syllaba cæcidi pteriti extrīsecus accepta ut ī his fefelli momordi tetēdi spopōdi: quæ ī oibus eodē mō breuis ē quæ uero fuerat pría syllaba pſentis uera ē ī ı.pducta & de cæ factū & ī pterito cū ipsecto nāqꝫ ue el ce breuis in ptō ea ut dixi extrīsecus accepta ēuolūt alii hederā dictā ꝙ edat.ı.cōsumat ea qbus ihæserit.alii ꝙ edita petat seu ꝙ hæreat hoc ut dixi nō placet nā si ab herēdo dicta ēēt cū hæreo diphthōgū hēat:necūqꝫ poetæ primā syllabā corriperētne aūt credā dici ab eddo.ı.qđ edita petat:repugnat ēt q̄titas syllabæ uerbū.n. edo editus hēt primā pductā quæ res me inducūt ut accedā opinioni eoꝝ q dicūt ederā ex eo dicta ꝙ edat ı.exedat ea qbus hæsit qđ uerbū hēt primā breuē cōuenit ēt tpe cū pría hederæ cui postea addita fuerit aspiratio ut differret a tēporibus quæ supra posui forsitan & a græco deducta ē ut qbusdam nimis ambitiosis placet quod est ε-δραζω idest insideo.

Hedone p eo qđ ē apud nos uoluptas: græci aspirant hedera sedes.unde cathedra.

Hegesippus hegesander hegesias hegesipyle ī qbus ī e uersū ē apd nos aspirationē recipiūt

Heiulo heiulatus heiulatio quæ uoces sūt ab eo ꝙ ē hei quæ uox est dolorisgemini.

Helluo helluōis:licet uerbū eluo a quo ducit careat aspiratione addita tamē ē aspiratio ut exprobrationis uis aspiratiōis augeret unde & heluari ueteres dixerūt:ē īqt festus helluo dictus immoderate bona sua consumens ab eluendo cui aspirāt ut auditus magis exprobret fiet.n.uox incitatior cadēqꝫ ratio fuit: ut dui hebes nois aspirādi ut aspiratio uī ex probrationi adderet.

Heluatia ē genus ornamēti lydii dictū a colore bouū qui est inter rufū & albū appellatqꝫ heluus qq hæc uox apud ueteres saburram etiam significaret.

Helenius herba quæ ex lachrymis helenæ nata dicit libuit hoc loco notare uetus epigrāma qđ capuæ extat cessellıæ cōlibertæ hois ossa huc sita sunt helenæ liberta de suo fecit helleotropiū nomiē herbæ quæ ex eo dicta est ꝙ mane ad solis spectans exortum iter eius sequatur etiam ad occasum.

Hegesippus proprium.

Hegesias philosophus cyrenaicus. Alter statuarius.Quin.xii.

Hegesipyle holori regis thraciæ filia uxor Milciadis atheniensis.

Hei datiuo pnois iūgit:ut hei mihi qualis erat Vir.heu uero accusatiuo pronois quoqꝫ. Te. heu me miserū: nā p exprobrationē cū noie iungit.Vir.heu stirpē inuisam. Et cū noiatiuo.Virgi. heu pietas:heu prisca fides: heheu nulli casui seruit.Vir.heheu quid uolui misero mihi.Væ datiuo quoqꝫ.Martialis.Nescio sciero uæ tibi causidice.Lau.

Heletani populi hispani.pars intra pyreneum montem & pompeiana trophæa:alii uero in dilicetas:sic.n.appellant.Stra.

Hellenes oppidū ē in calectoꝝ regione.Stra.

Heluetii una ex parte cōtinent flumine rheno quod agros heluetiorum a germanis diuidit:altera ex pte mōte iura q ē iter sequanos & heluetios:tertia lacu lemanno & flumine rhodano qđ puīciā ab heluetiis diuidit:quī dicunt suiceri hodie patēt in lōgitudine mil le quinquaginta passūū in latitudine. clxxx. duo oīno itinera sunt quibus heluetii exire possunt unū.per sequanos angustū & difficile inter montē iurā & rhodanum:alterum p prouinciā nostrā facilius & multo expeditius:propterea ꝙ inter fines heluetiorum & allobrogum rhodanus fluit: isqꝫ nonnullis in locis uado transitur.Cæsar.

Helluo dictus est immoderate bona sua consumens ab heluendo qui aspiratur ut auditas magis exprobetur fit eni uox incitatior. Fe.

Helluacia genus ornamenti lydii dictum a colore bouum qui inter ruffum & album appellaturqꝫ heluus.Fe.

Herma a græcis pro firmamento ponitur.unde & Mercurii nomen inuētoris:ut putabāt firmæ orationis dictum interdum suburrā significat.Fe.Pom.

Helus & helusa antiqui dicebant: quod nunc olus & olera.Fe.

Helucus ab hiatu & oscitatione dictus.

Heliconides musæ a monte helicone uocatæ. Festus.

Heluella olera minuta.Festus.

Helleborus herba quæ est ī anticyra radicella dicitur.Fe.

Helluones idest uoratores & insatiabiles. Ter. helluo ganeo.Ser.

Heluis homo in primis litteris latinis exercitatus.Var.

Hellen quod nomen fuit Deucalionis filius a quo græcos hellenes nonnulli credunt fuisse nominatos.

Helleborum græce dicit latine ueratrū quod datur insanientibus ut eos ad integra mētis ualetudinem perducat.

Helenessula ī attide est nota stupro helenæ & salamis excidio classis persicæ notior.

Hemistichium uersus imperfectus & oía quæ sunt ab hemi quod græce significat semis.

Hæmonia prouincia.

Hemomaes proprium hominis atqꝫ in his tribus æ diphthongon scribimus.

Heliotropia mirandum quod i floribus quos uocant heliotropia: ab eo quod ad solis ortũ mane spectant: & eius iter ita sequunť ad occasum: & eum spectent semper. Var.

Helectrũ ab ἥλιος succus ex arbore pinei generis. Inde succinum & a colore etiam mixtura metallorum. Pli. xxxiii.

Helicon unus ex iugis Parnasi: qui & cyrrha Apollini sacer. imo mõs a parnaso distictus:

Helios sol inde heliades appellatæ sunt: heliogabalus naturalis filius Antonii caracallæ ex Semiamira apud phœnices genitus in bello patris parthico factus apud phœnices sacerdos solis: unde nomen accepit cabalus proprium eius nomen ut Seruius. vii. uel illa lingua sacerdos arte materna apud antiochiam ad imperium assũptus interfecto macrino qui firmata pace cũ parthis libidinose cũ illa uiuebat. Inde Romæ impetrauit ut mater i senatorio ordine locaretur: quæ prima fuit uir turpissimus. T.

Heliopolis ciuitas ægypti a græcis thebe: altera in cilicia patria Chrysippi stoici.

Heliades sorores Phaethontis in alnos uersæ uel populos: quæ per cancrum & leonem fissis corticibus succum in heridanum iaciunt qui in electrum obdurescit: quod Pli. flumẽ dicit: de his plura. Sed cũ ex illis preciosa pocula fierent dicit Iuuenal. Heliadum crustas sculpturæ artificium gemmarum ornaméta.

Helitropia herba quem ad solem uertitur uel helitropium. Tor.

Heliochrysos flos habẽs folia aurea ex sole & auro quasi flos aureus. Pli.

Heleus bacchus a ciuitate helidis. Tor.

Helicopis nympha. Tor.

Helena in prima accẽtum apud nos: apud græcos uero in ultiã: filia Tyndari ex teda: uxor Menelai: qui cum eam in patriã duceret tempestate in ægyptum delatus ad regem Polybum. Inde discendentes. viii. annis errantes in patriam uenere multum cõsenuit: de qua multa feruntur.

Helenius flos ex helenæ lachrymis natus. Ideo in helena insula laudatissimus. Pli.

Helcus quidam hulcus.

Helorus flu siciliæ: qui stagnat ut nilus. Vir.

Helops piscis pamphilo profũdo nec alibi nascens Columella.

Helisabeth fœminæ hebræa.

Hellin Deucalionis filius unde græci hellines & regio quæ attis primo bellis dicta.

Helle. les. Athamãtis argiuorũ regis filia Phryxi sorore inde hellespõtus a tenendo in propontidem.

Helleborum herba i anticirrha plurima nascitur apud nos ueratrũ: cuius duæ species sũt.

Hellix genus hederæ quam nos lubricum.

Helluari effũdere luxuriose. Ci. pro sex. utrum ego patrimonium tibi eripui Gelli an tu comedisti: quid tu meo periculo gurges ac uorago patrimonio helluabare.

Heluetii populi germaniæ iuxta lacum herciniæ siluæ. Stra.

Hem ecce demonstratio est facti. Te. in an. Hẽ puer hercle puer est. Do.

Hemeroscopium celeberrimũ massiliensium oppidum inter hiberum & nouam Carthaginetu non procul a succone flu. Stra.

Hemiolius figuræ quædam numerorũ quas græci cæteris nominibus apellant uocabula in lingua latina non habent: fingere autem nostra quoniam id absurde futurum erat noluerunt quale enim fieri nomen posset emiolio numero aut epitrito: est autem hemioliũ qui numerum aliquem totum in se habet: dimidiũq; habet eius: ut tres ad duos. xv. ad decem. xxx ad. xx. Au. ge. quicquid dicat Aulus Gelius hemiolũ. Cicero sescuplum & epitritum sesquitertiũ latine nominat idq; cum plærisq; in locis tũ de uniuersitate.

Hæmoroides genus morbi hæma. n. sanguis ab illis dicitur excepitq; æ dipthongon inde hæmoreo uerbum quod significat idẽ qđ fluxu sanguinis laboro & pro fluuiũ patior.

Henetus siatticos sequi uoluerimus aspirationem non proponemus sin æoles: nam hi digamma ponebant aute e loco eius aspirationem proponemus q̄q̄ pro heneto uenetum nunc dicimus.

Hendecasyllabus uersus undecim syllabarum quales ille Catullianus. Passer delitiæ meæ columbæ.

Heous heoa heoum quæ uox fit ab eo quod est heos: idest dies & aurora plærisq; tamen græcorum cos: idest mane non aspirant.

Hemina est secundum quosdam medium sextarium. Persius: fregerit heminas areti ædilis iniquas.

Heptimas & heptimemeris pro cæsuris dictionum in uersu aspirat sicut omnia quæ ab hepta idest septem deriuantur.

Heptaphorus nomen proprium hominis & uehiculi species.

Heptaphorus troiæ fluuius.

Hephestos proprium uiri & nomen Vulcani.

Hemispũ unde sol oritur oriens nũcupať aut ortus quo demergiť occidẽs uel occasus q̄ đ currit meridies ab aduersa pte septẽtrio huc medio terra sublimis cingiť undiq; mari eadẽq; in duo latera quæ hemisperiũ noiať ab oriente diuisa ad occasum zonis quinq; distinguitur mediam æstus infestat frigus ultimus. Pom. mella.

Hæmona & humana & hemonem hominem dicebant. Fe.

Hemina ex græ. ἡμισου quod est dimidia pars sextarii. Fe.

Hemis nos semis græ. ἡμισου aspiratur in. s. & ultima abiecta. Tor

Hemicyclus dimidius circulus.

Hemina genus uasis mensura uini uel frumenti: quasi semisextario. Gellius si e sextario hemina fusa est tertio. Inde eminaria quasi mediocris. T.

Hemisperium media spæra.

Hemistichos medius uersus. Ser. neutri generis hemistichon: unde qdā hemistichium.

Heniochus auriga. Tor.

Hepta græcum pro septem ponitur. Fe.

Heracleæ oppidum proximum est Neapoli incumbens mari: habens mirum in modum afflatum aphrico uento ut saluberrima sit habitatio: quam tenuerunt Osci: & deiceps Pōpeii: quos sarnus alluit: postmodū thusci & pelasgi & samnites: qui etiam inde eiecti. St.

Herbando cum Plau. ait: significat uictum me fateor: quod est antiquæ & pastoralis uitæ īdicium: nam qui parato cursu aut uiribus cōtendebant: cum superati erant ex eo solo in quo certamē erat decerptam herbam aduersario tradebant. Fe.

Heri & here non dubitauerunt antiqui ꝓpter cognationem litterarum i & e: mane & mani & uespere & uesperi. Dona.

Here est aduerbiū temporis: heri dictio a græ. χθὲς. Festus.

Hæres apud antiquos pro domino ponebatur Festus.

Herenata proprie dicimus de his quæ contra uoluntatem acciderunt. Teren. in adel. herenata melius fieri haud potuit ꝙ factum ē hera quando uicium oblatum: est quod ad illū attinet potissimū tali genere atqꝫ animo natum ex tanta familia. Do.

Hæredium prædium patuulum. Fe.

Hærem marteam antiqui accepta hæreditate colebant quæ a nomine appellabatur hæredum & esse una ex martis comitibus putabatur. Festus.

Herbilisanser herba pastus: qui grauior est ꝙ frumento alitus. Festus:

Hercules astrologus dictus ꝗ eo die flammis se iniecit quo futura erat obscuratio solis. F.

Hercle ornatiua particula est. T. i an. puer hercle est. Donatus.

Herba uiride pecorum pabulū. Vir. geor. prio Et fulcis frumenti quæreret herbam.

Hernici dicti a saxolis: q Marsi herena dicunt Festus.

Heluetii inter celtas populi fertilitate agri felices finitimi constansiensi basiliensi seduensi ac gebenenensi & bisontinæ dioecesibus ac ultra lausanem agrum bisontians prouincias usus & ad sabaudiæ ducatum. Quorum fines erant in longitudine ab ortu rhodani īter tuxiēses & sedunensem dioceses mōtesqꝫ briga & sancti Bernardi: usqꝫ fere in bellicēsē diocesim cuius populi ut coniectura est olī ebusiani sunt dicti: in latitudine autē a monte iura circa basiliensem & constansiensem agros usqꝫ ad ortum fluminis ad pontem gebennæ angustior fiebat. Quibus limitibus adhuc duodecim heluetiorum pagi quemadmodum tempore Cæsaris consistunt: berna caput nunc gentis surica lucerna turegū qui olim tigurinur urbigenus & cætera dicebāt qui sæpe ultra rhenum transeuntes bella cū bauaris sueuis et aliis trāsrhenanis finitimis accolis quos altos alamanos nomīamus quæ loca nunc constansiensis curiensis tridētinæ & finitimaꝫ sunt diocesum olim prohibiti a Cæsare Augusto ac difficili itinere uix qua singuli carri ducerent per loca ubi claues & cocigni castella nunc sunt in extremis sabaudiæ & burgundiæ finibus in sequanos qui nunc comitatum burgundiæ habitant penetrasse creditur & ad Ararim fluuiū circa Surregium & uiredimum castella id flumen attingentia ac in eduos ubi nunc ducatus est burgundiæ contendisse. hi a plærisqꝫ scuitēses aut socii nominātur agrosqꝫ & uicos possident in italia citra montem qui sancti Gotardi dicitur in diocesi mediolanensi in hos Cæsar suo ac suorum equis amotis & non alibi se prælium commisisse refert.

Hermenia interpretatio inde liber perihermenis.

Hersilia uxor Romuli quæ in horam uersus templa cum quirino tenuit: est autem herse apud græcos id quod apud nos est ros.

Hæresis & hærencus aspirationem retinē tante diphthongon æ: sit enim hæresis a græco uerbo herumæ quod est eligo & capio.

Herdidi proprietatem indicat. Var. re rusti. libro primo. Bina iugera quo Romulo primum diuisa uiritim hæredem sequerentur.

Herbam ueteres palmam uel uictoriam dici uolunt. Virgi. in. geor. Atqꝫ immemor herbæ uictor equus. Acthus in meleag. gaudent currunt celebrant herbam conferunt: bonā tenent pro se quisqꝫ cum corona clarum constat caput. Affran. in excep. sit opus luculentum hoc dici herbam det. No.

Herpillus græ. latine autem serpillus dicitur. Seruius.

Heros uir fortis semideus plus homine habēs ut Hercules. Ser.

Hercules a substantia solis.

Herculis uictoria Romæ ædes duæ sunt. una ad portam trigeminam: altera i foro boario. Ma. de sa.

Herculanum campaniæ oppidũ: placet in hoc loco mentionem facere cuiusdam uetustissimi sepulchri quod ipsi i peliginis inuenimus in quo titulus inscriptus erat Publiæ Meusianæ uxori castissimæ & incomparabili affectione foemiæ: cuius de obsequiis dicere minus supplet dolore Quintus herculanus maritus cum pignenbus de ea nans locum consecrauit quomodo in epigrammate cum sit uetustissimũ: apparet apud uetustissimos latinos pignus emisisse genitiuum pigneris p e & non per o, & hoc uerbũ supplet; inde dicta est supplex habere unum p.

Herculi ac musis: quid est quod communem aram statuerunt. an q Hercules Euandrum litteras docuit: sicut Iulia monumentis tradidit: quod honestum & honorificum ducere tur amicos ac propinquos docere. Nouissime nanq institutum est ut mercede discipulos docerent. Quippe omnium primus. S.P. Chatilius ludum aperuit eius libertus: qui & ipse Chatilius appellatus primus omniũ Romanorum uxorem repudiauit.

Herculis, boues cur cũ duæ sint mulieres non attingunt: nec quicquam degustant quod super ara magna immolatũ sit. an quia carmẽtis sacrificii tempus non obiit. Quod quidã pinatiorum generi accidisse dicitur: ex quo quia uescentibus cæteris dapibus prohibiti sunt: pinarii sunt appellati, an propter illa potiusq de ueste ac deianira fabulose dicunt.

Herculem quid est q pueros cum iurãt id sub recto facere prohibent sub diuum progredi iubẽt q ut sub diuo faciant: ideo exire iubẽt an ea causa est quam multi afferunt Herculem non umbra atq ocio: sed labore ac periculis delectatum: non domi; sed foris: ac sub diuo uitã egisse. an illud magis q is deus nõ indigena sed externus & aduena est habitus. nam nec Dionysium iurent sub recto externus & ipse deus siquidem est Dionysius. An hæc quidem dicunt & ioco apud pueros adhibent: ut aliud occultius agat, ne pueri. s. temere insuescant deierare. sic eim Fauorinus aiebat: hoc enim quasi de industria morẽ efficit, & deliberandi datur spacium fauorinũ ideo recte putasse: nec cõmune: sed propriũ huius dei hoc quod fit existimasse ex iis que de Hercule feruntur facile coniici potest. ferunt enim hunc in primis religiosum fuisse: & ad iusiurandum uerecũdissimum: quippe qui semel i omni uita iurauerit: idq soli philo Augei filio quocirca Pythiam hoc iurandi genus lacedæmonis proposuisse satis magnus illi fore si absq iure iurãdo affirmasset.

Helorus siciliæ fluuius: & Helorus Istri filius fluminis: qui ab Aiace occisus fuit in ea pugna quam græci cum Telepho rege Misorũ habuerunt.

Helice urbs arcadiæ quam mare absorbuit: & cuius nomine ursa sydus forrasse uocaui est a poetis: uidelicet q calisto lycaonis regis filia: quæ ex ursa cum filio in stellas ursa est arcas fuerit: & fortasse hilicensis e græcis aut poetis sunt qui tradunt helicem & cynosurã cretenses fuisse: Iouemq nutriuisse: quo merito a Ioue in cælum ambæ translatæ fuerit helice promontorium est.

Helicon mons est Boetiæ.

Hepis nomen proprium; licet græci non aspirent: tamen in quibusdam epigrammatibus aspiratum inuenies: ut in hoc codice hepidi coniugi incompabili genalis maritis.

Hellanodites. i. iudex certaminis.

Helisabeth iudæum nomen.

Herpo græci aspirant: quo nos dicimus serpo & herpilon serpilon & herpes: quod animal inde duxit nomen quod eo præcipue sanet ea quæ serpunt.

Hermes idest Mercurius: & Hermæ sunt lapides quadrati quos athenienses solebant ponere: tum i priuatarum. tum in sacrarũ ædiũ uestibulis ut significaretur rationes & ueritatem: perinde ut forma quadrata rectã semper stare: dicti autem herme a Mercurio q esset deus rationis & ueritatis.

Hernicus uir. cum legisset hernicos: quorum agmina pelasgis oriundos: appellatosque a pelasgo quodam duce suo: qui hernicus uocabatur morem quem de ætolia legerat hernicis assignauit: qui sunt uetus Colonia pelasgorum & hernicum quidẽ hominem pelasgum ducẽ hernicis fuisse uoluit. Macrob. de fatur.

Hæreditas ad nos pertinet: aut ueteri iure aut nouo ueteri ex lege. xii. tabularum: uel ex testamento: uel iure factum. Nouo iure fiunt hæredes omnes qui ex senatusconsulto: aut ex constitutionibus ad hæreditatem uocantur. Caius de peti. hære.

Hæreditas plærunque diuiditur in duodecim uncias: quæ assis appellatione continentur: habent & hæ partes propria nomina ab uncia usque ad assem: utputa hæc sexcuns sextans quadrans: triens: quincuns: selibra: septunx: besextans: destans: deuns: as. Vlpia. de hære. insti.

Hæreditas non potest dici eius qui apud hostes decessit: quia seruus decessit. Vlp. de uer bo. signifi.

Hæreditas etiam sine ullo corpore iuris intellectum habet Pompo. de peri hære.

Hæreditas nihil aliud est q̃ successio i ius uniuersum quod defunctus habuit. Pau. de uerbo. signi.

Hæreditas nomen iuris est quod accessionem & decessionem i se recipit: hæreditas autem uel maxime fructibus augetur. Vlp. de uerb. signi.

Hæreditas delata intelligitur quã quis possit adeundo consequi. Te. Clæmens eo. ti.

Hæreditatis appellatio sine dubio: continet etiam dánosam hæreditaté. Iuris. n. nomé est: sicut bonoꝝ possessio. Põpo de uerb. signi.

Hæreditatis appellatione bonoꝝ quoq; possessio continet. Pau. de uerbo. signi.

Hæreditatis appellatiõe: neq; legata: neq; fidei cõmissa continet. Caius de lega.

Hæres in funere: aut in monumento dũtaxat aureos centum consumere iussus p testatoré non potest minus consumere si amplius uel let: licet neq; ob eam rem contra testamétũ facere uidetur. Alphe. de uer. signi.

Hæredis appellatio non solum ad proximum hæredem: sed ad ulteriores refert: nã & hæredis hæres: & deinceps hæredis appellatõne continentur. Vlp. de uer. sig.

Hæredes dicuntur aut substituti: aut instituti. Instituti dicũtur primo gradu. Substituti secũdo uel tertio. hæredis substitutio: aut simplex est: aut duplex. Simplex est ueluti Lucius ticius hæres esto. Duplex ueluti filius meus mihi hæres esto: & si hæres non erit: siue hæres erit. & itra pubertatem decesserit: tũc Caius hæres mihi esto. Modesti. de uul. & pupil. insti.

Helpidius & helpidanus: in quo maiores nostri uidentur græcos non fuisse secuti: eruditorum tamen quos cognoui nemo nũc hæc nomina aspirant: fuit & Elpes Boetii nostri uxor: cuius catinotaphiũ é. elpes dicta fuit siculæ regionis alumna: quam procul a patria cõiugis exit amor. quo sine mœsta dies nox anxia flebilis hero. Non solum minus spiritus unus erat. Lux mea non clausa est tali remanente marito. Maiorisq; animæ parte superstes ero. Porticibus sacris iam nunc peregrina quiesco. Iudicis æterni testificata tronum. Neue manus bustũ uiolet ne forte iugalis. Hæc iterum capiat iungere membra cinis.

Helopem quoq; dicit Pli. nostris incognitum nolis: ex quo apparet falli eos qui eundé accenserem existimarunt.

Helops qui Pamphilo profundo nec alio pascitur paulopost Scarus qui totius asiæ græciæ littore sicilia tenus frequẽtissimus exit nũq̃ in ligusticũ: nec per gallias enauit ad hiberũ mare. Itaq; ne si capti quidé proferant in nostra uiuaria diuturni queant possideri.

Hedui populi finitimi sunt aruernis biturigibus: sequanis: ac sebusianis inter celtas. hi adhuc nomen priscũ latine retinent inter burgundos nũc nominati: nec citra ararim flu. qui nunc sagona appellatur: aliquos habent fines: nec hodie sunt sebusianis finitimi i ducatu Burgundiæ: & francorum regno siti in prouincia lugdunensi.

Heluetii populi inter celtas proximi cadurcis: gaballis: uellaunis: & auernis: quorum sub ĩperio esse consueuerant in prouincia bituricensi: & regno francorum siti.

Heluuii populi iter celtas auernoꝝ fines contingunt: hos mons gehenna ab aruernis diuidit proximi sunt gaballis: rhutenis: cadurcis: uolocis: & areanicis: ac Galliæ prouĩciæ Romanorum in prouincia bituricensi: & regno francorum siti: nunc albienses dicti. hic M. Tullii Ciceronis matrem ortám esse. Eusebius & alii tradunt.

Heliorum familia pauperrima fuit: adeo ut. xvii. heli eodem tempore domunculam eádé habitauerint: unum tamen habentes agrum ueientanum & locũ spectandi Murco ex eadem familia Helia fuit: quæ fauẽte Narciso studuit præferri Agrippinæ: & Iohæ Paulinæ Melandii imperatoris matrimonium: autores sunt Valerius Porphyrion Cornelius Tacitus.

Hermaphroditum cui comparemus quærit: & magis eius puto sexum æstimandum qui in eo præualet. Vlp. de sta. ho.

Hero hoc est domino competit legis aquiliæ actio. Vlp. ad leg. aquil.

Herbaceus ex materia herbæ. Lau.

Hercules qué concertauisse cũ apolline de tripode accepimus ex Ioue antiquissimo: quære in Cice. de natu. deorũ.

Hæres parens homo: & si in cõmuni sensu intelligantur tamen masc. ge semper dicuntur. Nemo enim aut secundam hæredé dicit: aut parentem bonã: aut malam hominé: sed masculina tantum: tam & si de fœmina sermo habeatur licet Vir. dixerit. Et quæ nunc puero est amissæ cura parentis.

Heracleus nomé quorũdã Imperatoꝝ Ro.

Hera iuno. En. Regnare hera.

Heraclides heracleotes philo. ex ponto. Lau.

Heraclitus ephesi philosophus elati animi qui accersitus a domino ire neglexit. Laer.

Hercules. i. Iunonis gloria. Iouis ex Alcmena filius apud Thiryn thiã urbem educatus. Varro. xliii. fuisse dicit: sed omnia clara ipsi Herculi attribuuntur. T.

Hercinii cetus pelasgorum colonia.

Hercinia silua in Alemania.xl.dierum iter notissima.

Hæreo uerbo existimo aspirationem naturalẽ tamen non desunt qui arbitrentur additam esse aspirationem:ut differet ab ære qui est sextus casus nominis æs in secunda imperatiui persona.

Herba ab hæreo ꝙ fixa sola hæreat:& ab herba herbidus herbosus herbaceus herbularius:& quoniam herba est uiridæ pecoris pabulum:a ueteribus herbilianser dictus herba pastus quasi grauidior q̃ pastus fruméto.

Hermondrus transrhenanos germaniæ populos ligiis Hungariæ populis cattisq; Cheruscis:ac siluæ hirciniæ:& ultra illam proxios. non memorat Cæsar:sed Tacitus.

Herdo græci aspirant quod tum facio:tum sacrifico significat:a quo puto dictum nomen herdanus.

Hæres hæreditas hæreditarius hæredipeta hæredíolum.i.prædiolum:exharædo exharædatio hæres nomen deæ:cui ueteres post acceptam hæreditatem rem diuinam faciebant.

Herennius nomen proprium hominis aspirationem habet:quod etiam indicant sepulchrorum inscriptiones.

Heri quod a græco dici uolunt & heremitæ.

Hernici populi Italiæ fuerũt ex eo dictĩ quod asperam & saxosam incolerẽt regionem marsi enim saxa herna dixere: & hernum durum unde uolunt hernam dictam : a quibus com ipso uocabulo aspiratio accepta est: q̃uis Macrobius uelit hernicos a duce quodam pelasgo dictos proptereaq; a Virgilio pelasgũ quẽdam homines hernas ducem datum.

Hercules sex fuisse Cicero refert in natura deorum. Varro ex ueterum theologia : quorum nomina parẽres gesta apud hos scriptores cũ uoles inuenies.

Hercinia maxima siluarũ:& aliquot sunt quæ n habent:sed illa dierum sexaginta iter occupans:ut maior aliis:ita & notior pom.

Hemodes septem sunt insulæ contra Germaniam uectæ in illo sinu quem codanum diximus ex iis codanonian: quam adhuc teutoni tenent:& ut fœcunditate alias ita magnitudine ancellat.Pom.

Herculi quid causæ est quod plærique copiosi & locupletes substantiæ suæ decimam offerebant.an quod ille quoque in platino bouum quas Geryonæ abstulit: decimam imolauit.an quod romanos ab hetruscis decimari solitos liberauit.an hæc historiam nec omnino ueram nec uerisimilem habent: herculi uero tanquam edaci & splendido prolixe atq; epipare parabant:& sacrificium faciebãt An illud potius quasi odiosas ciuibus & molestias nimias diuitias comminuentes : & ut bonæ corporis habitudini ad summum prouectæ aliquod detrahẽtes: eo pacto maxime coli herculem existimabant:quem iccirco luxuriam coercere & comprimere delectaret: quod ipse paucis contentus tenuiter continenterq; uixisset.

Hericius & herinacius:sunt qui putent ab horrendo dici:atque exinde aspirationẽ trahere.

Hercinia germaniæ transrhenana silua est forte ab hercino monte Germaniæ dicta latissima:ac supra omnes alias lõgissima oritur ab eluetiorum & nemetum tauriacorum finibus Danubii rippam tangit ad fines caluantium & dacorum: quos plærique putant Hungariæ partem habitasse: hinc cõstat nemetes qui spirenses uocantur & heluetios trãs rhenum fines tempore cæsaris habuisse:quæ silua multo longior atque latior est q̃ Italia uel Gallia tota.

Hermagoras.Cicero semper hermagora:unde Quintilianus:ænea atq; anchisa & Pellia scriptum fuisse dicit in nominatiuo:rhetor græcus & subtilis.Quint.

Hermes Mercurius proprie interpres . Cicero de natura deorum quinto libro fuisse dicit. Quin.qui argum occidit: & fugiens in ægyptum urbem cõdidit:quæ adhuc hermopolis græce dicitur: a quo primus mensis: idest septembris nomen accepit:fuit maximus doctrinæ:unde Trimegistus dictus est:idest ter maximus:quorum libri adhuc extant græce editi.T.

Hermaphroditus Mercurii & ueneris filius ex utroque compositum nomen:de quo Ouid. libro quarto.

Hermaphroditus Veneris & Mercurii : quem salmacis nympha dilexit.Is utrũque habet sexum:unde eius generis homines.

Hermaphroditæ sũt & alio uerbo androgyni: qui olim impotentium domibus habebant in delitias recepti:ut Plinius.

Honor est dignitas.M.T.epistolaꝝ ad caesaré li.i.Tu cũ ea quae es a senatu sũmo honore tuo consecutus No.

Honor gratia pulchritudo.Virg.ii.geor. Frigigidus & sylius aqlo decussit honoré & lib.i. aenei.Lumenq; iuuẽtae purpureum & laetos oculis afflarat honores.No.

Honor substantia delectatio.

Honor cultura obseruantia.Vir.li.vi. Semper honore meo semp celebrabere donis.No .

Honor sacrificiũ litatio. Vir.li.viii.Forte diem solenné illo rex Arcas honoré Amphitryoniadae magno diuisq; ferebat. Plau.i au.Et qd maiorem filium mihi honoré habere q̃ eius habuisset pater.No.

Honor integritas pudicitia.Vir.i.aen. Et rapti ganymedis honores.No.

Honos dilectus amor.Vir.lib.xii.aen.Per si qs honore tangit honos animum.No.

Honor hostia.Vir.iii aeneid.Meritos aris mactabat honores.No.

Honor praemiũ.Virg.v.Ipsos ꝑcipue ductoribus addit honoré.Lucil.li.xxx. Cuius uultu ac facie ludo ac sermõibus nostris. Vir.Hoc preciũ atq; reddamus honorem.No.

Honestus pulcher.Vir.x.aenei.Ipse inter medios Veneris iustissima cura. Dardaniusq; pater puer & detectus honestum.S.

Honor sepultura.Vir.li.vii.cernit ibi moestos & mortis honore carétes.Lucil.li.xxvii.Nullo honore displetũ:nullo funere.No.

Honor ꝑ sacrificio.Vir.iii.geo.Saepe i honore deũ medio stãs hostia ad harã.&.i.aen.Tũ uenus haud eqdé tali me dignor honore. Ser.

Honustus dicit cui honus ipsum honori é: ut si quis spolia de hostibus ferat. Retinet auté aspirationé:nã ab honore descendit.No.

Honos ab honesto honore.Varro.

Honestus dicitur ꝙ honeratus : & dictum est ꝙ honos sustinet reipublicae.V.

Honestus pulcher.Ter.in eunucho. Ita me dii ament honestus est.Do.

Honapis flu.scythiae de quo i dictiõe tracãtus

Honor municipalis é administratio reipublicae cũ dignitatis gradu. siue cũ sumptu siue sine erogatiõe cõtingẽtis.Munus autem aut publicũ aut priuatũ.Publicũ munus dicitur ꝙ in administranda republica cũ sumptu siue titulo dignitatis subimus. Vlpia.

Honos. Teré.i eu.Hic tibi ꝑ illo munere habitus é honos. ironicos & metamorphoricos honos & nugigerulis praeberi solet:Do.

Hortor tã actiua q̃ passiua significatione. Pri.

Horror quaere in adhortor.Pri.

Hordiariũ aes ꝙ ꝑ hordeo eqti rõano dabat.

Hortus apud antiquos ois uilla dicebat ꝙ ibi q armia cape possent orirent.Fe.

Horctum & fructum ꝑ bono dicebat.

Horda ꝑgnans.unde dies quo grauidae hostiae imolabant hordiacia dicebant.Fe.

Hora iuuentutis dea.Enni.in anna.li.i. Quirine pater ueneror horamq; quirini.No.

Hornũ illius ãni.Lucil.li.xxiii.Anno atq; horno te abstuleris caueto.Var.i eume.Cũ i eo eém occupatus atq; i schola curarét iscribit Scantius horno per dionysia.No.

Horrendum nouum & admirandum. Vir.iii. æne.horrendum dictu uideo mirabile mon stru: idē li.viii. Nascenti cui tris aias feronia mater:horrendum dictu dederat.No.
Horrēdū ridiculū. Vir.ii.geor Oraq; cortici bus sumunt horrenda cauatis.No.
Horrēdū & horridū multā habēt diuersitatē. Etenī horrēdū ē terrē & uitabile Vir.iii.æn. Cōcilium horrēdū.horridū plærūq; extans & pminēs. Vir.iii.æn.Et glacie riget horrida barba.Lucil.vi.saty.&.ii.Quos diuinæ p ducunt & caput ungunt horridulum.No.
Horia dicitur nauis piscatoria.Plau.in rudēte. Saluete horia mari fluctuoso.idē in eadem. Mea opera laborare & rete & horia.No.
Horresco cōtremisco.Vir.iii.geor.Tunc segetes altæ cāpiq; natantes:leuibus horrescunt flagris.& Persius Scis comitē horridulū trita donare lacerna.i.trementē frigore.Ser.
Horrēdus uenerabilis. Vir.vi.æn. Horrēdæq; procul secreta sibyllæ.uenerationis enim comes est timor.Ser.
Hora dictio græca est quæ partē temporis significat & item hora pro dea iuuentæ. nam & hora græce pulchritudinē etiā significat. unde horeos adolescens formosus significat itē plurali numero quattuor anni tpa.
Horologium.
Horizon latine dicitur finitū. est aūt arculus qdā spheræ imo uis nostri circūq; termius
Horoscopus.i ea cœli pars quæ hora qualibet ab inferiori hemispærio surgit ab oriēte nostri astrologi ascendens appellant. fiūt autē hæ uoces horizon & horoscopus ab eo qd ē horos & ē terminus & finis. significat etiā horoscopus apud ueteres instrumentū quēdam ad horas ostendendas.
Horus quoq; aspirationē habet nomen ppriū & horosius & hormenius.
Horontes fluuius est.
Hortes oppidum Thessaliæ.
Hospitiū fit ab hospite & hospitor & hospitalis nō desunt tamen qui hostiū ab obstando dictum uelint:uel a græco ὀστίω ostin qd est repellere:quod utrūq; aspiratione caret.q ita sentiunt uolunt cū ingressu arcemur aliquo ab obstando.
Hostiū dici cū ingredimur aditū ab adeundo: differūt tamen & alia ratione dicimus enim Nili fluminis hostia & tiberina hostia q̄ mare intrant:nō aditus & facilis est ad regē aditus nō facile hostium:& hæc sylua nullos habet aditus nō hostia & fenestra patefacta nō hostium sed aditum funibus præbuit & muro℞ ruina militibus aditū fecit in urbem ingrediendi:nō hostium & pulsa hostium: nō pulsa aditum.itaq; aditus ad plura q̄ hostiū priet apud græcos hostiarius & hostia habēt o primū cum dasea.nam & græce hæc nomina leguntur quis sunt latina.
Hostis cum a priscis diceretur peregrinus uidet aliter dictus quasi obistis qd terras obiret ut ab ore quod ē peregre pegrinus dictus uel quod uero propius ē hostis.i. q tūc erat peregrinus ab ore dictus.nam eos qui pegre ueniunt ore.i.osculo accipimus. fit autem a uerbo hostio quod ut dixi ferire significabat unde hostia & hostis:nā hostibo a uictis hostia nomē hēt inqt Ouid.hinc lares hostiles dixerunt q hostes ab eis pellerent:& hostiliū nomen proprium & hostilis & hosticus & hostia:quod fuit ue℞ nomen puellæ quā a se amatam Propertius cynthiam uocauit.
Hortus horti ut differat a participio & nomine ortus dictus autem a uerbo orior qd aspiratione caret ex eo iudicari potest qd grammatici tradunt ueteres etiam uillas dixerūt ortos quæ si orirentur qui capere arma possent ab horto hortensis hortalus.
Horreo & horror habent aspirationem. additur enim ipsi uoci ex aspiratiōe quicquid affectū augeant fiūt ab his horresco horridus horribilis & hornus:
Horta dea quid ē quod maiores apertam perpetuo esse uoluerunt:an quemadmodū antistius labeo ait cū sit hortari atq; incitare deā quodāmodo ad res pulchras adhortari atq; incitare quæq; horta dicuntur quas aliquid semp opantē ac nunq̄ cessantē nūq clausam esse oportere putauerūt:an potius ut nūc eā nominant horā pducta priore syllaba circūspectā quādā & pui dā deā quā cū res hoium curare ac cōseruare existiauerūt secordē aut negligentē mīme putarūt:an queadmodū & alia.sic & hoc nomē græcū ē & deā significat quæ rebus hūanis præsit & psideat . unde tā q̄ isomnis ac puigilis ppetuo patebat cuius téplū & tamē si labeo liorā ἀπὸ τοῦ ὁρμᾶν hoc ē ab icitādo recte dici putat uide ne orator suasor qdā atq; adhortator ī cōsiliis atq; cōtione sic appellatus fuisse dicendus nō ut nōnulli a precationibus ac uotis.
Horoscopus q horas natiuitatis hoium speculatur.
Horreū quoq; hēt aspirationem:uel q fiat ab horreo uerbo qd nō pbo:uel qd dictum sit a ferro.nā ueteres ferreū dixere mutatisq; litteris postea ex farreo factū sit horreū.Sūt q a greco dici uelint. ἀπὸ τοῦ ὡραῖν
Hodeomus nomen pprium.
Hordeia genus piscis.
Hordeariū æs qd equiti p hordeo pendebāt.
Horrēdū significat uitabile & terribile.Vir.li. vi.horrēdas canit ābages antroq; remugit.

Horror plætuq; ad odium pertinet: plerúq; ad uenerationem.ut Vir.i.æneí.Desup horrentiq; atrú nemus iminet umbra.Et Lucil. Arboribusq; suus horror.& Vir.Horridus i iaculis.Ser.
Horridus hispidus.Vir.ii geor. Inseritur uero ex foetu nucis arbutus horrida Ser.
Horret terribilis est. Vir.x.æneí.Tú late ferreus hastis horret ager.Ser.
Horda require in tauro.Var.
Hordicalia require ibidem Varro.
Hordeum aspirationem habet non quod fiat ab horreo q̄q̄ sunt etiam qué dictum uelit ab otiendi celeritate.sed quod fiat a nomine fordus placidú ac loco f fuerit aspiratio posita.Prisci tamen dixerunt hordus horda hordum cum aspiratione cuius loco f posuerút atq; inde aspitatio in nomine hordeo mãsit. significat autem grauidum ac prægnantem: ut apud Nasonem:Forda ferens bos est foecundaq; dicta ferendo:quod ex eo etiam iudicari potest & quod ordearia dicta sunt ab antiquis sacra i quibus hostiæ hordæ .i. prægnanntes imolabantur.hordeum igitur dictú est quasi fordeú.i.grauidum ac prægnás ab hordeo & hordeaceus.
Horus solem iouis oculum appellat antiqtas apud ægyptios apollo:qui est sol horus uocatur ex quo & horæ.xxiiii.quibus dies nox quæ conficitur nomen acceperunt.Ma.
Horret mire se habet. sed & Enni.in.xiiii.an. Horrescit telis exercitus asper uteunq;.& heritheo.Arma arrigút:horrescunt tela.& i Scipione.Sarsis hastis longis campos splédet & horret.Macro.
Hora cum aspiratione græce tam pro termino q̄ pro temporeinos pro tempore tantum hora funis in quo nauis ad terrá ligatur.
Horæ secundú homerú portas cœli seruát.
Horoscopos latine solariú uas siue instrumentum quo horæ ad solem dinoscerentur: de quo Pli.ii.Tor.
Horologium instrumentum ad cognoscédas horas sine sole.T.
Horatius ab ὡραῖος pulcher.alii ab oro as sed magis per h poeta uenusinus patre libertino proprium romaninde Athenas cócessit tribunus sub Bruto.inde amicissimus mecœnatis augustum reliquit hæredem.sepultus i exqlis.lxiii.ætatis anno.xxxvi. Augusti ipsi.
Horatius aspiratuus etiam non quod fiat ab hora uel ore aut oro uerbo. nam si fieret ab oro uel ore saltem aspiratione careret.Sin ab hora primam produceret quam corripit habet igitur aspirationem horatius si latinum nomen est q-ita maioribus placitum sit. sin græcú sit traxit eam a uerbo horao quod significat uideo & aspicio .inueni- & Horius nomen pprium.fieri autem posset ut oratius eét ab hora quæ græce significat pulchritudinem mutata quantitate primæ syllabæ quæ græce in nomine hora producta est.
Hormenus troianus a polypete perithoi filio i reremptus ab impetu dictus.To.
Horontes lycius qui occiso apud teoiam pandaro rege ei successit : & cú ænea nauigans in siculo mari periit. Est etiam flumé syriæ inter libanum & anre libanú montes & antiochiam;quæ & epiphanes diuidit, item gener Artaxerxis persaꝝ rege.Tor.
Horoscopus est qui horos natiuitatis hoium speculatur.
Horizon finitio uel terminatio.T.
Horthes urbis thessaliæ.To.
Hortésius latinú puto ab hortor æmulus Ciceronis seruus ab illo: ðquo.A.Gellius prio & Valerius maxi.& alii.
Hospes cú sit communis generis dicitur tantú a Virgilio. Bellum o terra hospita monstrat Seruius in ar.
Horti non sunt oletum sed arboribus consiti & uoluptatis gratia cóparati:ut horti salusti ani.Lau.
Horno aút nihil est aliud nisi hoc anno unde deriuatio duplex iuenitur nam Ci dicit hornonnas fruges Hora.dicit hornatas fruges. Ser.in cómen.Do.
Horna.hora.li.car.iii.Si thure pacaris & horna annua.i.uino nouello:núcusq; rustici horna uina nouella dicút ná & uino sacrificabatur uina confundebanť e pateris.Acron.
Horna idest nouella.hora.li.car. Distenta ubera horna dapes ineptas: non me lucrina iuuant.Acron.
Hostis.Plau.in curcul.Status cum hoste intercessit dies hostis;nunc more ueteꝝ significat peregrinum.Ma.de sa.
Hostia amburbalis ab ambiendis armis.Vir. iii.geor Terq; nouás circum fœlix eat hostia fruges.Mac.de sa.
Hospes utriq; generi cóuenit & sospes. Lura. in.v.Hospes in effrenis auditur curia techis. frequenter tamen hoc nomine hospita in genere fœminino utunť auctores.Vir.iii.Et pater Anchises bellum o terra hospita hostas Lucil.in.iii.Tunc obtulit hospita tellus. Et hospita iuno.Oui.li.ii fastoꝝ. Principio mensis phrygiæ contermina matris hospita delubris dicitur aucta nouis.Pris.
Hostia fluminú tantú pluraliter dicunť si orbem significate uoles singulariter diciť.Seruius in arte.
Hostis est generis cóis.Sta.in qnto theb. Turbidus incertusq; oculis uigilantibus.

Hostem occupat amplexi cum de uxore helima loqueretur. Pri.

Hostis apud antiquos peregrinus dicebatur: & qui nūc hostis & pduellio. Fe. hoc ipsum sentit. M. T. in. i. offi.

Hostia dicta ab eo quod ē hostire ferire. Ser.

Hostis. multa. n. uerba litteris cōmutatis sunt interpellata: neq; oīs origo nostræ linguæ e uernaculis uerbis ut multa uerba aliud nūc ostendūt: aliud ante significabāt ut hostis. nā cū eo uerbo dicebāt pegrinū q suis legibus uteret nūc dicūt eū quē tūc dicebant pduellem: in quo genere uerbo2 tūc a casu erit illustrius. Var.

Hostia est latinorum urbs maritima quā Ancus Martius condidit & importuosa ppter lymum thyberis. Strabo.

Hostia ē urbis romæ nauale quo thyberis erūpit eam præterlabens. Strabo.

Hostimentum beneficu pensatio. Fe.

Hostica pax hostiū captator. Fe.

Hostilibus laribus īmolabant q ab his hostes arceri putabant. Fe.

Hostimētū æq̄mētū. unde & hostes dicti sūt q ex æqua cū pugnā adeunt. Plau. in asi. Par pari datū est opa p pecunia: unde & hostire dicit. idē in eadē Quin pmitto inq̄ hostire ut memineris. i. æquā reddere. No.

Hostire est cōprimere: recedere: dictum ab hostia. Pacu. in teucro. Nisi coercuero pteruitatem atq; hostiam ferociam. No.

Hostire offendere cædere. Pacu. in herotapægmon li. i. Hunc quod in eum amissum nocens hostir uoluntatem tuam. No.

Hostiū id dicit p qd ab aliquo arcemur ingressu utpote. iccirco pite cōiuxit. Vir. Quo lati ducūt aditus centū hostia centum. dictū aūt ab obstādo uel ut al. is placet ab ὀστίζομαι idest a repellendo.

Hostia ppie fluminū exitus dicūt. Vir. i. æn. Italiā cōtra thyberinaq; lōge hostia. Ser.

Hostia intra ianuam cætera uocantur generaliter siue ualuæ siue fores sunt. Ser.

Hostia ppie sacrificium quod post uictoriā fit: licet hoc licenter cōfundit auctoritas. S.

Hostes hi sūt qui uobis aut quibus nos publice bellum decreuimus. Cæteri latrones aut prædones sunt. Ser.

Hostium uocāt mustum rubr2 & id molestū esse oleis. Var.

Hostem. Plau. in curcul. Status cum hoste īter cessit dies hostis. Nunc more ueteri significat peregrinum. Macro.

Hospes quære in dictione peregrinus. Lau.

Huc illuc quære in dictione citro. Lau.

Huic uiciniæ & huic loco2. Te. in an. huic uiciniæ. Dona.

Hudus huda hudum quod fit per concisionē a nomie humidus: uel ut quibusdam placet a græco quod pauloante posui. d. littera īteriecta: uel quod dicat hudus quasi sudus q̄q̄ nomen a sudore uelint etiam a græco dici.

Hui est uox dolentis cui aspiratio naturaliter hæret quippe qua affectus ille animi apertius significatur.

Huius feci huius absolute aut p τοῦ τοῦ ἕνεκα desit res. Te. i ecy. Ne qd sit huius ore & i he. nihil me istius fcūr pater. & i eū. & qcqd huius feci cā uirgīs feci huius subaudi rei. D

Hui interiectio est ironiam significans.

Humanum sacrificium dicebant quod mortui causa fiebat. Fe.

Humanitatem non solū uti nunc cōsuetudine persuasum ē de beniuolētia dexteritatē quoque comitatem ueterem dicendam putauecunt: quā græ. φιλανθρωπίαν uocant; sed honesto2 studio2 & artium appetitum: qd nulli animantium generi absq; hominibus concessa sit. Var. re2 humana2 li. i. Praxitelis qui propter artificium egregium nemine paululum modo humanior. N.

Humanitus p hūaniter. Turpil. in pedio. Quare esse dicunt quisq̄ illū hominem haud qc q̄ facere humanitus. Cassius emina, li. iii. histo. Quare sim omnis artis atq; humanitus aguntur. Afra. in repudiato. Quanto fœlicius ego qui exequor uenio adducor fere humana humanitus No.

Humanitas facilitas & beniuolentia qua græce φιλανθρωπίαν uocant. Ser.

Humanitas eruditio & disciplina quoniā eius cura uni ex cunctis animātibus homini data sit. Cice. pro archia. Etenim omnes artes: quæ ad humanitatem pertinent habent qddam cōmune uinculum. Ser.

Humatus q terra sit humus, ideo hūatus mortuus q terra obrutus ab eo qd romanus cōbustus ē in sepulch2 eius obiecta gleba non est: aut si os exceptū est mortui ad familiam purgandam donec in purgādo hō est optus ut pontifices dicūt q inhūanitus sit. V.

Humie2 regre in continentia.

Humū terram poetæ appellatūt. En. in terram cadentis cubitiqi pinsebant humū.

Humidus est q extrinsecus habet aliqd hūoris. Ser.

Humus non recipit nisi aduerbiū loci: ut humi nascit idest ex humo. Ser.

Humanus humi hoc etiam neutr2 in um desinens inuenit apud ueteres, sed qd opportūe hanc declinationem seruauit Li. iuenit adone humū humidū pedibus fouit gracchus. & thyeste mersit seqtus humidū plantis humam patriæ.

Hunc interdum pro qualitate: interdum pro q̃titate accipimus: interdum ꝑ utroq;. Virg. Húcego te euriale aspicio. Et tuamque ani mam hanc effundere dextra. Teren. in adel. Vt ego iram hanc in eos euomam. & Salu. descripto ad ꝗ berim ait. hanc igitur redarguit tarquinius. Do.

A ante f g k l o p q t non aspiratur.

Ha interiectio ut a præpositione differat. uel quia interiectio affectũ significat: & per aspirationem profertur uah P.

Huber hubertas.

Hubera exhubero hubertim: quod Vale. Catullus protulit. fiũt enim a uerbo græco uω ut placet ypsilõ in u productum uerso: ac b littera hiatus causa interiecta. Ego tamẽ opinatus semper sum huber deductum esse ab humeo ut tuber a tumeo in littera i b uersa loca enim arrida in secunda sunt cõtra quæ humecta sunt feracia & mulierum hubera si humore careant carebũt & lacte cogite oues pueri si lac præceperit æstus. Vt nuper frustra præssabimus hubera palmis. Videt Virgilius indicare nobis uoluisse hubera ab humendo dicta si inquit æstus humores præcepent atq; refecerit frustra hubera quæ omni humore uacua erant exprimemus. Tumeo autem de quo dixi licet primam corripiat: tubera tamen producunt: quod in multis & præsertim ubi fit aliqua litterarum immutatio: usu uenit.

Hulula auis quibus aspiratio natura hæret. ẽ enim hululatus tum canum: tum luporum: qui sine aspiratione satis exprimi non poterit. hulula quoque a cantu suo nomen accepit.

Hulcus: unde exulcero traxit aspirationem a græco. illi enim hulcos dicunt.

Humarium sacrificii genus.

Humum sunt qui uelint ex eo dictam quod humores contineat licet non conueniant tẽpore sicuti etiam humanus. nam seu fiat humus ab eo quod est humo ut ego arbitror: seu ab eo quod est humus non conuenit cũ primitiuo in quantitate syllabæ licet in hoc conueniat cum uerbo humeo. a quo tamen non dicitur: mea quidem sententia huic uoci humus aspiratio inest. Quin meum quoque iudicium est humus quo nomine terrã poetas appellasse. Varro tradit & humor & humeo latinas dictiões esse fit ab humo humatus. nam cum fit humus terra humatus dicitur terra obrutus: de uoce autem humatus humanus humana humanum. sic sentio quod ducatur ab eo quod est humo cui aspirationem naturalem esse dixi mutata o in u. ueteres enim hemanus dixere: attamen si differant tempore: tamen non omnes dictiones deriuatiue sequũtur etiam in tempore natura primitiuaꝶ.

Hac pronomen & aduerbiũ: & omnia monosyllaba pronominum ut hic hoc. & deriuatiua huc: quia ab o græco.

Hactenus hac fine ita quatenus qua fine antiqui quatenus quatinus quia.

Hædus hæreo hæres halo as. spiro halitus hamus.

Hara pro stabulo porcoꝶ & ꝑ aue quadá augurali. Ser. unde haruspex.

Hariolus deriuatur cũ a breuis sit. Do.

Hariolum dicit quasi phariolũ h pro f.

Harena ab hæreo secundũ Seruium ꝙ cũ calce parietibus hæreat. potius ab areo arena & arundo ab ariditate.

Hasta q̃uis ab asto ad differentiam imperatiui haurio ad differen. tam auris.

Hellespontis qua diffunditur alia aliis locis cognomina acceptat ubi primũ se coartat hellespontus uocatur Propõtis ubi expãdit ubi iteꝶ præssit thracius bosphorus: ubi iterum effundit pontus euxinus qua paludi cõmittitur Cimerius bosphorus: palus ipsa mœotis

Herculanũ oppidũ nomen accepit ab hercule quod est in campania.

Hebeo hebes ad differẽtiã ebeo ebes. inde ebetati q fœlicitate ceciderũt. Heu ĩteriectio

Heiulor ab hei. Hem interiectio.

Helluor helluans: inde helluones. A. Ge.

Herus ut ab eo differat quod est ero uerbo in datiuo & ablatiuo.

Herba secundum quosdam ab hæreo heres: tamen sine diphtongo.

Heruca & eruge ab eruzo sine diphtongo: qa nõ per se diphtongũ habet sed ad differẽtiã.

Heri ab hæreo quia hæreat hodierno diei.

Hæricius ꝙ sætis horreat.

Hærnia lingua sabinoꝶ saxũ. Ser. Alii asperũ unde hernica saxa. nam cum descendunt intestina ad pigam testiculoꝶ illam duram & asperam efficiũt. unde hærnia. Te.

Hernicos quidã uolũt a sabino quodã dictos. Macro. uero a pelasgo quodã nomine hernico anagniam conditam dicit.

Herẽnius ꝑprium quasi ꝙ hæreat annis quod nomen ad bonũ omniũ imponebatur.

Heus aduerbiũ: hesternus. Tor.

Heu interiectio uel aduerbiũ. Pom.

Hic antiqui ꝑ aduerbio heic. Pom.

Hinnio hio hias hiatus. Pom.

Hir ab hæreo uola: quia solidior pars ẽ. uel ꝙ palmæ rebus hæreat. Pom.

Hirsutus quasi horrẽs setis. hirtus ꝑ syncopã.

Hircus ab hirsuto. unde hircipili secundũ Festum homines duorum pilorum: uel ab ocu

lorum angulis qui hirqui dicebantur:& quā doque pro oculis ad quos oculos in libidine contorquent.unde hirquitali secundum Festum. Var.a sabinis dictum dicit.f.in.h.
Hispidus ab horreo hirundo.
Hiulcus ab hio.
Hisco ab hio pro hiasco pro loqui & os aperire.
Homo quidem ab humo: quod Quintilia.deridet.
Honor uel honos.
Hortor ne frequentatiuū orior putetur.
Horreo ut cum significatione concordet.
Hordeum quidam ab horrore.alii ab oriendi celeritate secundū Quintilianū.
Hordeū pro fordeū antiquitus.
Horream ab hordeo:antiq farreū a farre. Fe.
Hortus q̄uis ab orior ut a ꝑtiopio & hortus tui differat & olus omnis herba satiua qua uescimur.
Horti in plurali consiti & uoluptatis causa teste Plauto:sub Veneris custodia; secundum alios priapi.
Hostio is quartæ coniugatiōis:æquo as ad differentiam ostiū stii.ab obsto obstas.
Hospes q̄uis ab hostio. T.
Hostio dicitur quia in hostiū conflictu quædam fiebat ordinis adæquatio.
Hostis licet ab obsto:tamē aspiratur ad differētiam genitiui pluralis.
Hostia ab hoste quia laribus imolabatur ut arcerentur hostes.uel ab hostire.i ferire.Fe.
Humus humare humor.
Humesco humorem teneo.
Humesco humilis quasi humi decliuus.
Humerus:quia humeri humi instar onus ferunt.
Humerus latina uox est non ducta a græca ωμος:quæ dictio apud græcos aspiratione caret:habetq; o mega idest o ꝑductum.
Hudus quidam per syncopam.i.humidus quidam a sudore abrepta s sine aspiratione: unde uuidus uliginosus.
Hululo uel ab hui uel aspiratus uehementia.
Humanus humanitas:eruditio.
Haa interiectio:& sæpe per apocopam ah.hæ enim interiectiones potius naturales sunt ita uaha uah oh ahenus. Gel.secūdo ab horreo & alia ita composita abhinc adhæreo: anhelo cohors.uel simplex uel ex con & hortor: quia hortatur in pugnam. Cohabito cohæreo cohibeo.dehinc exhalo exhalas:inhio inhibeo inhabilis inchoo a chao. Quidam.h. inter utrunque inserunt incoho ut auctiore spiritu sonet.inhorreo lachryma.Gelli. Mihi alias mi pro mihi more græco μοι οι in i secundum Festum.Antiqui moe pro mihi:

unde de Italio i Gellio emētatissimo pro ita li reppei.nihilum & per apocopam nihil & syncopam nil.Pulchrū licet teste Seruio in latinis nunquam ch prachendo ut differenti spiritu duo e.sonēt in beem uero creem scre em ut imitetur prīcipalia horreo.Sepulchꝝ traho ad differentiam traeo is it.ab eo. nam ueteres transeo & traeo dixerunt ut trapono uæhemens quasi eminenter uehatur.Alii ut augmento spiritus hæ uocales proferant ah uah oh per apocopam.& in barbaris post c p t ut sadoch ioseph deleth.

Aminor atlantis filia: de qua Homerus τὴν μὲν ἰων κάυφην.
Iachus ab ια & χέων quasi fūdens causa leticiæ uocem uel fundēs uinum οινος:& amota o & os i a.T.

Iacentana gens hæc a pyrenēis radicibus ichoans in campos usque latius extenditur & ilerdæ ac ilestæ illergetaꝝ locis adiungitur non procul ab hibero in confinibus æquitaniæ & hispaniæ.Strabo.
Iacet significatiōnē habet manifestā. Virgi.in buc.Silenon pueri somno uidere iacentem. & Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma.M.T.de suppli.in Verrem , Patris hi quos uidetis iacebant in limine.No.
Iacet plenū ē onetatū. Vir iiii.ge.Sed iacet aggeribus uiueis in summis in alto terra gelu iacet.No.
Iacet pro plurimū porrigitur. Virgi.iiii.geor. Tantū campi iacent.No.
Iacet sordet nec locus est.Lucil.li.xxx.& sua ꝑcipe retro relicta iacere.Lucre.li.i.Humana āte oculos foede cū uita iaceret i terris. No.
Iacere significat emittere.unde & iaculū. Vir. Ii.v.Et sublata procul dextra cōnexa coruscat & iacit.M.T.i uer.de signis inq; scyphū de manu iacere conatus est.No.
Iacit habet ponit. Vir.in geor.Oīs in hāc certā regio iacit arte salutē.M.T.i philip.i.in quo tēplo q̄tū i me fuit ieci fūdamēta pacis.No.
Iacit facit Lucil.li.xvi.Aggere in iaciēdo si qd si quo est uineis actis opus est.No.
Iactare est demittere dependere. Vir.iii.geor. Et dextra iactata recūbit in armo No.
Iactare uoluere. Vir.primo æneī. Atq; illum tales iactantem pectore curas.No.
Iactare plagis sternere.M.T.in uer.acti.ii.iactatur domi suæ uir primarius & homo honestissimus pro se quisq; manus affert.No.
Iactare fatigare.Vir.i.æn.Iactatos equore toto troas.Et iactetq; odiis iunōis iniquæ.No.
Iactare ambitiosius gloriari. Vir.li.vi.Quē iuxta sequitur iactantior ancus.idē li.iiii. Ecce paro uoces dū iactat iertes. Luc li.xxvii i re iactāda ipsa ridicula id atq; adsedit.No.

Iactare excutere cōmouere. Var. in cume. Tibi
núc femi uiri tereté comam uolanté iactant
tibi galli. No.

Iactare est cassum fundere. Vir. studio iactabat
inani Ser.

Iacto inaniter loquor. Virgi. primo æneid. Ta
lia iactanti stridens aquilone procella Ser.

Iactati in littus dicimus delati in portum. Ca.

Iacit ponit Vir. iu. geor. Omnis in hác certá re
gio iacit arte salutem. & Cicero. iacta sút fun
damenta defensionis meæ. Ser.

Iactuose positum pro iactanter. Cicero in ora
to. Cum sint liminosæ & quasi iactuose par
tes duræ N.

Iamdiu pro olim. Tur. in ethra Rodiensis est
sed istuc cōmigrauit iamdiu. En. in alcme. fa
ctum est iamdiu Cicero in epimausimache.
Liber essem iamdiu. habuissem igeniosos co
amatores mihi. Liui. i aiace. Mirum uidetur
quod sit factum iamdiu. No.

Iambicú carmen quod archilochus poeta pri-
mus ut ait Strabo ob spretam filiam a lycam
be in ultionem inuenit compulitq; maled-
ctis & acerbitate ad laqueum fodere usus est
hipponenes poeta in bubalum & anternú
sculptores: quoniam cum deformis esset ab
his in contemptum effictus fuerit tã etsi Pli.
non assentitur.

Iambi uocantur qui singuli ex proscenio loq-
bantur. iriiambi qui terni. No.

Iamdudum. Virg. iiii. æneí. At regina graui iá-
dudum saucia cura. licet & temporis possit
esse. Teré. Iamdudum te amat. idé iamdudú
illi facile sit q; doleat. Ser.

Iamdudum q̃primum. Virgi. iii geor. Et iádu-
dum incumbere castris: Dum sicca tellure li
cet. Seruius.

Iamdudum cito. Virgi. ii. ænei. iamdudum su-
mite pœnas. Ser.

Iam pro modo. Vir. iii. geor. iam quæ os cursu
iam præterit ilios: & iá digitis & pectine pul
sat eburno. Ser.

Iamdudum olim. Vir. primo ænei. iamdudum
erúpere nubé ardebant. Ser.

Iam tarditatis é signú. Ter. in andria: Vt redeat
iam in uiam. & ꝓuerbiale é. Do.

Iambus pes ex breui & longa ab inuentore.

Iamdudum sunt qui ꝑ iam primum intelligát
Virgilius. iamdudum sumire pœnas. Teren-
tius in andria. iamdudum lesbiam adduci iu
bes. idem in eunucho. iamdudum te amat.
Donatus.

Iam renúciatio est perpetuitatis. Terentius in
andria. Vxorem tibi non dat iam chremes.
& interdum significat festinationem. idem í
adel. Ego iam prospicio mihi. Interdum ad
describendum moram pōitur. Vir. iá melior
iam diua precor. Do.

Iam pro tunc. Quintil. q; si satis prudenter ea
uiderint iam ꝓpe consumata fuerit præcipi
entis opera. Et pro præterea. Vir. iam maris
ínmensi prolem & genus omne natantum. iá
uarias pelagi uolucres: hoc idem significat
iam uero. iamiam pro nunc. Virg. iamiamq;
manu tenet. & per indignationem ut idem.
iamiam nec maxima iuno nec saturnus hæc
oculis pater aspicit æquis. Et per miserano-
nem. Salu. in iugur. iamiam animo meo cha
rissime frater quanq̃ tibi immaturo & unde
minime decuit uita erepta est: tamen letan-
dum magis q̃ dolendum puto casum tuum
Et per exhortationem. Quin. iamiam cōmi
lito quicúque casus manet & iam si re impe
rator damnaturus é habes solanú: satius é q̃
a patre occidi. L.

Ianira Oceani & Tethyos filia.

Ianisus urbs arabiæ. Her.

Iantha Oceani & Tethyos filia.

Ianuarium appellauit Numa Pom. primumq;
anni esse uoluit tanq̃ bicipitis dei mésem re-
spicientem & præspicientem transacti anni
finem futuriq; principia. Ma.

Ianus aspirationem non habet quam habet in
primitiuo. dictus autem est ianus ab hiando
Festus autor. & eadem ratio est ianuæ ipsius
uerba festa sút. Chaos appellat Hesiodus cō
fusam quondam ab initio ciuitatem hianté:
patentemq; in profundum ex eo itaq; græci
nos hiare dicimus unde ianus detracta aspi-
ratione nominatur eo q; fuerit omnium pri
mus cui supplicabat uelut parēti á quo rerū
omniú factum putabat initium.

Ianum quidam solem esse uolunt & ideo gemi
num quasi utriusque ianuæ cælestis potétiæ
qui exoriens aperiat diem occidens claudat.
Macrobius.

Ianum mundum. i. cœlum ianumque ab eun-
do dictum q; mundus semper eat dum i or
bem uoluitur. & ex se initium faciens inspi-
ci fertur. unde Cornificius. & Ci. non ianum
sed uanum nominat ab eundo. Ma.

Ianeus ianitor. Festus.

Ianiculum dictum quod per eum populus ro
manus primitus transierit in agrum hetru-
scum. Festus.

Ianua est primus domus ingressus: dicta quia
iano consecratum est omne principiú.

Ianubium cœnaculum etiam nunc apud ædé
iunonis & in altero lario phaleris & cordu-
læ dicuntur cœnacula. Var.

Ianuarius prior mensis a principe deo ianuari-
us appellatus. V.

Ianitos pro ianitor. Varro.

Ianum cum saturno regnasse. require in satur-

nalia.Macrobius.

Ianum quidam solem demonstrari uolũt: require in saturna.Ma.

Ianum ab eundo dictum.require i saturnalia Macrobii.

Ianuarium quid est quod Romani principiũ anni faciũt.antiquis enim temporibus Martius primus omnium numerabaturq̃d cum multis signis perspici potest tum eo maxime quod Quintum a Martio & Sextũ & reliquos deinceps usque ad extremum a Martio numerant:decembrem enim nouissimũ appellãt a martio.s.recensentes:ex quo non nulli opinati sũt ueteres romanos nõ duodecim sed decem mensibus annum complesse & ob eam rem quibusdam mensibus plures q̃ triginta dies addidissent. Sunt qui monumentis mandarint decembrem a martio decimum computari:hunc deinceps subsequi ianuarium:februarium esse in quo & purgationibus utantur & mortuis parentant ãno finiente.hũc postea.ordinem cõmutatũ esse constat:& ianuarium primum omnium numerari cæptum:quod primum huius mensis die quem calendas ianuarias appellãt:primi consules exactis regibus creati sũt: uerisimilius illud quod quidam dicunt Martium a Romulo primũ omnium fuisse numeratum q̧ homo acer ac bellicosus atque adeo bellandi amore insanus: Marte satum se existimans parentis sui cognomen cæteris mẽsibus præponendum esse censuit. Numma Pompilius deinde uir parcus & pacis atque ocii studiosus cũ ciuium animos a bello ad agriculturam traducere contendisset:ianuario inter menses principatum dedit: & ianũ quasi ciuilem & agriculturæ magis q̃ rei bellicæ studiosũ summos honores cultusque ꝓuexit.Sed uidetur Numma Pompilius magis consentaneum naturæ quantum ad nos attinet principium anni sumpsisse:omnino enĩ earum quæ in circulo circũferuntur nihil ẽ quod natura aut extremum sit aut primum sed lege factum ut aliud alii statuant anni principium:optime uero qui post hybernũ tropicum annum inchoant cum sol finẽ ulterius progrediẽdi faciat rursus ad nos se recipit.fit enim naturale quodammodo huius modi principium quo & lucis tempus nobis augetur:tenebraꝝ uero & noctis diminuiẗ: Princeps deniq; & otius substantiæ fluxit autor propius accedit.

Ianus bifrontẽ cur esse autumant:sic enim eũ & fingũt & pingũt. An q̧ græcus perræbus fuit.sic enim monumentis productum ẽ. Is postea cum in italiam traiecisset & apud barbaros consedisset linguam simul cum uictu cõmutauit:an illud potius q̧ italos agrestes ac barbaros ad humanitatẽ uitæ cultumq; traductos & agros colere & rempublicã administrare instituit.

Ianum bifrontem quid est quod uteris altera pars impressum habuit:altera proram nauis aut puppim: aut ut multi putant honoris causa saturni qui naui in Italiam traiecisset:an hoc uulgare est ac de multis dici põt: nam & Ianus & Euander ita Aeneas nauibus in Italia profecti sunt.sed illud potius q̃ piam coniiciat:alia esse in ciuitate quæ pulchra alia quæ necessaria: maximũ uero atq; omnium pulcherrimum indicari bonitatẽ legum:lõge uero ex oĩbus necessarium esse copiam & ubertatem: quoniam uero Ianus feros homines ad mansuetudinem traducens optimis legibus informauit: necessariũ uero ad regꝫ affluentiam fluminis nauigabilis suppeditat:& partim ex agro ac uicinis locis:partim & lõginquis ac mari deuehens nihil quod ad usum pertineat desiderari patitur:ideo nũmus ita signatus est & ut legislatoris duplicem frontem ꝓpter uitæ cõmutationem:ut dictum est: & imaginem fluuii ꝓpter nauium præ se ferat. Altera quoque usi sunt nũmo ouem bouemq; insignitum habente: quod quidem nũmi genus erat insigne & imprimis documẽto ueteres gregibus & armentis abundasse quippe quoꝝ omnis substantia in illis esset collocata: quo fit ut multi apud ueteres syllii bubulci porcii appellati sunt ut Fenestella autor est.

Ianũ iunoniũ require in calendas.

Iapiga est quæ nũc Apulia dicitur a uento qui dicitur iapix.quo ex italia Athenas nauigari potest.Hora.i.car.Obstructis aliis præter.Iapiga.Por.

Iapix gos:Dædali filius unde Calabria iapigia.

Iapix uẽtus quem circium quidam uocãt.Gel lius caurum.

Iapis idis:ætolus qui in Venetia oppidum cõdidit nomine suo.unde iapidis Timaui.Vir. dixit.

Iapetus Titani filius ex Asia cõiuge ex qua Prometheũ cõtinuit.Epimetheum & Hesperũ & Atlantem.

Iason æsonis filius regis thessaliæ de quo multa ferũtur a Iustino.xlii.Oui.vii.Diodoro q aut Medeam expulsam prius a patre iuenisse Iasonem in littore ad templum Solis:& eo captuꝝ docuisse.

Iason a Cerere dilectus:& ob hoc fulmĩe a Ioue interemptus.Ody.quinto.

Iaspis lapis preciosus.Pli.xxxvii.ab ιον.uiola & πασ totus:quasi totus uiolaceus.

Iasipare farinolam iacere pultis.unde dissipare

y

obsipare ut cum rustici dicũt obsipa pultis escam. Festus.

Ibis auis ciconia dicitur. Ci. de na. deoꝝ. Atq; illa sunt mirabilia quidem ea quæ nup idest paucis ante sæculis medicoꝝ ingeniis repta sunt: uomitione canes purgari: ut aluos ibis ægyptiæ curare & ab huius auis naturæ similitudine ibis pro inuido accipitur: unde Ouidius libꝝ in ibim scripsit.

Iberus fluuius Hispaniæ ex radicibus pyrrhenei & balearicum mare sub ferraria pmontorio nauigabilis.

Ibernia insula est ad Hispaniam occidentémque solem sita: qui medium Angliæ latus uergit dimidio minor (ut existimatur) q̃ Anglia. sed pari spacio trãsmissus. xxx. milia passuũ atq; ex gallia est in angliam ex hibernia ĩ qua sũt plures metropoles ciuitates q̃ in anglia iam quidem nominant Irlandiam.

Iberus ingens amnis deorsum Tulcin attigit inde se in terras pelagus insinuat: & primum magno impetu admissum mox ĩ duos sinus pmontorio: quod Ferraniam uocant. finditur prior supionẽsis dicitur maiorq; ac magno satis ore pelagus accipiens: & quo magis penetrat angustior sorobim & duriam & sucronem non magna excipit flumina Pomp.

Ibidæ in ipso introitu finium pigmœorum ab auibus quas appellant aduerso agmine excicipi pugnasq; confici traditum est. Pom.

Iberia hispania a fluuio alia in ponto iter Colchida & armeniam: a rege de qua Horatius & Virgilius ix.

Ibis auis nili quæ seipsum per annũ purgat serpentibus uescitur quidam Ciconiam dicũt & inimicos Ouidii.

Ibyx syluestris capræ genus pernicissimum.

Ibla mons atticæ regionis seu siciliæ: & thimo abũdans & melle.

Ibi dicitur cum locus semel demonstratur.

Ibidem cum sæpius.

Icadion nomen scæuissimi piratæ.

Iceus genus farciminis.

Icheneumon animal ex ægypto quod aduersus iphilenam dimicatuꝝ mergit se limo sæpius & siccat sole ubi sæpius id fecit exit munitum certamen.

Icthys aspirationem accipit quæ uox piscem significat inde icthyophagi populi quidam dicti quod uescerentur piscibus. Est & icthycollo genus piscis: habet etiam Ihetys aspirationem ante i in prima syllaba secundum atticos ut dixi.

Icadas ferias quas omni mense luna custodit: uocant hi qui maxime lene uiuentes quidã nosci uolũt.

Icit percussit.

Ico breuis ici longam facit. inde ictus: ut Cato hostem unde icit. Lucre. etiam in præsenti pduxit: ur exin corpus ppellit & icit.

Icarus Dædali filius qui nomẽ mari dedit. Solinus Varronẽ adducit Icaꝝ cretem illic naufragium fecisse.

Icarius Oebali laconum regis filius pater penelopes. Icones liberi patris qui uinum ei communicauit interfectus a rusticis: filia Engone se suspendit. est etiam mons in attica.

Icon græce dicitur latine effigies: imago & statua. inde iconia effigies proprie expressa. Pli. xxxiii. Est & figura imago: q̃ qua Cicero ad Herẽnium.

Icus breuis complexio.

Ictericus passio ex diffusiõe fellis ab icteri aue cuius similis est color. Quidã arcuatũ morbum a similitudine arcus cælestis. Var. auriginosum appellauit.

Icmalus faber quidam apud Ho. ody. xix.

Ichthyophagi populi montana indorum colente. quos subactos Alexan. iussit a piscibo abstinere.

Icanis mons acticæ regionis est.

Iccius portus inter belgas morinis oceanoque mari finitimus ambianis & atrebatibus primus a continẽti britãniæ quam Angliam dicimus. xxx. milibus passuum distans & traiectui cõmodissimus: cui ad dextram Zelãdia insula Olandia & Flandria: ad sinistram autẽ cõmitatus q dicitur pontus Piccardiæ ps & Normandiæ ducatus. ex opposito uero Anglia cõsistũt oppidumest illic populorumq bus tollere nomen est: id adiecto iccii portus nomine: ut quibusdam placet Castetium nũcupatus. Mormẽsis est diocesis in regno frãcoꝝ & dictione Anglorũ regis situm. hunc memorat lucanus ĩ primo forte a circio seu cercio uento dictus: qui ex terra Gallia flat ut dicit. A. Ge. ii. li. ca. xliii.

Icosium et uthisia urbes post cartinnam effluentes inter eas ancus & nabar aliaq; quæ taceri nullum reꝝ famæ ue dispendiũ est interius & lõge satis a littore (si fidẽ res capit) mitum admodum spinæ piscũ muricũ ostreorumq; fragmẽta: saxa attrita uti solent fluctibus & nõ differẽtia: marinis infixe cannibus: anchoræ alia & huiusmodi signa atq; uestigia effusi: olim usq; ad ea loca pelagi in campis nihil alentibus esse inueniriq; narrantur.

Icenos in anglia populos ab Octorio romano duce subactos nõ memorat Cæsar: sed tacitus quæ forte iccii portus accolæ fuerunt.

Icarius Tyndari frater: quem alii icariotum dixerunt unde Penelope icarions dicit a Propertio. Quæq; terũt fastus icario tituos. nam ex Polycasta Ligei filia Penelopẽ suscepit &

fratres ut scribit Strabo. idem habuit Dorothé uxorem: ut Hom. tradit in odyssea: quã quidam Penelopes matrem fuisse falso putauerũt.

Icit percutit significat. Plau. in trucul. Frendit icit fremit. idẽ in aulu. Ibi ut pascebat susciꝑa icit uidulũ Pacu. in armoꝝ iudi. Nam canis quando est ꝑcussa lapide nõ tam petit illum qui se iecit q̃ cũ ipsum lapidẽ quo ipsa icta est petit. Affra. Simulantẽ offendit regit rupit icit poculo. Ceci. de manda. Si unquam quisq̃ uidit: quem catapulta aut balista iecerit. Lucil. libro tertio. Esse animũ cũ animo coniũctum quæ cum animi uis percussa est exinde corpus propellit icit. Turpil. in demetrio. Nam si iceris me posthac credas mihi uelim inquit: tum quid censes dolebit scilicet. Neuius in Danæ. Quam quondam fulmine icit iuppiter. No.

Idiotas a græco tractum ἰδιῶται inutiles quasi sibi tantũ nõ plurimis utiles. Lucil. li. xxvi. Quid ni tu illiteratum me atque idiotam diceres. No.

Idoneus est aptus ad omnia bona & mala. Te. in an. Adeon uidemur uobis idonei in q̃bus sic illudatis. Do.

Id quod res est bona locutio: pro id quod ueꝝ est. Teren. in adel. Veꝝ cognitũ id quod res est. Donatus.

Idulis ouis dicebatur quæ omnibus idibus Ioui mactabatur. Fe.

Idus ꝓprie existimatur dies qui diuidit mẽsem iduare enim hetrusca lingua diuidere est. unde uidua quasi ualde idua. i. ualde diuisa aut uidua a uiro diuisa q. idus omnes ioui tribuasaut Varro. & pontificalis cõfirmat auctoritas. Macro. de satur.

Idubeda mons æqualiter a pyrene distans producitur a cantabris exoriens in nostro finitur pelago. unus enim e duobus montibus ẽ qui mediterraneum agrum inter pyreneos montes latusque septentrionale usque ad satyros finit: alter orospoda nominatur. Stra.

Idubeda ciuitas est celtiberis finitima ad oriẽtem Strabo.

Idem quasi pro etiã poni solet. Cicero: & huic coniũcta beneficentia: quam eandem uel benignitatem uel liberalitatem appellari licet: idest quam etiam. is recipit coniunctionem. idem uero non. ut uethis pauca & ea detrita: uel eadem detrita. Lau.

Identidẽ significat id quod sæpe. Sueto. xii. recuperatores ne persuasoris assertoribus accommodarent.

Idalium cypri nemus est ubi & breue oppidũ Vir. Idaliæ lucos. & ida. iumq; nemus. Ser.

Ida mater accipitur: quia dicit uenatrix: non possumus ꝓmontoriis intelligere: nam uenatrix pro ea quæ uenari nõ ubi uenatio sit. Seruius. & infra.

Ideæ imagines sũt. nam idea ẽ species uel imago uel similitudo latine.

Idrops subcutaneus morbus de uitio noscitenatus cum anhelitu fetido & inflatione turgente. Est animi hydropico proprium: ut quanto amplius bibit: tanto amplius sitiat. Acron. sed cum y scribitur & præponitur aspiratio.

Idem compositum ab is & demum ubi corripitur i in genere neutro. in masculino uero ꝓducitur: ut Vir. quarto æneĩ. idem ambos ferro dolor atque eadem hora tulisset. Iuuenalis. Si fecisset idem caderet sub iudice morum. inde componitur identidem idest idem & idem cuius obliqui deficiunt casus. Pri.

Ida mons & sylua troianorum. Homerus ferarum parentem dixit: continet gargarum. inde scamander & simois oritur. alter mons in Creta ide idæus fuit: & idæus ꝓco troianus.

Idas dæ. formosissimus sui temporis maritus: Marpissæ qui Apollinẽ inuasit ob raptã Marpissam arcu & sagittis. Ho.

Idalius mons Cypri Veneri sacer

Idalium nemus cypri dicatum Veneri: ut scribit Pli. hæc loca gratissima erant Veneri Cyprus erix siliciæ cythera syria. ut refert Dio.

Idios proprios.

Idathyrsus scythaꝝ rex: quidam indathyrsus.

Idiota illitteratus quo sancti christiani utuntur. & Ci. in Pisonẽ inde idiomata.

Idolum simulacꝝ: idolatria.

Idothea Proeti regis argiuoꝝ filia. Ho.

Idomæneus Deucalionis filius rex cretensium apud quos ꝓ eo habebatur: cũ rediret a troia in tempestate uouit: primum sibi obuium se sacrificaturũ. & secundũ quosdam filiũ immolauit. qdam cum ueller pulsum a ciuibus in Calabriam uenisse: & in salentino promontorio Petiliam urbem cõdidit lictius dictus a lycto ciuitate cretæ: sub quo militasse se dicit ditis cretensis.

Idumæa regio syriæ.

Idumeæ palestinæ ut scribit Pli. eiusdem noĩs oppidum Boetiæ ab Antedone patre Glauci: de quo Homerus.

Idumæ urbs abũdans palmis. inde idumæus etiam pro Epitheto palmarum. Plinius lib. quinto.

Idros fluuius est Ciliciæ Tarso ciuitati ꝓpinquus: ideo idros dictus: quia ita forma hydri tortuosus sit. ergo cum y scribendum & aspiratione.

Ieburones germani sunt iuxta neruios in occasum sua habentes. Stra.

Ierna insula ad septentrionem exposita britanniæ est prolixa: sed amplissime latitudinem habens: cuius incolæ appellantur anthropophagi. Stra.

Ieron colonia est post stoechades: in qua est fanum hieronis e regione antipolis: sed aspiratur. Strabo.

Ientaculum dicitur gustatio sicut calmiachus iesia ientaculū proferri ioui.

Ientacula leuiora prandia dicta sunt: & quæcūque imparatis mensis apponebantur ganeata. Martialis usus est ꝓ pane dulciario & ꝓ iētaculis in distichis. Surgite iam uendit pueri ientacula pistor.

Ies. ietis urbs archadiæ & promontoriū ī quo sita est iuxta Alpheum amnem patronymicum ietes.

Ielysos urbs Rhodi. Home. Alia in Dorica regione. Herodotus.

Ientare. Affran. in buccone. Ab optato ientare nulla iuitat. Plau. in curcul. quid antepōes ue neri ientaculi. Affra. in crimine. hæc ieiuna ientauit. Varro in marcip. ut eant ac rempu. administrent quod pulli ientent. Noni.

Igitur nunc quidem ꝓ cōpletionis significatione ualet quæ est ergo sed apud antiquos ponebant ꝓ inde & postea & tū. Fe.

Igitur pro deinde. Plau. in amphi. Sin aliter fuerint animati: neq; dent quæ petant sese igitur sūma ui uiribusq; oppidū oppugnasse. Terē. in eunucho. Quid igitur faciam. Do.

Igitur positum pro postea. Plaut. in amphi. Si aliter erūt animati neq; dent quæ petant. sese igitur summa ui uiribusque oppidum eorum oppugnaturos.

Iginus fecit libꝝ de uiris claris. Asco.

Ignauus est qui uim nō potest ferre: & qui nō perseuerans. Ter. in an. Adeon me ignauum putat. Donatus.

Ignauum segne torpidū feriatum & sine igne. Vir. quarto geor. Ignauū fucos pecus a præsepibus arcent. & .iii. æneid. En age segnis rumpe moras. M. T. ad Cæsarem iuniorem. li. iii. in quo tua me prouocat oratio. mea cōsecuta est segnis. Et de senec. Quæ uitia sunt nō senectutis. sed incertæ ignauiæ somniculosæ senectutis. No.

Ignarus non erant & naui & nari quibuscū in præponi oporteret dulcius uisum est ignoti ignaui ignari dicere q̄ ut ueritas postulabat. Ci. de orato.

Ignarus æque utroq; uersum dicitur: & nesciis qui ignorat & qui ignoratur. Plau. ī rudē. Quæ incolis nescius nescias pessimum. Salu. more humanæ cupidinis ignara uisendi.

Igitur collectiua uel rōnalis coniūctio est. colligit enim supradicta illatione hoc est ratiōe confirmat. Ci. pro liga. Habes igitur tubero quod accusatori maxime optandū confitentem reum. dicitur & illatiua q̄ præpositis aliis informatur. Pri

Ignesco ab igni inchoatiuū formatur. Dio.

Ignauit ignauum fecit. Acti. in ænead. Fateor sed sæpe ignabat fortem in spe expectatio. Nonius Mar.

Ignaꝝ quod nesciat cura ut sit incognitū. Vir. viii. æn. Ignaꝝ laurens habet ora minātia. Salu. in iugur. bello. Amore humanæ cupiditatis ignara uisendi. No.

Ignauiter pro ignaue. Lucil. saty. libro. xvi. Cur tamen ignauiter hoc præsertim tēpore quæris. Nonius.

Ignauiter. quadrigarius in secūdo āna. Ac qui ibi erant non ignauiter putando eum diem pro meliore habuerint. No.

Ignarus idest aliud disponens. Vir. terno æne. Aut quis nam ignarum nostris deum appulit oris. No.

Ignarus in utroq; uersum dicitur. non enim q ignorat sed qui ignoratur. Salu. more humanæ cupidinis ignara uisendi. Vir. ignarū laurens habet ora minanna. A. G.

Ignitabulum ignis receptaculum. Fe.

Ignis uestæ si quando interstinctus esset uirgines uerberibus afficiebantur a pontifice quibus mos erat tabula fœlicis materiæ tā diu uerberare quousq; exceptum ignem cribro æneo uirgo in ædem ferret. Fe.

Igtis a nascendo q̄ hinc inde nihil nascitur & omne quod nascitur eū amittit & frigescit. Varro.

Igne & aqua quære in uerbo nupta.

Ignem meretricem dicimus rectius q̄ arā apollinis. uel quia amator uritur. Vir. At mihi sese offert ultro meus ignis amyntas. uel quia meretrix auida & auara ē: ut ignis alimētoꝝ. Ter. in eu. Accede huc ad ignem iam calesces plus satis. Do.

Ignescitur ꝓ ignescit. Laber in colace. Figura humana inimici ardore ignescitur. No.

Ignem ex domo flaminea efferri non licebat: nisi diuinæ rei gratia. Fe.

Ignominia nominis nota. M. T. de repub. libro quarto. Censoris iudicium nihil fere damnatio nisi ruborem ita ut omnis ea iudicatio uersatur tantūmodo in homine aduersio illa ignominia ē. Lucil. saty. libro. xxxix. Apollo est nomen qui te antiquis non sinet delitiis maculam atq; ignominiam iponere. No.

Ignotus ignobilis. Li. v. ab ur. con lib. i. Se a cæteri uelut ab ignotis capitibus consulis liberi omniū in se auerterant oculos.

Ignē uulcanū primū regnasse dicūt apud ægyptios quia ignē inuenit. nā cōflagrata arbore

ictu fulminis deficiente igne ligna addidisse dicũt & aduocasse homines tanq̃ ipse reppe rit. Diodorus.

Ignotæ idest iscitæ. Neuius in lycurgo. Ignotæ in terris sumus tute sis. No.

Ignoscite est ueniam dare. Virgi. geor. iiii. Igno scenda qdẽ scirent se ignoscere manes. No.

Ignoscite tursum cognoscite uel discite. Var. Vosq; ĩ theatro qui uolũtatem auribus huc aucupatum concurritis domo adest: ecce a me quæ feram ignoscite domum ut feratis e theatro litteras. No.

Ignoscere & concedere quemadmodum inter se distant aperit. M. T. ad Cæsarem iuniorem in primo. Quo mihi & philippo uocationẽ dabis gaudeo, nam & præteritis ignoscis & concedis futura. No.

Ignoratur nõ agnoscitur & ignoratur fingitur T. in phor. Quia egens relicta sit misera ignoratur fingitur nõ agnosci. Do.

Ignobilis stultus. Vir. i. En. sæuitq; animis ignobile uulgus. No.

Ignobilis ignotus. Virgilius septimo æenei. Solus ubi & syluis italis ignobilis æuũ exiget.

Illaudatus inqt Vir. itaq; hoc uerbum illaudati idoneum est ad exprimendam sceleratissimi hominis detestationem busiridis: qui q; dem homines omnium gentium imolare so litus fuitatq; ideo exectatione detestanõeq; totius generis humani dienus est. Eadem ratiõe Vir. idem ĩamabilem dixit stygiam palu demnam sicut illaudatum priuationem lau dis: ita iamabilem per amoris priuationẽ de testatus est. Altero modo illaudatus bene & eleganter positum esse a Vir. ita defenditur. Laudare significat lingua prisca nominare appellareque si in actionibus ciuilibus actor laudari dicitur quod nominari illaudatus ergo quasi illaudabilis: idest nũq̃ nominandus sicut quondam a cõmuni cõsilio Asiæ decretum est: uti nomẽ eius qui templum Dianæ ephesiæ incenderat ne quis ullo tempore nominaret. Au. Ge.

Ilerda distat ab hibero tendẽtibus ĩ occasum sta. cẽtum & sexaginta. ad aquilonẽ uero sta. quingẽtis & quadraginta.

Ilesta est ilergetaꝝ locus. Stra.

Illatebrare. Quin. Clau. in primo ãna. Arma in gt plærіq; abiiciũt atq; inermi latebrant se se unũ; poeticum uisum est; sed nõ absurdũ neq; aspetum. Au.

Iligneus & iliceus ab ilice dicitur. Ter. in adel. Lectulos iligneis pedibus. Statius. vi. theba. Ornique iliceque trabes metuendaque suc co taxus. Pris.

Iliturgi nomẽ oppidi barbaꝝ. Ser.

Ilarus ilari & hilaris & hilares: sed aspiatꝰ. Cap. Illi pro illius. Ci. in Mar. Cel. Et quis illi more esse uult. Pris.

Illitus ab illinio penultima correpta Lu. i. viii. illita tela dolis nec matrem cominus usquã ausa pati uirtus. Pri.

Illudo tibi & te dicimus ut Vir. Certanrq; illudere capro. Donatus uero inquit capto esse septimum casum.

Illachrymabilem. i. iplacabilem: qui nulla hostia possit placari. Hora. li. car. Places illachrymabilem plutona tauris.

Ille cũ emphasi dicitur quasi uir magnus. Te. ĩ an. Hic illic est. & ẽ etiam aduerbium loci ut illi mea tristia facta degeneremq; neoptolemũ narrare memẽto. Te. in adel. Ego illi maximã ptem ferã ubi ille peccat. Do.

Nerui contigui sunt treusgris. sunt autem & natio germanica & in occasu sua habent domicilia: sunt autem nerui qui tornaeū incolūt tornacenses. Stra.

Nerio quasi sine ira & cū placiditate ut eo nomine mitem inquit Ser. Claudius: fuit enim uxor Martis: aut nerio martis uis & potētia & maiestas quædam demonstratur. Plau. in truci. Mars pegre aduenens salutat Nerionem uxorem suam.

Nesea in italicis partibus ad saliorum gentem pertinens & ligures alpium incolas: & distat a uaro fluuio sta. xx. & secundū huius tēporis delignatum terminū ad italiā pertinet: licet iure massiliensiū sit qui ædificauerūt nuniꝝ puincia existit. Stra.

Nestor Nelei filius ex Chlori: qui secundum Ouidium ccc. anno contra Troiam ꝓfectus est cū. xxx. nauibus.

Nestos flūt ultra abderem interq; eū & strymona urbes sunt philippia: apollōia: amphipolis iter strymona & athon turris calemea & portus caprullon urbs acantos & echina int̄ athō & pallenen cleona & olynthos strymon sicut diximus amnis est longeq; ortus & tenuis: aliens subinde aquis fit amplior: & ubi non longe a mari lacum fecit, maiorē q̄ uenerat alueo erūpit. Pom.

Nessis prætermissa a cosmographis a Lucano cōmemorata tali spiramie nessis emittit stygiū nebulosa aera saxis.

Neuernensis urbs dicit conuers. Stra.

Neutique non nimis. Teren. in hac. Vsq; illud uisum est Pamphilo neutique graue. Et nō est omnino negatiuum. sed aliquid assentiōis

habet Dio.

Neuult pro non uult. Titin. in fecina. Ipsius q dem hercle ducem sane ne uolt. Plautus in trinũmo. Filiam meam tibi desponsatam eẽ audio nisi tu neuis. No.

Neuũ ꝑ signo quod in ore nasci solet.

Nex inquit Cicero pro Milone. Insidiatori uero & latroni quæ potest inferri iniusta nex. Priscianus.

Nex pro nece. Sisenna histo. libro tertio. Quoniam neque mea nex nec intercessio posse uidetur aliorum dementem reprimere audaciam. No.

Nexo nexas & nexis. Virgi. nexantem nodis. & Lauius. Nexabant multa inter se flexu nodorum.

Necto tamen eius primitiuum sicut ab amplexus amplexor aris: sic a participio nexus nexo: necto nexus & nexi plærique dixerunt. Priscianus.

Ni & nisi subiũctiua dictio: nõnunq̃ & finitiuo iũgitur. Ser. in ar.

Ni pro ne. Plau. in mala instulta. Et Virgilius Ni teneant cursus uersus certum est dare lintea retrist. Ser.

Nicander poeta græ. quem Didymus fabulosum dicit qui fabulas inquit si credere dignũ est. Torte.

Nicanor Seleuci macedoniæ regis filius.

Niciarchus pictor eximius.

Niceteria ornamenta quædam uictoriæ a nice: ut fylacteria frabateria.

Nico Tarentinus tempore Hannibalis.

Nicos ciuitas Asiæ.

Nicomachus bello uictor pater Aristotelis medicus & Amyntæ regis medicus: patris Philippi. Alius Aristotelis filius cuius æthicam Alius pictor nobilis. Pli. xxxv.

Nicomedes rex Bithyniæ.

Neapolis uersus Hierusalem dicebatur: olim Samaria cum terra Sebasten & Carie ciuitas hoc nomen habens.

Nicopolis in palestina olim Hemaus uocabat

Nicopolis urbs uictoriæ monumentum meminerũt Virgi. Strabo Plinius.

Nicopolis ciuitas uictoriæ quam Cæsar Augustus ædificauit: nomenq; indidit ob uictoriã qua superauit. M. Antonium Cleopatrã: ubi portus in sinu ambracio. Sue. li. secũdo quoq; actiacæ uictoriæ memoria celebratior & in posterum esset urbẽ nicopolim apud Actiũ condidit.

Nicophantes pictor ætate sua eximius:

Nicostrata uictoriosus exercitus mater Euandri uates. quæ a carminibus Carmẽtæ dicta est uel a carpento.

Nictare est oculorum & aliorum membrorũ nisu conari: unde nictus dicitur. Cecili. Hũc tremulis palpebris percutere nictu. Plinius, Nec genæ quidem omnibus unde neque nictatio. Papinius nictationes dixit & quidem prima breui.

Nicea tangit alpes: tangit oppidum detiacum: tangit Antipolis. Pom.

Niceteria insignia uictoriæ pugilum q i gymnasio alios iussent a νικη quod significat uictoriam.

Nyctileus cognomen bacchi a factis eius nocturnis quasi nocturnus.

Nyctimene puella quæ cum patre concubuit: quæ pudore aufugit & nocte uolat.

Nycticorax uel nocticorax nocturnus coruus

Nyctotris regina Babyloniæ quæ sola regnauit fœmina post Semiramim. Hero.

Nictere est oculorum & aliorum membrorũ nisu super ali quid conari dicimus & nictationem & nictum. Ce. Hunc tremulis palpebris ꝑcutere nictu. Fe.

Nictit canis ut odorandis feraꝝ uestigiis leuiter ganniens. En. Fe.

Nidus ꝑ poculo. Var. in qnquatribus. Quam nympham melius e lacuna fontium ablata nidos ꝑuli permisceat. No.

Niduláter. Varro in prohebdomadon. Prima dies deinde quibus illos alcyones hyeme in qua nidulanter eos quoque lentem dixit esse Nonius.

Nidos non solũ domicilia auiũ: sed ueneráda uirgo incorrupta & fœtus eaꝝ. Vir. auc. appellauerũt: uel ducere possumus in geor. li. quarto. Ipsaq; uolantis ore fere ducere nidis minutibus escam. Noni.

Nigret pro nigra fit. Pacu. in cri. Solis quæ exortura possit candorem occasu nigret. Acti. i bachide. Splendet sæpe nymbis interdum nigret. Nonius.

Nihil pro non. Terentius. nihil circuitiõe usus es. Donatus.

Nihil quantitatem notat: ut nihil hominis hilũ: ut Var. ait. Est intestinum tenuissimũ: unde fit nihilũ & aspiratur. Ser.

Nihil qui nec hili quidem est. Fe.

Nihil nihilum non tam hiatus causa aspirationem receperunt: q̃ traxerunt ab eo quod ẽ tulum. est enim nihilum ne nihilum. nihil autem fit ab eo quod est nihilum abiectis ultimis litteris ut lac ab eo quod erat lacte.

Nihilum ex non & hilum quod nomẽ est qđ ullum significat: ut Lu. licet hoc inq̃ alueolum quæ putare & calces delectes te hilo nõ rectus uiuas. Cicero in tuscu. i. illud saxũ quod sisiphus sudans portat nec proficit hilum. & per apocopen dicitur nihil & nil aduerbiũ & nomen esse potest. Pri.

Nilus a Nileo rege. Diodorus.

Nilus efficit amnium in nostrũ mare per Meantium maximus. hic ex desertis Africæ missus: nec statim nauigari facilis: nec statim Nilus est: & cum diu simplex sæuusque descendit circa Maroen late patentem insulam in Aethiopiam diffunditur: alteraque ex parte Astabores altera Astape dictus est ubi rursus coit ibi nauigia patiens in immanem lacum deuenit. ex quo præcipiti impetu egressus & Talenso alteram insulam amplexus usque ad Elephantilem urbem Aegyptiacam atrox adhuc feruensque decurrit. Tum demum placidior & iam pene nauigabilis primum iuxta Certasotum oppidum triplex eẽ incipit. deinde iterumque diursus ad Deltã & ad Melim id per omnem Aegyptum uagus atque dispersus septemque in ora se scindens; singulis tamen grandis euoluitur: non pererrat autem tantum eam: sed æstiuo sidere ex undis etiam irrigat: adeo efficacibus aquis ad generandum alendum: ut præterquã quod scatet piscibus q̧ Hippopotamos Crocodillosque uastas beluas gignit glæbis enã infundit animas ex ipsaque humo uitalia effingat. hoc eo manifestum est quod ubi sedauit diluuia ac se sibi reddidit per humentes campos quædam nondum perfecta animalia. Sed tum primum accipientia spiritũ & ex parte iam formata ex parte adhuc terrea uisuntur. crescit porro siue quod solute magnis æstibus niues ex immanibus Aethiopiæ iugis largius q̃ ripis accipi queãt defluunt: siue quod sol hieme terris propior & ob id fontem eius minuens tunc altius abit finitque integrũ & ut est plenissimus surgere: siue quod per ea tempora flãtes æthesiæ aut actas a septentrione in meridiem nubes super principia eius imbre præcipitãte aut uenienti obuiæ aduerso spiritu cursum descendentes impediunt aut harenis; quas cum fluctibus littori applicant hostia obducũt: fitq̧ maior uel quod nihil ex semet amittit: uel quod plus q̃ solet accipit; uel quod minus q̃ debet emittit. Quod si est alter orbis suntq̧ oppositi nobis a meridie anthitones: ne illud quidem a uero nimium abscesserit in illis terris ortum amnem ubi subter maria cæco alueo penetrauere in nostris rursus emergere; & hac te solstitio accrescere quod tum hiemis sit: unde oritur.

Nilus quare inundet tres causas affert Herodotus inundationis quas refellit hæc sũt: uel quia Ethesiæ uenti contra fluminis impetũ flant retardantque cursum & aquas tumescere cogunt, uel quod ad eius fontes niues liquefactæ fluuium augent: uel quod fluit ex oceano cuius æstu ipse quoq; æstuat.

Nilus fluuius ægypti sic a fœcunditate dictus dicitur enim a neos & ilis quasi nouum limum trahens. Virgilius hoc affirmat: aut pingui flamine nilus: cum refluit campis. Et alibi. Viridem ægyptum nigra fœcundat harena. Seruius.

Nilus a neos & ilis limus scilicet tempore inundationis primus Melo qui inundat ægyptum. Ser.

Nilus in extremis mauritaniæ partibus oritur ut Iuba rex depræhendit in monte superioris mauritaniæ in lacu quem Nilidem uocat ubi natant pisces alabate coracini siluri crocodili quæ genera in Nilo præterea tantũ.

Nili hostia pelusium Arabiæ ipsas oras secat: Canopicum: Volbiticum: Seueniticũ: Pathameticum: Mendesium: Cataptiscum: Pelusiacum.

Nili hostia ad orientem uergentem Pelusiacũ Pannicum: Mendesium: Fatracticum: Seueniticum; Babitinum; canobicum siue herculeum. Diodorus: quem naso ex fontibus dicunt Volgi, populi trogloditarum. Sacerdotes ægyptii ex oceano meroes icolæ uscopõ uocant. i. ex tenebris ortum quasi incertum: Herodotus ex stagno.

Nimbo rubro uase illo fundente crocum mixtum uino.

Nimbus dictio omnino latina. Tor.

Nimbi proprie dicuntur repentinæ ac præcipites pluuiæ. plærunque tamen uentos significat; plærũq; nubes. ergo ,put fuerit locus intelligendũ est. Ser.

Nimirum & pro confirmatione accipi potest: ut sit sine dubio pro certo, uel solue nimirũ erit non est mirum. nam ni ne significat. & ne non. Plautus. Ne uult inquit pro nõ uult Donatus.

Nimium malũ miseꝝ est iuxta illam sentẽtiã ne quid nimis. Do.

Nimis & nimium dicimus nomen loco aduerbii. Priscia.

Ninnuꝝ quære in uerbo certe.

Nympha sponsa; sed putarunt nymphas aquarum deas quasi lymphatum numina. Varro nymphas quas musas dixit cũ aquæ motus musicam faciat; unde tres musas dixit. unam ex aquæ motu alteram ex aere pcusso: tertiã ex mera uoce: unde nymphæ noster amor q̃ si musæ.

Niobe filia Tãtali soror Pelopis uxor Amphionis; quæ in saxum uersa de quo plura apud Au. Gel. legas.

Niobes Amphiõis uxor quæ quattuordecim filiis fœcunda thebanas mulieres Latonæ sacrificantes redarguit; iussitque sibi exhiberi

sacra quoniam esset anteponenda Latonæ. Diana & Apollo iniuria matris commoti filios confixere ad unum sagittis: quo dolo mater in Siphylum saxũ uersa est Gellius de numero filiorum Niobes uarias affert sententias. Macro.

Nion mons est apud erithreũ portum.

Niphates armeniæ mons est.

Niphates armeniæ mons inter eos qui gordiei appellantur: ut scribit Strabo eiusdem nominis fluuius. Lucanus. Armenusque tenens uoluentem saxa p nihatem populos ut circios tapiros amardos.

Nireus pulcherrimus omnium græcorum q ad Troiam uentarũt.

Nisa urbs hellados & fœmina in Damone. Virgilios.

Nysa urbs fœlicis Arabiæ in monte propinqua ægypto: a qua & Ioue patre bacchũ Dionysium græci uocant: ubi inuenit uinum Dionysius: quem græci bacchum ægyptii Osirim uocãt. unde unus e collibus duobus parnasi nysa dicitur alio noĩe citheron.

Nisa mons est phocidis in India seu uertex alter parnasi montis in quo pridem colebatur bacchus & ibi nutritus.

Nisa Arabiæ fœlicis antrum ubi Bacchus est educatus: Sophocles in india scribit Nisam quam corniger Bacchus sibi obstetricem colit: ubi ales non clangit Homerus qui quondam altricem Bacchi sacrumque ruebant p nisam. Nisa itẽ in Asia iuxta Trales. Nisei uero equi qui uelocissimi erãt. ut meminit Plato & Strabo nõ hinc sunt appellati.

Nysæa secundum Herodotum & Curtiũ urbs clarissima in India a Libano patre condita sub radicibus montis quem Meron uocant a conditore nomen sortita quam ægypti secũdum Diodorũ Osirim qui Dionysius ẽ condidisse dicunt.

Niseæ nympha. Vir. quto.

Niseus locus medorũ ubi magni equi.

Nisyris insula quam circa Coũ dicunt ubi optimum uinũ. Tor.

Nisi in principio sententiæ indicatiuum desiderat: alias etiam subiũctiuum: ut uapulabis nisi caues uel caueas Lau.

Nisis insula est Campaniæ cuius meminerunt Papinius & Lucanus nis eidem siue nisidem dixerunt Syllam poetæ Ouidius in remedus. Præterita cantus Niseide nauita gaudẽt Tu loca quæ nimium grata fuere caue ut legere possis nisides matres id ẽ siculæ media syllaba per synæresim producta. Nesa præterea regio est iuxta Aetnam mõtana: ut Strabo scribit.

Nylus Hyrcaii filius.

Nysus Bacchus a Nysa.

Nisus mons megarensium a Niso qui purpureum habuit crinem a megarẽsium rege ibidem sepulto dictus.

Nisus quid est quod a megarensibus aphauroma dicitur a quo Nisea appellata est cum regnum obtineret abronem Onchestris filiam ex Boetia uxorem duxit: quæ cum Megarei soror esset singulari prudentia ac modestia prædita erat: mortuam deinde megarenses sponta luxerunt: & Nisus immortalem uxoris memoriam efficere uolens iussit ossa ferre quam illa ferre uestem consueuerat: & ueste aphauroma propter illam appellauit. uidetur autem mulieris gloriæ & deus fauisse nam cum megarenses mulieres uestem mutare instituerẽt oraculo sæpe prohibiti. Plutarchus.

Nisus Pandionis regis athenarum ut Pausanias tradit: & Strabo ante docuerat quattuor filii fuerunt Degeus: Lycus: Pallas: Nisus. distributo regno a patre Megara obuenerunt Niso: & ex Isthmo usque lebiũ: ut Philochorus scribit, ut uero Andron tradit Eleusinẽ usque ad campum triasium: hic habuit crinem purpureum fatalem a filia decerptum & traditum Minoi. nota fabula uel solo Ouidii carmine: Saucia decerpto crine a filia.

Nisi ciuitatum Indiæ clarissima & maxima. Pomponius.

Nitela masculino genere usus est. Pli.

Nitibriges populi inter celtas proximi rhutenis & gaballis ac narbonensibus galliæ quæ prouinciæ romanorũ in buturicensi prouincia francorũ regno siti.

Nitiditate pro nitore. Actius in bachis. Formæ figuræ ninditatem hospes regis. No.

Nitidant abluunt dictum nomen. Ennius in cresponte: Opice eam secum aduocant eunt ac fontem nitidant corpora. Actius i thebaide. Quin iccirco fontem aduenĩũt mũdulæ nitidantur: uulgo quæ præpedantur sompedum. Nonius.

Niti est conari suo onere. Virgili. tertio geor. Post ualidos nitens sub põdere phaginis axis increpat. Cicero tuscu. li. quarto. Tum illud quod sisyphus uersat saxum sudans nitendo nõ proficit hilum. No.

Niti fultum esse. Lu. libro. xxvi. Sumi niti naturæ opibus: at ego contra ut dissimilis sim. Nonius.

Niti est incumbere. Virgilius libro sexto. Ille uides pura iuuenis qui nititur hasta. Nonius Marrellus.

Niti rursum ambulare. Pacu. in periboea: Ardua per loca agresti hac trepidante gradum nituntur. Virgilius libro secũdo. Pressit hu-

mi nitens.No.

Nitidolate. Virgilius æneí.libro quarto. Hic primum paribus nitens cyllenius alis constitit. Nonius.

Niti & obniti cum ex uno sit intellectus: acceptis tamen præpositionibus fit diuersum. niti enim potest uideri aut honorem: aut utilitatem: ærumnose intendere sine labore quāq̄ in aliquibus grauius audiatur ut sint enixæ pariendi labore: anniti autem incumbere manifestum est. Virgilius in septimo. Ille uides pura iuuenis qui nititur hasta. Obniti uero est contra aduersa obluctari. Virgilius. Sæpe usque adeo obnixe non cedere. Terentius in andria. Pedibusque manibusque obnixe omnia facteg. No.

Nitor nisum & nixum. Pri.

Nitor nisus & ueteres nissus declinant: ut Virgili. Connissus ab aggere dextra. Idem. Magnis adnissus uiribus hasta: & obnissus latis humeris & adnissus acuto detrudunt naues scopulo. melius autem dicamus nisus a nitendo & nissa. Dio.

Niuatium colum erat sacratus ex numine pāno te unde uinum aut aqua decocta attenuabat ut etiam frigidior de hoc plura in distichis Pli. Hi niues illi glaciem potant pœnasque montium in uoluptare gulæ uertūt seruat algor æstibus & cogitatur ut alienis mēsibus nix algeat decoquūt alias quas mox illas hiemāt.

Nitella erat mica pulueris auri inter harenas hoc uerbo usus est Solinus i collectaneis ut dicas puellam uicisse colorem harenæ Rheni crinibus quæ harena est auri fera.

Niuem interpretatur nouum ex græco quod νέον illi dicūt. Fe.

Nix ninguis anniq protulerunt. Apuleius hermagore aspera hyems & omnia ningue canebant. Priscianus.

Nixus & connixus: dicimus etiam adnixus & cōnisus. Ser.

Nixurire nixi uelle. Nigidius in commēto grāmatico libro. xxv. Nixurit qui niti uult & in conatu sæpius aliqua repellit. No.

Nixidi quos putabant præsidere parientiū nixibus. Festus.

Noba est urbs hiberniæ. Strabo.

Nobilitas enim cognomine agnomine & nomine designabatur: ut. C. Iulius Cæsar. Possidonius scribit cognomen & agnomen mulieribus nō datū fuisse.

Nobilitate qui præstare uidētur quid ē quod lunulas in calceis ferunt: an ut dicit Castor signum est eius quæ in luna esse dicitur habitationis & quod post mortem ani rursus lunam sub pedibus habebunt: an quod antiquissimis præcipuum fuit qui fuerunt archades ab Euandro proselies appellati: an sicut alia multa sic & hoc elatos homines ac superbos admonentes rerum humanarum instabilitatis cuius rei luna exemplo sit quæ ab obscuro primum prodit tum progrediēs luce ac splendore os suum complet. & cum clarissima facta sit rursus deflorescit & ad nihilum redit: an hoc potius modestiæ & obedientiæ disciplina quædam erat ut dicto audientes esse: & imperium æquo animo ferre condiscerent: & quemadmodum luna meliori obsequi & solem ut inquit Parmenides semper intueri solet: sic homines secundum locos tenere contenti duci primas partes relinquere ut honore & potestate p̄illum fruerentur.

Nobilis dicitur notus. M. Tullius de offi. libro secundo. Testis est phalaris cuius est præter cæteros nobilitata crudelitas. Lucil. saty. libro septimo. Phirne nobilis illa ubi amatorem Probius quem Actius in Diomede. Me arbos referam quoniam hic suam nobilis ne cui cognoscat noto. Terentius in heauton. Mea est poteus magnifica sūptuosa nobilis. Virgilius libro. viii. Est locus italiæ medio sub montibus altis nobilis. M. T. in Verrem actione. ii. Oppidum est in Hellespõto lam placum id imprimis Asiæ prouinciæ clarū & nobile. Lucil li. xxx. Tum illud episoni q̄d & notum nobile est unde ut nobilitarent noti ficarent dictum est; magisque fame obiectarent ne cani malcōictis nobilitatent. Actius in thelephona. Is demum miserem cuius nobilitas miseriam debilitat. Pacu. in dulorestre Hiccine is est quem famæ gratia ante omnes nobilitat uiros. No.

Nobilem antiqui pro noto peregrina facies atque ignobilis Fe.

Nobile ad dignitatem generis refertur. Sal. in Catili. nobili genere natus fuit. No.

Nobilitarint actiuæ uocis si numerare uelim q̄multi magnisque auctores murænas e freto siculo nobilitarint longum fiat. Liui. primo libro: illam alterā admiratio uiri pauorque præsens nobilitauit. Ma.

Nobiscum dicimus: nam cum nobis obscœnius cōcurrerent litteræ: & ex eo est mecum tecū secū. Ci. in ora.

Nobiscū mecum tecū secū cæteraq; similia p anastrophē cacephati cā āneq uteq; dicebāt.

Nocens a nefario impio distare: uti nocens leuius uideri possit. M. T. de offi. lib. ii. Voluit non tamē ut hoc fugiendū e ita habende religione nocentē aliquando modo nefarium impiumq; defendere. No.

Nocte nomē est cum noctu aduerbium sicut

& diu ut Salu. Diu noctuque laborare festinare. Seruius.

Noctu temporis est aduerbium nocte nomen ẽ noctu dicimus cœnaui hac nocte nihil breuius.

Noctiluca uenus Aristophanes poeta Venerẽ αφροΔιΤην appellat putans eandem marem esse & fœminam. Leuinus sic etiam ait Venerem igitur almum adorans siue fœmina siue mas est ara ut alma noctiluca est. Philochorus quoq; in atride candẽ affirmat esse lunã & ei sacrificiũ facere uiros cũ ueste muliebri, mulieres aũt uirili q eadem & mas existimatur & fœmina. Macro.

Nocticuba qui foris dormit.

Noctiluca luna dicta ĩ palatio: nam ibi noctu lucet templũ hãc ut solem Apollinẽ qdã Dianam uocãt. Var.

Noctilucus canis quod in custodia in uenando signum uoce dat canis dictus noctilucus Varro.

Noctescere cæcare. Furius in poematis: Et si ẽ auctoritatis certæ omnia notescũt tenebris caliginis acri. No.

Noctilucam. L. dixit quem obscœnum significat. Festus.

Noctua a tempore noctis dicta quo canit uel uolat. Festus.

Noctu futura & nocte futura dicebant antiq. Macrobius.

Noctiuago curru. Virgilius imitatione ĩgni dixit. Macro.

Nodus densa peditum multitudo sicut turma equitum ut in disciplina militari rectum est Seruius.

Noegeum adminiculi genus. Fe.

Noegeum candidũ. Liuius. Lachrymas de ore noegeo detersit. i. cãdido. Fe.

Noenum pro nõ. Luc. libro. xxx. Sed tamẽ hoc dicas si noenum quidem molestũ est. Varro in epistola ad Susiu. Si hodie noenum ueneris quidem si ueneris meridiẽ die natali forte fortuna. No.

Noes dissyllabum fluuius Thraciæ in istrum. Herodotus.

Nola ciuitas est ĩ cãpania. Stra.

Nolitote p nolite. Sisen. hi. li. tertio. Nolitote mirari quem desperata uolũtate ad unã belli faciẽdi uiam. No.

Nolito pro noli. Lucil. lib. xxx. nolito tibi meme maledicere posse putare auxiliũ egerim. Pacu. in periboea. Aut q̃ egi ago ausim erue rũcem. No.

Nomen dictum quasi notamẽ quod noticiam facit. Festus.

Nomen est proprium uocabulum singulorũ Virgilius libro septimo. Cui nomina mille mille nocẽdi artes & ut nomen aui referens Priamus. No.

Nomẽ decus dignitas. Virgi. ænei. libro secũdo. Auulsumque humeris caput & sine noĩe corpus. No.

Nomen generositas. Virgilius secũdo georgi. Aut pomis sua nomina seruant. & secundo ænei. Et nos aliquod nomenque decusque gessimus Ser.

Nonaria meretrix: quia apud ueteres a nona hora prostrabãt meretrices ne mane omissa exercitatione militari illo irent adolescentes Strabo.

Nomina sunt credita quæ fœneramus: quoniam nomina eorum qui usuris soluturi sũt in Kalendario fœneratoris scribunt: q̃ ita lustinianus suis: Iustinianus ẽt exponit libro tertio institutionũ scripti fiebat obligatio quæ nominibus fieri dicebatur: quæ hodie nomina nõ sunt in usu & tamẽ libro. xxvi. dig. sæpe legimus noĩa.

Nominum propriorum quattuor sũt species ut inquit Diomedes: prænomen: nomen: cognomen: & agnomen. Prænomen est quod nominibus gentilitus præponitur: ut ẽ Marcus Publius. Nomen proprium est gentiliciũ idem quod originem gentis uel familiæ declarat: ut Porcius Cornelius. Cognomen est uniuscuiusq; ẽ proprium & nominibus gentilitis subiungitur: ut Cato Scipio ordinatur sic Marcus Portius Cato Publius Cornelius Scipio. Agnomen est extrinsecus cognomentum acquiri solet ex aliqua ratione, uel dicitur quæsitum: & est Africanus numantinus & similia. Seruius super donatum proprium nomen in quattuor diuiditur partes prænomen: nomen: cognomen: & agnomẽ. Prænomen est quod in loco præponimus: ut Publius. Nomen commune familiæ: ut Cornelius Cognomen est proprium uocabulum: ut Scipio. Agnomẽ est quod extrinsecus similiter uel a uirtutibus ut africanus: uel a uiciis ut gurges Strabo. L. V. Agnomẽ dicitur frequẽtius: ut Scipio cui africanus fuit cognomen: q̃q; Iulius paris ait autore qnto scæuola oĩa ea quæ nunc cognomina sunt fuisse prænomina.

Nondina est romanorum dea a nono die nascentium qui lustricus dicitur. Est autem lustricus dies quo infantes lustrantur & nomẽ accipiunt: sed is maribus nonus octauus est fœminis.

Nomades uagi populi post basilidios pecorũ pubula sequuntur: atq; ut illa pecoꝝ durant ita diu statam sedem agũt colũt gæorgi exercentq; agros.

Norina nomen uiri a mediocritate.

Noméculatorem qui nominatim singulos citabat dictus q̄si nominis calator .i. uocator. Sueto libro secundo ad extremum Telephi mulieris serui nomeculatoris.hunc antiqui uiatorem appellabantut Cicero in Catone: ex quo qui eos arcessebant uiatores nominati sunt.dicimus & nomenculaturam pro nominatione. Plinius libro tertio. Iouem qdē aut Mercurium aliter ue alios inter se uocari & esse cælestis noméculaturæ.

Nomentum oppidum est in Sabinis a Tyberi sta.M.distans.Stra.

Nominatiuus pro datiuo.Neuius in agricola. Lecthete duo uerbis in primo & postremo. Plautus in aulularia.Credo ego illum tam inaudiuisse mihi esse thesaurum domi id ni ad fuiet.Cicero tuscula. libro primo. Multa ꝑ sæcula postea uiguit pythagoreorum nomē. Varro de re rustica libro primo. Centum iugeribus uinea: um opus esse quindecim mācipia.No.

Nominatiuus pro genitiuo. Turpil.in epic.At en scies ea quæq; fuisti inscius, Terentius in phor.Ita plæriq; ingenio sumus omnes nostri nosmet pœnitet.sic & potior illam rem. Pacu.in periboea regnum potior coniugem macto inferis.No.

Nominatiuus pro ablatiuo.Sisen. libro tertio histo.Omnia quæ diximus loca statim potius.Virgi.libro.x. Saxumq; nudis imane minatur.No.

Nomina id est debitum uel debitores. nam titulii debitorum nomina d cuntur:quibus pecunia mutuo collocata sit.Cicero secūdo topico Non si uxori uir legauit omne argentū quod suum esset:icцirco quæ in nominibus fuerant legata sunt.multum enim differt in arca ne positum sit argentum an mihi tabulis debeatur.Sueto.primo. Et quæ in singulos annos stipendii nomina imposuit. Asco. in uer.noia debita inquit.

Nominis & rei appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet.Ser.

Nomius apollo sic dictus νο.μ.ιο.σ id est pascu is.i.lo ʒochordaʒ.Ser.

Nomades id est pastores uocantur qui e pecoribus lacteque & caseo degunt:prælertim eq no thesaurizandi prorsus ignari & cauponandi cunctos æquitate superátes : quorum poetæ mentionem faciunt.Homerus qdem de lacthphagis abiis.i.dum uictus hominibus mortalium iustissimis qui terram intueārur Hesiodus. Quoniam uictu sobrio & parco sunt non quæstuosi inter se sanctis uiētes legibus omnia communia habentes.cum reliquarum uxores ac filios:uniuersamque pro sapiam : externis inexpugnabiles & inuicti:

cum nihil possideant cuius rei gratia serui fiant,Sunt plures populi:Asii Pisani : Techari: Sacarauli: qui Bactriam græcis abstulere. Strabo.

Nonarum iduū Kalen.dies nuptiis alieni habentur:quoniam hi dies decreto pontificū atri iudicati sunt:quod quotiensunque romani milites belli gerendi gratia his duobus supplicauerunt male rempublicam gessere. Festus Pomp.

Nonæ dictæ quasi nonæ propter initium obseruationis uel quod ab eo die semp ad idus nouem dies putentur:sicut apud rhuscos nonæ plures habebantur quod hi nono quoque die regem suum salutabant: & de proprius negociis consulebant. Macrobius de saturnalibus.

Noneale uocátur papillæ quæ ex faucibus capraæ dependen .Fe.

Non malū hercle inimica laudatio est.Do.

Non causam dico.i.non recuso nec deprecor: Ter.in phor.Nō causam dico qn ꝙ meritus sit ferat.Do.

Non:non interrogat sed facilitatem rei ostendit,nunq̄ plus habet asseuerationis & negationis q̄ non.Teren.in an. Cur non nanquā faciam.Virgi.Nunquam omnes hodie moriemur inulti.Do.

Non ad elegantiam sermonis attinet : sic ponit Quintilia.Quare non petit ut miserum puteris nisi & innocens fueris:aut per uerbū ut Ouidi.Mentior obscurum nisi cum nox fecerit orbem.& Quintilia.Mentior nisi factum est.Lau.

No scire quaddā barbaræ uidetur:nescire ipsū dulcius.Ci.in ora.

Nōdū plena negatio est.Te.in phor.Pater eius rediit an nōdum.Do.

Normam ꝓ recta uitæ uia posuit Hor.Vetegæque norma metaphora a fabris qui uocant normam quod opus dirigit.Acron.

Noricus ager trans rhenum non longe a danubio & athesi germaniæ fluminibus intra Tridentinam & Constansiensem & Turiensem dioceses:proximus bauaris ac sueuis qui uallis norica appellatur:in quem boii oppugnata norica transierant. inde Tacitus affirmat quod noricos rherosque Rhenus fluuius interfluit:quibus rhetis leopontii fuere proximi.Strabo.

Norica iuxta Pānoniam chalybes in ponto.

Norici populi iuxta uindelicios mōtana exteriora tenētes maiori ex parte cū bienfis & tenauis nōnulli norici ꝓpiores tenēt adriaticū sinū & aquileiam.Stra.

Noricū regio macedoniæ cōterminia dalmatiæ

Noico noicico & noto penultima correpta.P.

Nostras quære in uerbo cuias. Lau.

Nostras & uestras olim perfecta erant nostratis & uestratis: unde mansit accentus in littera. A. Prisci.

Nostin in significatione multorum quæ compendio facimus nostin dicimus. Terentius in andria. Nihil hercle aut si adeo bidui aut tridui est solicitudo nostin desinet deinde. Donatus.

Nota nunc significat signum: ut in pecoribus nunc litteras singulas aut binas: nunc ignominiam. Fe.

Nota dicitur probrum. Lucil. libro. xxx. Quē seis scire tuas omnes maculasque notasque. Nonius.

Nota signum. Vir. geor. li. iii. Continuo notas & nomina gentis. No.

Nota distinctio. Virgi. libro. v. Ceruleæ cui terga notæ No.

Notæ uerbo etiam cicatrices continent.

Notæ scriptæ tabulæ continentur edicto: q̃a notas litteras non esse. Plinius libro decimo q̃nto scribit.

Notionis nominis ad eos pertinet q̃ iurisditionem nō habent de quis alia causa.

Notionem accipere possumus & cognitioné & iurisdictionem.

Nothum natum ex uxore non legitima dicūt qui apud nos spurio patre natus dicitur. Festus Pompe.

Nothus ut latine dicatur non habetur secundum Seruium in septimo.

Notificem nota faciam. Pom. in atreo. Nūc te obsecro stirpem ut euoluas meorumq; notifices mihi. No.

Notion urbs est in æolia.

Notus amicus charus. Vir. vii. æn. Et notis cō pellat uocibus ultro. Ser.

Notus uentus meridionalis latine humidus.

Noualis ager noue relictus sementi. Fe.

Noualia quæ per singulos annos noua proferuntur uel renouantur per semina etiam noualia dicuntur ubi syllaba tollitur. Virgilius Impius hæc tam culta noualia miles habebit. Seruius.

Nouales & noualia dicūtur. sunt autem arua tūc primū ꝓscissa. Ser.

Noualis est terra ꝓscissa quæ anno cessat quā græ. ϲρουρᾶν appellant. Ser.

Noualis est terra preciosa quæ āno cessat quā græ. ϲρουρᾶν uocant. integra est autem in quo nondum pascēdi dominus causa pecus immisit.

Noualis ager a nouando. Var.

Nouacula culter rasorius. Lau.

Nouacula a nouo nouas. Pris

Nouale est quod alternis annis seritur. Pli

Nouale est ager nunc primum proscissus. Laurentius.

Nonacria nomen loci uel agri Archadiæ ubi Iuppiter cum Calistone concubuit: quidā totam arcadiam dicūt a nouem montibus. sed constat plures esse.

Nouocomenses appellabantur quos Comū diuus Cæsar inquilinos ad habitandum deduxit: fuerunt enim quinq; milia. hos enim ciuitate donatos in habitatorum numero descripsit. haud tamen ibidem domicilium habuere. sed oppido nomen relinquentes & nouūcomū appellantes nouocomenses oppidanos uocauere. Strabo.

Nouus qui nuper nobilitatem adepti lib. xxii. nec finem ante belli habituros q̃ consulem uere plebeiū id est hominem nouū fecissent nam plebeios nobiles iam eiusdem iniciatos esse sacris & contēnere plebē.

Nouatio est prioris debiti in aliam obligationem uel ciuilem uel naturalem transfusio atq; trāslatio: hoc est cum ex præcedenti causa ita noua cōstituatur ut prior perimat' nouatio enim a nouo nomen accepit & a noua obligatione.

Nouere charissimum habuere. Vir. quarto georgi. Et patria sole & certos nouere penates. Et in buco. Hic inter flumina nota id est cara Seruius.

Nouerca dicitur quam quis liberis sublatis nouam uxorem ducit attendæ familiæ gratia. Festus Pom.

Nouesium oppidum germaniæ nunc nussia dictum coloniensis diocesis rheno fluuio & cliuenti ducatui proximum citeriores rheni ripas attingens non memorat Cæsar sed Tacitus.

Nouendiales feriæ a numero dierum sunt dictæ. Festus Pomp. Liuius libro primo. Mansit certe solēnc ut quandocunq; id prodigiū nunciaretur feriæ per nouem dies agerētur quod nouendiale.

Nouendialis dicitur sacrificium quod mortuis fit ix. die qua sepultus est. Porphi.

Nouellare est nouū agrū colere. Sueto. edixit ne quis in Italia nouellaret.

Nouiodunū gallice noion. Strabo.

Nouiodunū inter belgas oppidum finitimum suessiōibus & ueromāduis proximū parrhiseis nūc ciuitas nomen suum retinens in ꝓuincia rhenensi & francoꝵ regno sita.

Nouiodunum item celtarum oppidum ultra ligerim flumi. in finibus Biturgum proximum auarico Biturigum oppido ac gēabus carnutum oppido & uelaunoduno & agendico senonum oppidis in regno francorum situm.

Nouiodunum erat oppidum in Burgundia i hedius ad ripas Lygeris fluuii: sicut patet libro septimo cōmētariorum. Sunt qui dicūt esse modo quoddam oppidum ruinosum non longe ab Hedua·quod uocatur rhedon Alii dicunt esse quod gallice dicitur noion. Strabo.

Nouos homines appellamus eos quorū nulli maiores clari sunt: sed per seipsos cum primum magistratum in republica adepti sunt huiusmodi generis. Cicero pro Plan. est usus Romæ qua minima inuidia noui homines plurimi eosdem honores consecuti sūt. Huiusmodi generis Cicero dicit. Cum ego inquit hue ante ortus & per me tuxus ascendi. Seruius.

Nouus magnus mirandus. Virg. Pollio & ipse facit noua carmina. Ser.

Nouúcium & triuncium: quod nouem unciarum sit siue trium. Fe.

Nox dicta q͂ oculis nocet. Ser.

Nox terræ umbra est: cuius partes sunt secundum Varronem uespera: crepusculum: conticinium: intempestatum: gallicinium: lucifer: matutinum Diei autem ortus mane: meridies: occasus De crepusculo uero quod est dubia lux. nam creperon dubium significat licet utrique tempori iungi possit. usus tamē ut matutino iungamus obtinuit: licet Lucanus dixerit longa repercusso nituere crepuscula phœbo. Manum uero unde ē mane bonū ueteres dixere. Ser.

Nox furtum factum sit & nō nocte. Ma.

Nox a græ. νυξ per conuersionem cuius ptes uespa. conticiniū: intempestatum: gallicinū: dici lucifer: mane ortus: meridies: occasus: crepusculum quasi dubium: mane a manum bonum antiquitus.

Noxa ponitur pro peccato aut peccati pœna cum lex iubet: noxæ dedere pro peccato. Fe.

Noxa peccatum leue. Vir. i. æneī. Vnius ob noxam & furias aiacis oilei.

Noxia nocentia. Virgi. in septimo. Iræq; & crimina noxia cordi. Tul. in hortēsio. Et certis quidem rebus quibus peccata non maxime auferunt noxias tamen insinuat attingant. Nonius.

Noxa pœna alias culpa ab eo quod ē noxum. Te. in phor. Vide q͂ inceptet facinus ad se defendendū noxam. Do.

Noxa leuis culpæ nomen est: & unius q͂ facile posset ignosci & furētis ut ne culpa sit. Vir. primo. Vnius ob noxam & furias aiacis oilei Macro. de sa

Noxa dānum significat uel culpā. Suetu. de ui. Cæ. Spurniamq; irridēs & ut falsum arguens q͂ sine ulla sua noxa idus martii adessent id est damno. Lau.

Noxa apud antiquos damnū significabat. sed a poetis ponitur ꝓ culpa Fe.

Noxia & noxa in hoc differūt. noxa enim pœna: noxia uero culpa. Virgilius primo æneī. Vnius ob noxam & furias aiacis oilei. quanquam pro noxa hic pōi potest: sicut & apud Liuium ancilla quædam ad Marcum Fabium Maximum edili. curul. indicaturam se tamen publicæ pestis professa est si ab eo sibi fides data esset: aut futuræ noxæ iudiciū. Seruius.

Noxitudo ꝓ noxia. Acti. in atmo. iudi. Occule noxitudo uoluere pelipadagę ac per nos fatescat genus. No.

Noxia est ipsū delictū: noxæ autem dedere est aīal tradere uiuū de numero.

Noxæ appellatione omne delictum continet Caius de uer. sig.

Noxius solutum patrari hæc stipulatio nō existimatur ad eas noxas pertinere quæ publicam executionem & certionem capitalē habent. Ser.

Noxa solutus non sit quidam aiunt ediles sic intelligendum est ut non hoc debeat pronūciari: nullam eū noxam cōmisisse. sed illud noxa solum eē hoc est nō noxali iudicio subiectiuum nō esse. ergo si noxam cōmisit nec permanet noxa solutus uidet; noxas accipere debemus priuatas hoc est eas quæcunq; cōmittūtur ex delictis nō publicis criminibus ex quibus agitur iudicis noxalibus denique specialiter cauetur ita de capitalibus fraudibus. ex priuatis autem noxiis oritur damnū pecuniæ si quis forte noxæ dedere uoluerit sed litis existimationem sufferre. Vulpia. de edi. edicto.

Noxales actiones appellant ut quæ non ex cōtractu sed ex noxa atq; maleficio seruorum aduersus nos instituuntur: quarū actionū uis & potestas hæc est ut si damnati fuerimus liceat nobis deditionem ipsius corporis quod deliquerit euitare litis æstimationem. Caius de uerbo. signi.

Nubere ueteres nō solum mulieres sed etiam uiros dicebant: ita ut nunc itali dicūt. Pom. in punucratis. Sed meus frater maior post quam uidit me'i delectum domo nupsit posterius dotatæ uetula uaricosæ afræ. Nonius Marcellus.

Nubes ꝓ aere. Vir. v. æn. Iamque uolans liquidus in nubibus arsit arūdo: Nubes eni liqdæ esse nō possunt. Ser.

Nubes quod cœlum obnubūt. Var.

Nubo mulieris est proprium futuo uero uiri. sed figurate uel peruerso naturæ ordine præposteræ dicūtur. Pris.

Nubularium ædificium facere oportet sub quo tecto tota fūdi messem subucere possis quod uocant quidam nubularium:id secundum aream faciendum ubi triturus sis frumentum magnitudine pro modo fundi ex una parte apertum:& id ab area quo & i triturā ꝓruere facile possis.& si nubulare coepit inde & rursus celeriter fenestras habere oportet ex ea parte unde cōmodissime ꝑflari possit.Var.

Nucem prænestinam cuius meminit Neuius græci ponticam appellant;ut scribit Macrobius;quoniam in Ponto copiosius nascatur. Varro prænestinam dixit.

Nuces dicūtur generaliter oīa tecta corio duriore:ut auellana:amygdolæ: glādes:castāeæ sicut cōtra poma dicuntur omnia molliora. Seruius.

Nuces iuglandes quasi Iouis glandes appellatæ.Eas enim in Iouis tutela posuit antiquitas.Seruius.

Nuces flagitantur nuptiis & iaciuntur pueris ut nouæ nuptæ intranti domū noui mariti fecūdum fiat auspiciū.Fe.

Nuceria ciuitas in Vmbria ē.Stra.

Nuceria ciuitas in Apulia.Sueto.de uita Vitelli.Strabo.

Nuceriæ ciuitas ē in campania.Stra.

Nucula hic legit̄ in duodecima ameoniana.

Nuculas prænestinos appellabāt quod iclusi a pœnis cassiun: famē nucibus sustētabāt : uel quod in eorum regiōe plurima nux minuta nascitur.Fe.

Nudiustertius compositum ex nunc & die tertio.Festus.

Nudiusquartus die quarto.CN.Marti.Homo impense doctus pro eo dicit quod nudiusquartus nos dicimus in his uersibus:Nuper ut die quarto:ut recordor certe aquarum uteum domi fregit:die quarto quidē.de præterito dicimus die quartæ:aut quarti de futuro.Au.Ge.

Nudiustertius nudiusquartus tantum: secundus non dicitur:quia dicitur heri . Item biduo:triduo:quatriduo: binoctio: trinoctio : quatrinoctio.quāuis Cicero in philippi.dixerit nudiustertiusdecimus.Plautus uero licentius progressus est. De sequenti die cras dehinc dicimus perendie.inde dies perēdius ab hinc tertius.Et comperendinate differre in longum.Pridie postridie idem sunt quod heri & cras nō de præsenti sed alterius:aut præteriti;aut futuri.ut pridie q̄ uenisset uel q̄ uenero.uel sine q̄:uel cum genitiuo: ut pridie eius diei.uel hodie est pridie ludorum circēsium.& cras est postridie nundinarum:secūdo Kalendas nō dicimus:sed pridie Kalēdas neque primo Kalen.sed Kalē. sed Kal. Item ex pridie pridianus ꝑ quo hesternus: postridianus uero non dicimus: sed crastinus pro eo.Laurētius.

Nudiustertius & nudiusquartus nec ulterius. Seruius.

Nudum cōsuetudine sine tegmine dicitur aut insepultū. Virg.li.v.Nudus i ignota palinure iacebis harena.No.

Nudum quod nūq̄ tectū:ut facies nudatū:qđ tectū esse cōsueuit.

Nugator nugis turbator. Lucil.lib.xxx. Quare me hoc tempore nugator cognoscere nō uis.No.

Nugas commune omnis generis & indeclinabile.Priscia.

Nugæ sunt res nullius precii.& Cicero ad Atticum: Homines nullius precii dixit nugas ut Metrodorus & reliquæ nugæ.

Nugiuendos.Pla.dici uoluit omnes qui aliqd mulieribus uēdant.nam omnia quibus matronæ utūtur nugas uoluit appellari. Plaut. ī aulularia. Vbi nugiuēdis res soluta est omnibus.No.

Nullus pro minime. Terētius in andria.Liberatus sum hodie Daue tua opera ; at nullus quidem.Ser.

Nullus pro non & ullus. Terentius in andria. Nullus sum:& nullus sum plus ē dicere q̄ perii.nam qui perit corpus ē reliquum qui uero nullus ē ita est ac si natus non sit.Terentius ī andria. Nullus sum quid causæ ꝓ est quin ī pistrinū recta proficiscar uia.

Nullus nulli antiqui protulerunt . Plautus in truculēto.Potestatē coloris ulli capiēdi mala.Priscia.

Numero dicebant ꝑ nimiū.Fe.

Numerum & de his quæ nō numerantur: sed nectuntur dici auctoritas uoluit. Tullius de offi.libro tertio.Si exempli gratia uir bonus Alexādria Rhodū magnū frumēti numerū aduexit.No.

Numeros modos. Vir.ī buc. Numeros memini si uerba tenerem.M.T.de offi.li.iii.Perfectū & absolutum est:ut idem dicūt oēs numeros habēt.No.

Numerus ordo.M.T.de na.deo.li.ii: Nihil est enī ut orationē numero moueri possit sine cōsilio i quo nihil ē temerariū.Vir.æne.lib. iii.Digerit i numeꝝ.No.

Numero figno. Actius i enomao. Numero te expurgasti.Idem ī ātigona. Ne istum numerum amittas subditū oblatū.Turpilius i demetrio.Nūquā nimis numero quēq̄ uidisacere quam facto est opus.Idem i Lydia.Ego interim in turba fora subduxi cum hac me ne quis de numero mihi iubebat currere.

Quid puer togatus aut prætextatus capite annuisset: ut discedens numero uenire ait adolescentē Affranius in priuigno. Numero nupsi pertimuisti cassam terriculam aduersa fari. Plautus in amphitrione. Numero mihi in mentem fuit. Marcus Cato de liberis educādis ui qui contra celeriter erant nati ferre numero præmuniebant, quod qui cito factu rum quis siue ostēdere uolebat, ducebat numero id fore. No.

Numerus minor semper ponitur ante cētum post centum uero postponitur: ut Plato uno & octogesimo anno anteit ut maior uiginti quinque annis. item in cæteris ut bini & uiceni uel cētenum uicenum quinum sine copula maximi quisque numerus præcedit cū copula uero uariatur. Dicimus tamen sex & uiginti milia: uel uiginti sex milia. Item uiginti milia uel uicies mille: sed hæc omnia ultra uiginti. Citra uero dicimus: decem & septem: decem & octo: decem & nouem. Vndecim uero & duodecim & cætera composita sunt. Item undeuiginti duodeuiginti ūdecentum duodecentum & cætera significant uno adempto uel duobus similiter. undeuicesimus duouicesimus & undeuicenū duodeuicenum simili detractione. Lau.

Numerus par & impar quid portendant in dictione nuptus.

Numæ Pompilii in ianiculo est sepulchrum. Festus Pom.

Numerius prænomen ab auo. Fe.

Numen quasi nutus dei atq; potestas. Fe.

Numen apud Actiū Muicis nomen uestrum numenque uendo Numen dicūt esse imperium maximum dictum ab nutu Omnia sunt qui imperium maximum esse uideatur: itaque in ioue hoc. & Homerus & alii aliquotiens. Varro.

Numella genus uinculi quo quadrupedes deligantur. Fe.

Numellæ genus ligneum ad discutiendos noxios paratum quo & collum & pedes innectunt. Plautus in asina N: ruos catenas carcerem numellas pedicas boicas. No.

Numen est imperium potestasq; dei: non autē nutus aut imperium cuiuslibet. Lau.

Numeralia syncopam patiuntur: ut duceni p ducenteni: treceni pro trecenteni non trecenti similiter cætera. Centeni autem & milleni non syncopantur. triceni autem caret syncopa. sed mutauit g in c sicut uiceni pro uigeni sicut t in d ut quadringēti pro quatriceni dicimus singuli. bini: terni: quaterni. deni: undeni: uiceni: uiceni singuli: deinceps triceni: quadrageni quinquageni: sexageni: septuageni: octogeni nonageni: centeni: ut quæ singulari ter etiam proferuntur. Plinī septuageno eos durare libidinem tactu herbæ. Binus autem significat siue bini singulis duo. Vir. uero inquit gruturæ septeno: pro septem non p septenario. & Geo. Per duodena regit mundi sol aureus astra id est duodecim. Centenarius & similia iudicant numerum aliaq; rege quæ nō nominantur: ut lapis centenarius id est cētum librarum. & homo cētenarius centum ānorum: & grex cētenarius centum capitum. Rursus: centuplum libram annumue nō aliter. dicitur tamen centenarius numerus. item decimus uicesimus & similia id est qui ultimus ex decem uel uiginti aliquando dicimus hoc aurum attulit centesimum siu ctum: id est cētenarii numeri uel cētuplum. ut Pli. xviii. Nascitur qualicūque solo cū centesimo grano: nō multum sed cētuplum icel higit siue cētenum siue cētenarii numeri. itē infra cētum syncopatur. supra uero non. ut uicies pro uiginties: tricies: quatragies: quinquagies sexagies septuagies octogies nonagies. Cætera non syncopantur: ut quinquies sexies septies octies nonies decies cēties ducenties millies bismillies termillies & cætera. Laurētius.

Numidas dicimus quos græ nomadas seu q̄d ad genus hominū pecoribus negociatur seu q; herbis ut pecore alūtur. Fe.

Numidia nomades pastores nomos græ. pabulum. Plinius. v. ubi Hippon rhegium rustica. Tortelius.

Numidia nūc Barbaria.

Numidia incipiens a muluca ad rippas exposita fluminis Ampsagi spacio quidem quem mauritania anguitior. Verum & culta magis & ditior urbium quas habet maxime fuit circa procul a mari nūc sucianorū Colonia quondam regum domus & siphacis cum foret opulentissima.

Numidica marmora quod ex Numidia libyæ M. Lepidus primus oium ostēdit romæ limina domus ex eo faciendo phrygius.

Numicus seu numicus fluuius laurentis agri ubi Aeneas periit: quem ueteres consueuere in sacris Vestæ libare qui nusquam nunc reperitur.

Nummus denarius argenteus: nummi primū pecus insigne fuit unde pecunia dicta denarii bigæ & quadrige. unde bigati & quadrigati apud Liuium leguntur denarius dictus q; decem libras æris ualeret. Iuuenalis.

Nūmi denarii. Varro.

Numisma a græ. νομος lex. unde quidā nomisma: unde nūmus per binū m ut sit lōga sylla ba de nūmo. Pli. xxx.

Numitor rex albanoq; frater Amulii.

Numidicum mare inter mauritanum seu athlanticum est & aphrycum a Nutudia regiōe cui adiacet nuncuparum. icipit autem a muluca flumine & in orientem tendens habet in littore ampsaci fluminis hostium & cæsaream olim Iolam Iubæ regis regiam. inde cartimiam & arsimiam oppida & latum sinum & sardabalis fluminis fauces quem ultra cōmune regiæ gentis monumentum ē. & post emensum aliquādiu littus metagonum promontorium; quod huic mari finem faciens aphrico præstat initium. Sane & si in littore non sit quia aliquando ad mare pertinuisse uidetur mirabile quoddam non erit incongruū recitasse. est ergo ad intrinseca Numidiæ locus in quo spinæ piscium muricum ostrearumque fragmenta saxa attrita: uti fieri solent assiduo maris conflictu infixæ. Præterea cautibus anchoræ & alia pluta testantia ibidem iam mare & portuosum etiā fuisse nil fidei minuente solo quum nil herbidum alet.

Nubentes ueteri lege romana assestrix ad maritum uenientes solebant ferre atque unum quem in manu tenerent tanq̄ emendi causa marito darent. Alium quoque quem in pede haberent in foco lariuum familiarium ponere tertium in sacriperione condidisset cōpito uicinali: solere resonare. Inde Virgilius geor. libro quinto. Teque sibi genecum Thethis emat omnibus undis quos ritus. Varro libro primo de uita patrum, diligentissime percurrit. No.

Numordis mons est mitylenensium.

Numularii quære in argentarii. Lau.

Númus ex græco nūmisimate nascit̄. Fe.

Num præpositio finito uerbo subiunctiuum postulat. Cicero. Interrogaui num dubitaret Est enim species relatiua. itē In relatiuis quoque ut nescio quid dixerit. sed præposita finitum postulant uerbum: ut cur uenit. Seruius in arte.

Nunc nuper ex illis uerbis est quæ ueteres ꝓpter ambiguitatem cum adiectione proferebant. nam nisi adderetur nunc hoc nuper olim pridem significasset. Teren. in eu. Idem menandri fasma nūc nuper dedit.

Nunc id est sero. Vir. Nūc scio quid sit amor & nunc augur Apollo. Terentius in eu. Nūc ego & illam, scelestam & me miserum sentio Donatus.

Nunc solet usurpari sine significatiōe temporis: ut Ci. de ora. Nam si ita diceres & cætera nūc uero fateris & cætera. Lau.

Nuncius masculini generis est qui nunciat qđ autem nunciatur licet neutro dicatur: tamē inuenitur & mascu. Fe.

Nūcios præmittunt: an quod hoc eius eē censent qui se absente uxorem nihil improbe facere sibi persuadeat. De repente uero & īopinato subuenire insidiatoris; iccirco uxoris expectationi ac desiderio bonis eas nuncijs afficiendo q̄ citissime satisfieri student: an illud potius quod scire nimiū auent: si saluas domi ac sui desiderio affectas sint offensuri: an quod pluribus domi negociis in administranda re familiari absentibus uiris uxores occupentur: & cum domesticis plerūque discordent: ut his omnibus remotis iucūde ac tranq̄lle ab uxoribus excipiantur de suo eas aduentu prius fieri certiores uolūt.

Nundinas feriaꝝ diem esse uoluerunt antiq̄ qui mercandi causa urbem rustici conuenirent. Festus.

Nundina apud Macrobium require in annus Romulus.

Nundina dea in eodem sacra celeritas.

Nundinaꝝ originem in eodem. Macro.

Nūcius & res ipsa & nūcius dicitur. Fe.

Nunq̄ ꝓ non in maioris significationis negociationis significantia semp ponit̄. Teren. in phor. Date illi nunq̄ faceret. Do.

Nunquā & temporis & negationis est. Seruius in arte.

Nuo nuis: inde numen est enī. dei nutus. Vir. Meo sine numine uenit. i. nutu. Pri.

Nuper quasi nouiter tāq̄ dicamus nouissime. Festus Pompeius.

Nuper pridem & iam pridem de decem aut uiginti diebus mense uel annis pro conditiōe materiæ. dudū nuper seu pridem de re siue actione quæ non insistit: sed statim transit. Iādudum iampridem de re siue actione quā insistit & immoratur. Illa præteritum uniq; postulant hæc frequentius præsens. interdū præteritum: ut dudum intraui. iādudum te expecto. Sed actio intrandi non insistit: sed statim desinit. Secus de expecto ubi significatur mora & nō momentum: ut nup īuenta est philosophia. Et idem Cicero. Nuper hæc disserere cœperunt. Iādudum pro continuo inquit Virgi. Iādudum sumite pœnas. Inde nuperrime idem nuper uel nouissime aut ꝓxime iungitur cum non ita & quam: ut non ita primum constitutum est: similiter dudū. Laurētius.

Nuperum pro recenti positum ab eo quod ē nuper id est ante non multi temporis. Plau. in capti. Quo tu una nocte postulauisti: & die recens captum hominem nuperum nouicium. Nonius.

Nuperrime a nuper: nomen enī in us finit nuperus teste Capro. Plautus in capti. Captum hominem nupeꝝ & nouitium ut sup supius

Liui. i. odyssea. Superis inferis tibi fert deus funera Vlysses. Prisci.

Nuptam a graeco dictam: illi enim nuptam appellant. Fe.

Nuptam nouam quid est quod ipsum limen transcendere nō pmittūt: an q̄ q̄ primas mulieres rapuerunt sic eas domibus intulerunt non ipsae ingressae sunt an eo inuitae ingredi uideri uolunt ubi pudicitiam sunt amissurae: an hoc potius signum ipsam sua sponte domum exituram: nec suos relictura fuisse nisi cogeretur: quemadmodum ni coacta ingressa esset. nam apud nos quoq; in Boetia currus axem pro foribus comburuntur significantes sponsam intus manere oportere tanq̄ eo sublato quod eā asportatum fuerat.

Nuptis puer patrimus matrimus facem praeferebat ex pinu alba: ut Plinius & Festus scribunt duo item pueri patrimi & matrimi nouam nuptam tenebant.

Parumper significat paulisper quasi perparum hoc est ualde parum.require autem ad tempus.Festus pompeus.

Parumper ut sæpe interim & paruo tempore. Nonius.

Parumper quære in tantisper.Lau.

Parumper cito & uelociter. Vir.vi.æne.pulsusque parumper corde dolor tristi gaudet eognomine terræ .No.

Pasascu sunt i gallia aquitana post aruenos.St.

Pascales oues.Cato posuit p pascuales.Fe.

Pasceolus ex aluta facculus.Plautus in ruden. te præterea centum denaria philippea in pasceola seorsum.Luc.li.xiii.Adde syracusis sola pasceolum a lutamen.Cato in pāsam.pueris in ludis telos pasceolos furare.No.

Pascitant require in succus. Varro

Pascito linguam i sacrificiis dicebatur.idest coerceto:achineto:taceto.Fe.

Pasco delecto.Vir.ii.ge.Non animumque modo ut pascat prospectus in amnem &.i. æn. atque animum pictura pascit inani.Ser.

Pasco paui & pauco paui. Seruius in arte.

Pascor pro cresco.Vir.ii.ænei.tactuque innoxia mollis lambere flamma & circum tempora pasci idest crescere.& sacrum tibi pascere crimen .Seruius.

Pascha a græco πάσχω idest patior qđ agnus idest christus passus est.

Pascha græcum eē non potest quoniā pathos dicitur passio sed ut tam Hieronimus quam Augustinus ait hebræum est apud quos trāsitum significat licet Lactātius a pascin qđ est pati credat deriuari sed uehementer errat ut Augustinus ait.

Pascua silua est quæ in pascuis pecudum destinata est

Pasythoa oceani Tethyos filia.

Pasiphæ græce quattuor est syllabarum habet que secundam correptam in hoc autem recedit hominum ignorantia ut diei a e quæ due syllabæ sunt unam.i.diphtōgon esse credunt non quattuor sed trium syllabarū hoc nomen fecerit produxerintque secundaque correpta est ut dixi esse autem id nomē quattuor syllabarum.Propertius ēt in suis elegiis docet ait enim uobiscum europæ nec proba pasiphæ quibus in nominibus si aspiratiōis nota a maioribus nostris inter uocales a & e interposita foret tam multi in hoc decapti non fuissent

Passer marinus quem uocāt uulgo struthiocamelum.Festus.

Pascua etiam nunc in tabulis censoris pascua dicūtur omnia ex quibus populi reditus habent quia diu solū uectigal fuerat Pli.

Pascuum est quod pasci licet ut paulus.v.li.de uerborum significatione.

Pascere & alere hoc distant ut sit alere sufficiē di generis curam habere.pascere natos cibos saginare.Varro.in gerūto didascolo ubi graues pascantur pauonum greges .No.

Passim est passu distante uel sparsim:sicut dicimus passis manibus passis crinibus:quod ēt accipitur pro cerebro'dum de rebus mentis loquimur ubique dicitur siue interuallo ut ī prato ubique est herba:passim quoque Lactantius pro ubique & undique accæpit.usque potius in loco & ad locum significat Cicero.Neque uero usque discedebam.Lau.

Passim idest prout quisque uult . Virgilius.iii. ænei.passimque in littore sicco Corpora curamus. Seruius.

Passillus diminutiuum a palo.Varro.ubi dicatur prius zenon nouam hæresim nouo passillo suspendisse. Idem in marco.ut nouum cribum nouo passillo appendit.No.

Passales oues & gallinæ appellantur.q; passim pascuntur.Festus.

Passum perpensum.Virgilius primo æneí. O passi grauiora. No.

Passum dicitur genus liquoris qđ ex uua passa eogitur. Virg.secundo geor.nec passo scythia utilior.Nonius .

Passum dispersum solutū.Vir.i.æn. Crinibus iliades passis.Te.i phor. Capillus passus nudus pes uitaque horrida.No.

Passum extensum & patens:unde & passus dicimus q; gressibus mutuis pedes pascūt. Ennius in.x.ergo corde comis passis ait pro patentibus & extensis. No.

Passum. Varro de uita pa.i.passū nominabant si in uidemia uuam diutius coctam legerent eamque passi essent in sole aduri .No.

Passum est proprie rugosum uel siccum. Plau. in stico.Tum uento secundo uelo passo peruenit.idest laxo & rugoso:unde & uua passa dicta est q; sit rugis implicata.Plau.in penulo.si qui de æstu mecum futurus pro uua pē sili passa.Luci. satyra℞ libro decimonono rugosi passique senes eadem omnia quærūt. Nonius.

Passus a patiendo dicitur.Nam decoquit mu-

stum hinc defrutum dictum est qđ defrudatur quasi fraudem patitur.Ser.in ar.

Passum ab eo q̄ est pando.passum ueteres dixerunt non pāsum:& cum præpositione ex passum non expansum . Cecil . in symaristosis heri nō propexisse eū se ex tegulis hæc enunciasse flammineum expassum domi. Capillo quoque esse mulier passo dicitur quasi porrecto & sparso.Et passis manibus & uelis passis dicimus:quod significat patētibus atque distentis.Itaque plau.in milite glorioso a littera in e mutata per compositi uocabuli morem dispessis dicit pro eo qđ est dispassis.Credo ego istoc exemplo tibi esse eundū extra portē dispessis manibus patibulū cum habebis.A.g.

Passus teniere dispersus.inde passi Teren.in phor.Capillus passus nudus pes Do.

Passus a pareo.Vir:& pater Anchises passis de littore palmis Pris.

Pastio cibus est.sed pertinet ad alimenta pecudum quamquam suapte natura significat actiōem pascēdi:pastus homini competit.Varronis libri de rustica.Indicem habent de uillaticis pastionibus ad bruta pertinentibus.pabulum brutorū est:sed magis cibus herbaceus quā ex sæminibus.Esca etiam que daf auibus piscibusque ad decipiendum non solum pro cibariis humanis aliorūque animalium.Pascor est comedo & uoro semper cū acusatiuo .pasco sine acusatiuo & est bestiarū.uesci uero est hominū qđ etiam potū q̄doque cōplectitur ut Cice.carne caseo lacte uescor.Lau.

Pastillus forma panis parui utique diminutiuum est a pane.Fe.

Pastilli dicūtur grandiores pillulæ atq; id præsertim i re unguentaria Plinius unde stabia loquitur ita ait et de eius medicamentis teritur i mortario deinde in pastillos diuiditur hoc frequentissime apud celsum inuenies.

Pastillus in sacris libi genus rotundi.Fe.

Passumera terra Aretio uicia est per quam ex Gallia in thusciam exercitus incursant : qua usus est Hānibal cum duæ paterēt uiæ hæc scilicet & Arimini per umbriam meliorque Arimino ibi enim satis humiles montes sūt cæterum cum hic ipse transitus statione accuratius teneretur asperiorem deligere coactus est:& tamen campos euasit supato magnas per pugnas flaminio.Stra.

Patagium aurea clamis quæ preciosis uestibus immitti.solet.Plau.in epidico.Indusiata patagiata.Neuius in lycurgo.palis patagus ex oticis malicis mortualibus .No.

Patagium est quod ad summam tunicā assui solet quæ & patagiata dicitur:& patagiarii q eiusmodi faciunt.Fe.

Patagium morbi genus.Fe.

Patara ciuitas Liciæ est ubi colit Apollo .Ho. cardelius & patareus Apollo.Acron.

Patauium antenoris ad sinistrā italiæ Mutina &Bononia romanorum coloniæ urbium quæ procul a mari habitantur opulentissimæ sunt.Pom.

Patella uas fictile erat quod ad sacra utebatur Cicero.autor & Liuius parabat domus patellas nam antequam cenarent lauabant post rem diuinam .

Patauium ciuitas est iuxta Comum . Stra.

Patella a patulo dixere. ut pisillas quod is habent cænas patellis.Varro .

Patella a platto fingo.uel a platia lata ; uel a pateo:

Patellæ uasa picata parua sacrificiis faciendis apta.Festus pompeus.

Pateræ erant in poculis ab eo quod latini ita dicunt hisce etiam nunc in publico conuiuio antiquitatis retinendæ causa cum magistratus fiunt potiones græcæ circunferuntur & in sacrificando his hoc poculo magistratus dat deo uinum . Varro .

Pater patrimus dicitur qui cum ipse sit pater adhuc patrem habet.Fe

Pater potius quam genitor:mater quam genitrix:filius quam natus oratores usurpāt parens pro utroque:poetæ uero econtrario.pater quære in dictione maiores .Lau.

Patetica oratio oportet ut ad indignationem uel ad misericordiam dirigatur:quare a græcis παθητικὰ appellantur: horum alterum accusatori necessarium alteri reo:& necesse est mitium abruptum habeat: quoniam satis indignantibus leniter incipere non conuenit.Ideo apud.Virgilium.Iuno sic incipit. Quid me alta silētia cogis rumpere.& alibi Mene icœpto desistere uictam & alibi Heu stirpem inuisam & satis contraria nostris fata phrygum.& in multis aliis locis Mac.

Pateram pro plouere per plouerent:cum dicerent significabant pertusam esse Fe.

Patesio patesco:idem similiter patescens & patesiens cum utrunque inueniatur.Lau

Patara ciuitas Lyciæ ubi Apollo sex mēsibus dabat responsa.pro uase accentum habet in penultia q̄do patareus Apollo a patara dicitur.

Paternos liberos . recte uidemur dicere nostros libertos liberorum nostrum libertos non recte libertos nostros dicimus.

Pationem antiqui dicebant quam nunc dicimus pactionem.unde & patisci adhuc & pateo in usu remansere.Fe.

Panor uerbum commune est : nā patior te & a te dicimus Donatus

Patibulũ est crux. Salu. hi. libro. iiii. Inquis notissimus quisque & malus dependens uerberabatur; aut in mutillato corpore improbi patibulo eminens affligebantur. No.

Patibulum sera qua hostia occluduntur quod hac remota ualuæ pateant. Titinnius in fullonibus. si quisquam hodie præter hanc posticum nostrum pepulerit patibulo hoc ei caput defringam. No.

Patitor pro patiere. Plau. i asina. patitor tu itẽ cum ego te referiam. Nonius.

Patio & patior antiqui dixerunt. Ser. in arte.

Patibiles. Ci. tuscu. patibiles & dolores & labores putandi.

Patina de qua plinius. xxxv. de æsopi patina & uitellii.

Patizites Persa magnus. præfectus apud persas. de qua in dictione smerdus. Tor.

Pathicus & patior a πάθος passio & patientia: unde pathiticus passiuus q stupraẽ ut pathici othonis de quo Iuuen. Tor.

Patiramphes Xerxis auriga persa.

Patiris fluuius est garamiti sinu propinquus pontico & Nauaro atque Cortinis oppidis.

Patricius Ro. uicus dictus. eo q patricii habitauerunt iubente Tullio ut siquid molirentur aduersus ipsum ex locis superioribus opprimeretur. Festus.

Patricii appellati sunt qui genus duxerãt a patribus quos romulus elegerat eiusdem ante erant conditionis athenis quos appellabant εὐπατρίδας ut scribit dióysius halicarnaseus qui sentit romulũ exemplo atheniensiũ rempublicam instituisse.

Parisii populi inter celtas quia senonensi prouinciæ atribuũtur senonibus bello uacis & agendico oppido proximi & ualloduno oppido finitimi luteriã habẽt oppidũ quã nũc parisiensem in urbem inhabitant positam i isula fluminis sequanæ quod perpetua salus influebat in regno francorum siti.

Patigates nomen pscium aspiratione caret pathos quia πάθος affectus dicẽ a recẽtioribus etiam passio.

Patres senatores ideo appellati sunt q a græcorum partes atribuesunt tenuioribus ac liberis propriis. Festus.

Patresfamilias sunt. qui suæ potestatis sunt siue puberes siue ipuberes: simili modo matresfamilias & filiæ familias: quæ sunt in aliena potestate. Nã qui ex me & uxore mea nascitur in potestate mea est. Item qui ex filio meo: & uxore eius nascitur. i. nepos meus & neptis æque in mea sunt potestate.

Patris noie auus quoque demõstrari intelligiẽ

Patrium a patria a patre paternum. Caper.

Patrees qui pharees populi Achiuorum Herodotus primo. histo.

Patritum & auitum. Varro. in manio funere familiari commode auito ac patrito more precabamur. Idem reipub. li. xx. secundum leges habitasset patritas Ci. Tuscu. lib. primo patritam illam. & auitam ut ait. Theophrastus philosophiam. No.

Patronus dicitur si aut orator est aut aduocatus si ius suggerit aut præsentiam suam commodat amico aut procurator si negotium suscipit aut cognitor: si præsens causam nouit & sic tuetur ut suam ergo cognitiõem dicit Tullius familiarissimum defensorem. A. pedianus.

Patronus socius & parens differunt: patronus autem temporale nomen est defensoris aut certe appellatio est; per quã ostenditur q illi obsequium debeatur. est enim nomen ad aliquid. parens autem uiri amoris est nomen & æquali loco continet interpretationem. Ter. in adel. Tu es patronus. tu es parens. Socius deficit parens prodit. patronus deserit. Salustius post desẽsionem sociorum est relatum Virgilius Vnius ob iram prodimur. Teren. in and. prodidisti te & illam miserã & gnatũ Plau. Qui liberos habẽt eos deserũt hinc & milites qui defensores patriæ debent esse: desertores dicuntur. patronus ab honesto: parens ausito: socius ab utili. No.

Patronus require in dictione aduocatus. La.

Patrocinii appellari cæpta sunt cum plebs distributa est inter patres ut eorum opibus tuta esset Festus.

Patracensis ciuitas uersus arabiam & hiesusalem uocatur cracum.

Patratio rei uenere cõsumatio unde & patres dicti eo q patratiõe per acta filios procreãt patrantes esse minati & solutis ut parsius patrantis fractus ocello & Quintilianus. lib. octauo mala interdum consuetudine intellectum sesmo detortus est ut ductare exercitum & patrare bella apud Salustium dicta fũt Liui. libro primo perpetrata cæde perge re ad se gratulantem uidit Iunianus & pater patratus fecialis fere erat intes nuntius pacis aut belli indicendi: mittebatur enim cum legabatur capite relato filo lanæ Liuius primo & idem paterpatratus. ad iusiurandum patrandum. i. sanciendum sit foedus.

Patrum & matrum pueri tres adhibeantur in nuptiis ut unus quisque facem præferret ex spina alba quia noctu nubebant duo qui nubentem tenebant. Fe.

Patruelles matrum fratrum filii. No.

Patruelis filii patrui.

Patruus est frater patris.

Patronos uoce romana appellabant dominos a quibus fuerant manumissi.

Patroni appellatione & patrona continetur.

Patruus is ẽ patris frater.auunculus est frater matris.amita est patris forror:matertera soror matris.patruus magnus ẽ aui frater:amita magna est aui soror. matertera magna est auiæ soror patruus maior est proaui frater patris uel matris patruus magnus auunculus maior est.proauiæ soror matris uel patris amita magna. matertera maior hæc est proauiæ soror.patris uel matris matertera magna.patruus maximus est abaui frater atаui & atauiæ filius patris uel matris auunculus maior. amita maxima est abaui soror patris uel matris amita maior. Matertera maxima est abauiæ soror.patris uel matris matertera maior illud uerandum est nõ queadmodũ patris matrisque fratres & sorores patrui amitæ auunculi materteræ dicuntur ita frater sororesque filios filias nomen speciale cognationis habere.sed ita demonstrati fratres sororis qui filios filias.Paulus de gradi.

Patronus magnus.amita magna.Item aui frater & soror ab patruus abamita .i.abaui frater & soror.auunculus a matertera.i.abauiæ frater & soror. Caius de gradibus.

Patulum boué Plau.appellabat cuius cornua diuersa sunt aclate patent.Fe.

Patulum quod per se natura iter patet ut nares atque aures.patens uero qđ aperitur & clauditur ut oculi atq; hostia.Virgilius utrũque posuit Tityre tu patule recubans sub tegmine phagi.Et portas iubet eẽ patentes.S.

Pauperies damnum dicitur quod quadrupedes faciunt. Festus.

Paucies dicebant pro raro. Titinnius.uxorem paucies uidebo.Fe.

Paucies pro raro dici ueterum auctoritas docet Titinnius in geminapostquã factus maritus ab horres tuam esse uxoré paucies uideo.Idem in eadem. Tus & iniqui in urbem paucies uenite soles.Cecilius in annalium libro sexto.Consulto nõ paucies accersitũ.N.

Pauimenta pœnica hoc est marmore numidico strata.Festus.

Pauimentum solum.hor car.ii.& mero tiget pauimentũ superbo.i.solũ prõptuarii.Acr.

Pauimenticius passionem quandam significat Laurentius.

Pauimenticius ex materia pauimenti.Lau.

Pauper quãuis commune antiqui tamen paupera dicebant.Plau.in aulu.paupera hæc res est.Priscianus.

Pauire ferire est:bonum enim augurium esse si pulli per quos auspicabantur comedissent presertim si eis edentibus aliquid ab ore decidisset.Sin autem omnino nõ edissent arbitrabantur periculum iminere.Fe.

Pauorem formidinem: timorem & metum Cicero discernit in quinto.Tuscul.in quem autem metus in eum timiditas formido pauor ignauia.

Pharos insula alexandriæ nunc ponte coniungitur olim ut homerico carmine proditum est ab eisdem oris cursu diei totius abducta & si ita res fuit uideri potest coniectantibus in tantum mutatæ causas nilum prebuisse. dum limum subinde & precipue exundaret littori annectens auget terras spatiisque augescentium inuicina uada promouet Pom.

Pharusi post fortunatas insulas aliquando tendente ad hesperidas hercule dices nunc iculti:& nisi φ pecora aluntur admodũ inopes. Hinc ita lætiores agri amœnique saltus terotæ berinæ ebore abundant nigritarum gætulorumque passim uagantium ne littora quidem infœcunda sunt purpura & murice efficacissimis ad tingendum & ubique quæ tinxere clarissima.Pom.

Paupertas dicta est a pecunia . Varro . de uita pa.li.i pecunia quæ erat parua ab ea paupertas dicta cu us paupertatis magnũ testimonium est.Nonius.

Paupertates nouæ positum numero plurali Varro de uita partum libro primo.quod inter hoc ioues interfit.aut eos qui ex marmoret aut ebore & auro nunc fiũt potes animo aduertere & horum temporum diuitias & illorum paupertates.Nonius.

Pauper a paulo lare. Varro.

Pauxillus pro pauxillo.Plau.in truculẽto plus decem pondo amoris pauxillisque perdidit: idest per particulas.No.

Pauxillulum quartus gradus diminutionis est paulum paululum pauxillum pauxillulum. Terentius in phor.Erat ei de ratiuncula iã pridem apud me reliquum pauxillulum nũmorum. Donatus.

Pauperauit pauperem fecit.Plau.in milite glorioso.Quæ improba promeritis uicio dominum precio pauperat . Idem in atratisthone. quam ego tanta pauperaui per dolum pecunia.Titinnius in Priuigno.Nam quid ego feci & aduersum aut patrem meum quem paupertatis ambo uestris sũptibus.Varro æquum est me habere eos pauperẽ sumptu meo: Nonius.

Pausa est quies alicuius rei.Actius in epigono. Sed iã amphiocum huc uadere cerno & nobis datur pausa loquendi.Luc. libro primo hæc ubi dicta dedit pausam fecit ore loquẽdi.Nonius.

Paupertinum pauperem. Varro de uita patrū libro primo. ut uincitur occultoque sunt cō sentanea quod sunt paupertina sine elegantia ac cum castimōia. Nonius.
Pauio rotido unde & pausia oliuatquæ aliter nisi iunla ex se oleum non facit. Ser.
Pauidus semper timens. Ser.
Pauidus gloriæ cupiditate sollicitus. Vir. quinto æn idos. excipiunt plausu pauidos Ser.
Pauitare pauere & timere. & ad corporis & animi pertu: bationem ueteres inferebant. & pauitare egrotare. Teré. i heutōtumenumeno philomená pauitare nescio quid dixerunt ec ec pauitare egrotare quia sic horruisse ac pauitare uenis. Donatus.
Pauci boni ac sapientes. qui fere pauci sunt. Te. i eu per paucorum hominum imo nullorum arbitror. Do.
Pauens ex causa timens Set.
Pauo require in a lues. Vat.
Pauor a paueo. Varro
Pauor est metus mentem loco mouēs: ex quo illud Ennii. tum pauor sapientiam omnem mihi ex anima expectorat. Cicero tuscu libro quarto.
Paulum post & paulo post; sic cum comparatiuis. Quintilia. ac quidam si forte susceperint negocia paulum ad dicendum tenuiora. La.
Pauus paui & pauo pauonis. Ser. in ar.
Paulisper quære in dictione tantisper. Lau.
Pausania lacedæmonius: uicit mardonium persarum regis generum cum ducentis milibus peditum & uiginti equitū quo elatus multa perperam egit & cum prodere patriá uellet ab Argilio eius pædica proditus interemptus est alius macedonius qui philosophum interemit. Iusti. nono. Tor.
Pax ueniam Idem iii. sed uotis precibusque iuberet exposcere pacem. No.
Pax propitiatio. Idem in eodem. Exorat pacē diuum. Nonius.
Pax dicta est a pactione. Fe.
Pax significantiam habet notam. Vir. vii. pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyrāni. No.
Pax datio: deditio; conuentio: colloquium militiæ uerba sunt. Salusti. quæ pacta conuentione non præstitissent. & alibi. Cuius aduersa uoluptate colloquio militibus permisso corruptio facta paucorum & exercitus syllæ datus est Te. i eu. quæso hercle pace qđ fiat tua ut liceat dare huic quæ uolumus conuenire & colloqui. Donatus.
Pax beniuolentia Vir. iiii. ænei. pacemque per aras exquirunt. Ser.
Pax aduerbium quoque est græcum quādo significat tantummodo ἀπαξ. Pris.
Pax singulariter semper dicitur. Ser. in ar.
Pax & lux singulariter dicuī inquit. Donatus: sed legimus paces & luces. Ser. ī cōmento. D.
Paxillus a palus diminutiuū. Lau.
Paxillus diminutiuum a palo. Varro in eumenidibus. ubi dicatur primus te non nouam heresim nouo paxillo suspendisse. Idem in Marco ut nouū cribrū nouo paxillo appēdit. Nonius marcel.
Pæan ꝓprie Apollinis laus sed abusiue & aliorum dicitur. Vir. decimo æneid. pro primo utitur conclamant focii lætum pæana secuti. Seruius.
Pæan & titan & alcmena acusatiuum pluralē in as mittunt. Ser. in ar.
Pæana apollinem uocauerunt ꝙ sagittatum ictu eum nocere putabant. Est enim pæin ferire Alii ꝙ remedians morbis finem faciat telis grauitatis. Festus.
Peccatu non peccato rectos cupressus non rectas. ære fulua non fuluo. fretu non freto antiqui dixisse inueniuntur. A. g.
Peculatus furtum publicum a pecore dictū: sicut & pecunia eo ꝙ antiqui Romanorum nil præter pecora habebant. Festus.
Pecunia sacrificium fieri dicebatur. cum fruges fructusque offerebantur. quia ex rebus constar quam nunc pecuniá dicimus. Fe.
Pecunia uerbum non solum numeratam pecuniam complectitur: uerum omnem omnino pecuniam. hoc est omnia corpora. Nam corpora quæque appellatione pecuniæ contineri nemo est qui ignoret. Ser.
Pecunia a pecu pastoribus horum uocabulorum origo Varro.
Pecunia dicta ꝙ primum æs signatum fuit nota pecudū. Pli. lib xxxiii. Seruius rex primus signauit æs ātea rudi usās Romæ timés tradit signatum est nota pecudum unde & pecunia appellata.
Pecunia ipsa a pecore dicebatur.
Pecunia a pecore. Ser. in arte.
Pecuniæ nomine non solum numerata pecunia: sed omnes res tam mobiles quā solidæ. & tam corpora quam iura continentur. Ser.
Pecuniæ appellatione non significare proculus ait S.
Pecuniæ significatio ad ea refertur: quæ patrimonio sunt. Ser.
Pecuniæ omnis pecus fundamentum, Varro.
Pecum Cato dixit genitiuum pluralem ab eo quod est pecu Fe.
Peculium seruorum a pecore dictum sicut & pecunia nobilium. Fe.
Peculium patrimonium: ita enim maiores dicebant a pecoribus in quibus eorum consta

bat uniuersa substantia: unde etiam pecunia dicta est a peculio. & proprie tantum seruorum peculium dicimus licet abusiue pro patrimonio Seruius.

Peculium primū a pecudibus hic peculatum publicum: ut cum pecore primum diceret̄ multa. Varro.

Pecudes non solum quadrupedes: sed etiā alia animalia. Virgilius auctore possumus dicere in.iii.geor. quam mihi uix frugum & pecudum custodia solers: & alibi. Ignauum fucos pecus a præsepibus arcent. No.

Pecuniosorū & locupletum proprietatē aperuit. Mar. Tu. de re pu. lib. ii. A pecore pecuniosus a possessionibus locorū locupletes appellatos asserens: multaque ditione ouiū & bouum quod tunc res erat in pecore: & locorū possessionibus ex quo pecuniosi & locupletes uocantur. No.

Pecus non solum quadrupes animal. uerū omnia animalia pecudes dicuntur. Plau. in rudēre. Non uides referre me uuidum rete sine squamoso pecu. Laurus in ægistho: tu autē lasciuium rei simus decus. Virgi. geor. libro quarto de auibus & pecudū custodia solers: Lucre. libro secundo præterea genus humanum mutæque uolātes squamigere pecudes Lucil. saty. libro quīto lasciure pecus nisi nostrique rependum. No.

Pecus dicimus omne quod humana lingua caret & effigie. Virgi. primo æne. de fucis ignauum pecus dixit. Ser.

Pecus ab eo q̄d pascebāt a quo pecora uniuersa: quod in pecore pecunia cū pastoribus cōsistebat. Var.

Pecus pecudis fœminini generis: teste Capro: neutrum uero pecoris dicebatur: & hoc pecu. Plau. in rudē. non uides referre me inudum rete sine squamoso pecu. unde hæc pecua pluraliter. Pla. in mer. nec pecua ruri pascere nec pueros nutricare. Pri.

Pecus omne animal excæpto homine uocatū est. Caper.

Pecus animal quod sub imperio hominum ex pabulo terræ pascit̄: ut bos: caballus; equus: asinus: mulus hinnulus. Hamelus quoque qui sub magistro inter armenta quibusdam in locis pascitur: & pertinet ad marem & ad fœminam: ut passer aquila: bos: lupus quoque apud Varronem fœmininum inuenitur: & bubalus quæ armenta faciunt: licet armenta quasi armamenta dicantur. Inde amētarius pecoris grex uero generalius est. quære in dictione grex. uerum pecus pecoris pro oue uel nonnunquam repentur pro multitudine pecotum siue pecorum sed gregaliū potius q̄ armentalium. Virgilius. Caprigenū que pecus nullo custode per herbam Ouidius hoc pecus omne meum est. præter pecudes cæteræ quadrupedes feræ sūt: ut leones ursi: pardi: lupi: uulpes: quæ mansuefactæ cicures dictæ sunt qualis canis qui nec pecus: nec fera est. similiter elephantus domitus ad bella. Laurentius.

Peculator qui furtum fecit pecuniæ publicæ. Seruius.

Pecua & pecuda. ita ut pecora ueteres dixerūt Neuius in gynanstico. homines pecua beluasque: idem in lycurgo. sine ferro pecuda manibus ad mortem meant. Actius in astyanactæ. In celsis montibus pecua atque inter colles pascunt danai in phrygia & terminis. idē in medea. Vagant pauore pecuda in tumulis sederūt qui nos pascet postea. M. Tu. de republica libro quarto. Cum adhiberent in pecuda pastores. Actius in diomede: passimque præda pecua ualebant agris. Cecilius ī imbris & hominum & pecudibus omnibus. Sisenna Histori. libro quarto. iumenta pecuda locis trepidare compluribus. Nonius.

Pecora omnia animalia uetuste dicebant̄. Virgilius quarto geor. Ignauum fucos pecus a p̄sepibus arcent. Seruius.

Peciolus & pede diminutiue. Affrānus in excæpto atque adeo nolo nudo peciolo espus Nonius marcellus.

Pecuniosus a pecunia magna. Varro.

Peculatoriæ oues a pede. Varro.

Pecuare etiam dicitur. Persius. fundor ut arcadiæ pecuaria rudere credas.

Pecto pexui: asper tamen pectui. carisius pexi protulerunt. mecenas in octauiam pexisti capillum nunc mulieribus gratum. Pri.

Pecto caput non pectino: & pexum non pectinatum: sic pexi memet. Caper.

Pectuncula require in anguilla.

Pectinatum tectum dicitur a similitudine pectinis in duas partes deuexum ut testudinarum in quattuor. Fe.

Pedam uestigium humanum appellabant. Festus.

Pedato positum pro repente uel accessu quasi per pedem sicut nunc uulgo dicitur tertio pedato. Cato originum libro primo. Igitur tertio pedato bellum nobis facere. Idem in dissuasione de feneratione. tertio autem pedato itē ex fœnore discordia excrescat. Nonius mar.

Pedarios senatores qui magistratum curulem nondum cæperant pedibus iter habuisse in curiam: præterea nondum maioribus honoribus functos. Equites quoque pedarios qui nondum in senatum a censoribus lecti & q

in postremis lecti erant:non rogabantur sententias.sed quas principes dixerant in eas dicebant.Qui uero curulem magistratum gererent curru solitos honoris gratia in currū uehi in quo curru sella esset super quam cōsiderent quæ ob eam causam curulis appellaretur. Aulus gellius, habet tamen primam breuem & pro uno r scribitur ut sellas donare rurules.

Pedaméta quibus uinea stat tecta iugaque trāsuersa iunguntur, Var.

Pedes dicūtur.quos diminutiue dicimus pediculos. ab his pediosi appellantur ut est illud pedicosos squalidus ubi me uidit caput squauit pedes legit.Fe.

Pedem struit dicebant pro eo quod est fugit. Festus.

Pedestria auspicia arbitrabantur quæ dabantur a uulpe:lupo:serpente:equo:cæteris animalibus quadrupedibus.Festus:

Pedemtentim & pedepressim; dictum est tarde quasi lenta & tardatione .M. Tullius de offi. libro primo si minus sensim erit pedetentimque faciendum. Luc. libro uigesimoseptimo. Ille contra omnia inter plures sensim & pedetenti foris ne quē ledat. Quadrigatius in annalibus exercitu istructo pédetenti milites deducere cœpit. Cecilius.an naui ipse cū cæteris copiis pedetétim sequtur. Nonius.

Pedetentim caute a pedibus & tentando. Terentius in phor.diu bene uettant qđ agas pedetentim tamen,Do.

Pedidos sordidos significat atq; absoletos tractum uocabulum a græco. quia pedes idest pueri talis sint ætatis ut a sordibus nesciant abstinere.Festus.

Pedica laqueus quo pedes illaqueantur. Virgilius primo georgicorum:tum gruibus pedicas & ractia ponere ceruis.Ser.

Pedica & pedissequum a pede. Varro.

Pedum baculi genus. Virgilius at tu sume pedum.Festus.

Pedes Mart.uocat seruos discumbentes ad pedes multis in locis qui uolebant uomere in balneis unū pessimum hauriebant quales licet serui bibunt quod appellat τροπιν nam τροπη significat auersionem quæ silicet turbabat stomacum id uerbum apud Mart.bibit ergo tropé ut uomat ad motū pedibus idest q; uinum mensæ seruorum admoueri solet nam pessimum est.

Pedum pastorale baculum incuruum dictum quia illi oues pedibus compræhenduntur. Festus pompeius.

Pedum uirga pastoralis incurua. Vnde pedes pecudum retinentur. Virgilius. at tu sume pedum.Ser.

Pedasus bucolionis maximi Laomedontis filii filius & urbs in argo prope pilum. Tortellius.

Pedæsus uel pedaæus.nothus filius Antenoris a Mege phylide interfectus.Tor.

Pedo pepedi.Hor.Nam displosa sonat quantū uesica pepedi.Pri.

Pedibus aduerbialiter protulit. Cicero ingressus iter pedibus.Ser.in arte.

Pediculus uel pedúculos diminutiuum nō est cum aliud significat a suo primitiuo.Laurentius.

Pedor quære in situs.Lau.

Pedarium Cariæ seu Ioniepromontorium est

Pegasus Bellerophontis equus cuius celeritate dicitur chimæra interempta. ideo fingitur habuisse alas. Hora. car. uix alligatum te triformi pegasus expediet chimæra. Acron.

Pægma compactū ædificiū quod ludicro ornatur statius.uel pueris confidentibus quod in scænam producebatur pro machina.

Pægma significat constructum ædificium qđ uel statius uel alio aliquo ludicro ornatū interdum pueris confidentibus producebatur in scænam. hinc est q; a Suetonio scribitur Claudium consueuisse obiicere bestiis etiā illos q; parum diligenter & prospere pægma in scænam produxissent. C. princeps produxit in scænam pægma in quo erant.cl.pondo argenti ut scribit Plinius.inde illud est.Iuuenalis: & pægma & pueros inde ad uelaria raptos.

Pegasus equus alatus natus ex sanguine Medusæ qui in monte parnaso pegen idest fontem produxit a quo dictus est, Ouidius quarto Lucillus nono. Nā medusi phorcy ex Ceto filia quæ unum oculum cum Euryale sthemione & ut quidam uolunt scylla in gorgadibus oceani insulis unde ipse Gorgones habebat idest parem formam: uel q; omnia unius sapientis consilio regebantur compressa a Neptunno in templo Palladis mutata est capillis in serpentes Palladis ira. quasi capillis maxime placuerit.unde aspicientes i lapidé uertebátur.idest ob pulchritudiné uidétes stupebant.eam pseus dormiétem accepto mercurii harpe ut cylenida sustulit harpé iteremit ex ságuine eius natus est pegasus qui peruolans ad heliconem fontem fecit ictu pedis musis sacrū.hoc é q; perseus eius opibus multa præclare gessit:uicit atlantem: subegit aphricam: & græciam expugnauit. Tortellius.

Pegnides musæ dictæ sunt a fonte quem pegasus ictu ungulæ dicitur aperuisse ob quā

causam & græcæ appellatæ sūt hippocrenæ Festus pompeius.

Peius & deterius his sensibus discernuntur q̄ sit peius a malo quod in usu est & creberrime frequētatur deterius uero a bono ut minoris sit meriti quam id quod placet. Virgilius in quarto georgi. deterior qui usum emi ne prodigus obstet de teneci. idem i octauo deterior donec paulati ac decolor ætas. hæc enim melioribus cōparata sūt Nonius mar.

Peius & pessime quære in uerbo bene. L.

Peior & deterior in hoc differunt. nam peior a malo dicitur: deterior a meliore. i. minus bonus. Seruius.

Peteratus iuris sicut dicitur iuratus iuris. hor. car. ulla si iuris tibi peierati. Acron.

Peierare falso iurare Tuli. de officiis. iii. non enim falso iurare per peierare est.

Peierare est iusiurandum fallere.

Pelamis genus piscis dictum quod in luto moretur quod græci dicitur πηλαμις. Fe. pō.

Peamlis piscis cito crescens maxime in ponto Pli. ix. Tortelius.

Pelamus uites de quo. ix. ody. i fi. Tor.

Pelasgi populi qui prius thessali. & Pelasgi a Thessalia. Tortelius.

Pelasgos gentem uetustissimam per uniuersā græciam præsertim Eoliam thessaliæ excelluisse cuncti ferme consitentur eos originē ab arcadibus ducentes unam militarem delegisse auctor est Ephorus Peligni ex illyrico orti. Inde enim profecti ductu Volsini regis cui cognomen erat luculo partem Italiæ occupauerunt. huius fuerunt nepotes Pacinus a quo pecinates. & pelicus a quo peligni Festus.

Peliades lingua thessalia & columbæ & uaticinatrices dicuntur: quo circa fictum est i epiro nemus fuisse in quo responsa dabant columbæ. Seruius.

Pelectronium oppidum thessaliæ uri cētauri.

Peleus æci regis & æginæ filius: pater achillis, inde pelides.

Pelias neptunni filius ex tyro: nympha filia salomeni regis uxor crithes cui æsonem genuit patrem iasonis. Tor.

Pelion mons thessaliæ ad orientem. Herodotus ubi maxime pineta in summitate in reliqua parte quercus: quem chiron habitauit & factū est conuiuiū Pelei & thetidis. Tor.

Pelenna lacus est super salassos in cacumine p quā rhodanus effertur & fluuius ipsius fōtes

Pelex ad mulieres pertinens. fœmininum est. Priscianus.

Pelex concubina est. Acron:

Pelignum oppidum est sabinorum phrigæ regionis. Acron.

Pelium nemus apud pelion montem: & ab eo denominatum credo. Chironis centauri domicilio clarum.

Pella urbs Macedoniæ in littore ægæi: unde Alexander.

Pellax: fallax: pellacia: fallacia. Virg. iiii. georuerum ubi nulla fugam reperit pellacia & secundo æneid. pellacis ullyssi & Lucre. Subdola cum reddet penitus pellacia ponti. Ser.

Pellax per blandicias decipiens. Virgilius secūdo æneid. inuidia post quam pellacis ulyssi. pellicere enim est blandiendo decipere. Ser.

Pellex quæ cum eo uiro cui uxor est corpus miscet. est ergo relatiuum ad uxorem quam græci. παλλακην appellāt. Pli. libro. xxxiii. Nam que cum delectam sibi ex pallacibus suis præcipue nomine cāpsacem nudam pingi ob admirationem formæ ab apelle iussisset. Suetonius de uita uespasiani: pallacarū dixit. Laurentius.

Pellex quæ cum non sit uxor cum aliquo uiuit ut non uiri sed uxoris pellex dicatur græcæ παλλακην. unde Liuius pallacem dixit cum de concubina alexandri colebis loqueretur & ita in multis uitio librariorum pellicem pro pallace scriptum puto: pallacia. fallacia: & pallax fallax. Virgilius quarto georgicorum. pallacia uictus. & pellex dicitur nō tantum quæ est sed que fuit. Iuue. in codice pellex.

Pellem habere Hercules fingitur: ut homines cultus antiqui ad moneātur lugentes quoq; diebus luctus in pellibus sunt. Fe. pom.

Pellexit, in fraudem induxit. Fe. pom.

Pellicere fraudulenter inducere. Teren. i phor. senem per epistolas pellexit. Virgi. pellacis ulyssi. Donatus.

Pellicator qui pellicit in fraudem. Fe.

Pylleum gallerum quia fiebat ex pelle. Fe.

Pellices nunc appellantur q̄ alienis uiris succumbentes non solum fœminæ, sed etiā mares. Antiqui enim proprie pellicem nominabant quæ uxorem habenti nubat. Cui generi mulierum etiam pœna cōstituta est a numa pompilio hac lege: pellex aram. Iunonis ne tangito: si tanget Iunoni crinibus dimissis agnam fœminam cedito. Festus.

Pellices a græco uocabulo significantiā sapiētes inflexam putant: quasi pellex hoc est ut pellacis quod si hæc non est uana compositio hominis uideri potest. No.

Pellicem scribit Masurius apud antiquos eam dictā quæ cū uxor non esset cum aliquo tū uiuebat quā nunc uero noīe amicam Paulo honestiore concubinam appellari. C. flaccus

scribit pellicem nunc uulgo uocari quæ cũ
eo cui uxor sit corpus miscet:quosdam eam
quæ uxoris loco sine nuptiis i domo sit quã
græ.pallacin uocant.Pau.de uer.sig.

Pellaria anologion.si esset uocabula ubi caro
uenit carnaria ubi pellis pellaria : ubi calcei
calcearia diceretur non lamena & pelleuina
& suarina.Varro.

Pelliculationem Cato a pellicendo dixit.Fe.

Pellego pro perlego pelluceo ꝑ pluceo.Plau.
in asi.syngraphum inter me & amicam & le
ges pellegesibidem ita pellucet quasi laterna
punica.Pris.

Pellíceo pellexi & pellicui.Liui.i Lucania.aut
lydio fulgẽs decore & gloria pellicunt illiceo
quoque illicui.piso.i histo.cuius unius præ-
mio multorum illicuit multos animos.

Publius.Varro.libro secundo deinde ubi pel-
licuit dulcis leuis unda saporis.pris.

Pellis dicitur e carne separata quæ cutis antea
dicebatur.Iuue.habes pro cute pellem.In se-
nibus enim separata uidetur.

Pello quære in uerbero.Lau.

Pelluceos a græco uocabulo significatio sapi-
entes inflexam putãt quasi pellix hoc est ut
palacis quod si hoc nõ est.uaria compositio
hominis uideri potest Nonius.

Peligni separantur a ferentanis sacro fluuio pe
lignorum metropolis est consinium.Stra.

Peloris require in anguilla.Varro.

Pelopidas thebanus clarissimus qui patria pul
sus eam cum.xi.liberauit de quo Plutarchus

Pelorus mons siciliæ Italiam uersus medio
freto milia.v.passibus a gubernatore nauis
Hãnibalis ibi sepulto.

Pelops Tantali regis phrygũ filius iterfectus
a patre cũ tentare uellet deorum diuinitatẽ
ab eo peloponnẽses dicti secundum quos-
dam & pisæ in Thuscia ab eo condita unde
Vir.alpheæ ab origine pisæ,inde & pelopia
fabula.

Pelopõnesus de quo Pli.iiii.

Pelopõnesus ꝓuincia quã moreã dicimus.

Pelopõnensi urbes argolis laconiæ messenia
achaia elis arcadia ultra ætolia:acarnania epi
ros usque in andriam.

Pelopõnensus prius ægialea post Apia deĩde
peloponensus dicta nunc uero morea.

Pelias omnino unus fuit frater nelei patruus
Iasonis ut cum multi scribunt tum apollo-
nii poetæ interpres.

Plinius li.xviii.in inuidia magna erat ceu fru-
ges alienas pelliceret ueneficiis.

Pellam urbium macedõiæ maxime Illustrem
alũni efficiũt philippus græciæ domitor ale
xander etiam asiæ

Pentathlum genus exercitatiõis quod alii qĩ
quertium alii quinquarium dixere.

Peloris genus cõchilii nihil habens intra se ꝑ-
tor aquosum quendam liquorem Horatius
Lucrina peloris.

Pemani populi inter belgas nomine & nũero
germani appellati eburonibus condrusis ce-
resisq; proximi hos coniectura est fuisse in-
ter populos diocesis laodiensis.

Pelorum Siciliæ promontorium respiciẽs Aq
Ionem a pelore gubernatore nauis.Hãniba-
lis ibidem sepulto denominatum est hoc ut
uolunt plurimi iam apœnnio iunctum fuit
& terremotu postea separatũ & exiguo fre-
to quãq̃ æstuoso interposito actum.ut Sici-
lia insula sit quæ olim erat iuncta Italiæ.

Pelseis panoniæ lacus est.

Pelta genus scuti.Festus.

Pelta scutum est breuissimum in modum lu-
næ iam mediæ.Vir.i.æne.ducit amazonidũ
lunatis agmina peltis penthesilea furens.Ser.

Peltæ scuta amazonica.Virgi.lib.i.ducit ama-
zonidum lunatis agmina peltis.No.

Pelluuiæ quibus pedes lauantur:ut maluuiæ
quibus manus Festus.

Peluis sinus aquarius i quo uaria perluuntur
unde & nomen est.Laberius in uirgine,amo
re cecidi tamq̃ blata in peluim.Cœcilius i so-
neratore peluim sibi poposcit.Nonius.

Peluis dicta a pedum lauatione.Var.

Pelusium unum ex hostiis Nili.& ciuitas pro-
pe mons cassius cum templo Iouis & ostraci
næ locus clarus Pompeii sepulcro ubi lens
optima.

Peminosum mali odoris a pedore dictũ.Var-
ro de re rustica libro primo.Solida terra pa-
uita maxime si est argilla ne ritu peminosa
eius grana obitescunt.Nonius.

Penates pluraliter tantum:inuenitur tamẽ hic
penatis.Pris.

Penates.Ci.de natura de.Nec longe absunt ab
hac ui dii penates siue a penu dicti nomine
Est enim omne quo uescuntur homines pe
nus siue ab eo q; penitus insident:ex quo eti
am penetrales a poëtis uocantur.

Penates hi æ samotratia aduecti a dardano
troiam ab ænea a troia Romam ut.Varro.
nigidius autore Macrobio scripserunt apol-
linem & neptunnũ esse deos penates Dio-
nysius halicarnaseus sentẽtia timæi cõfrica
ta scribit penates fuisse Romæ quorũ duo
simulacra ænea tenebant hastas per samotra
cum perpenates.

Penates alii uolunt,ut habeãt nominatiuum
singularem penas:alii penatis.Festus.

Penates.Varro humanarum.ii.dardanum re-
fert deos penates ex samotrace i phrygiam:
& æneam ex phrygia in Italiã detulisse.Qui

sunt autem dii penates in li. quidē memorato. Varro. non exprimit. sed q diligentius quærūt ueritatem penates esse dixerūt per quos pēitus sp.ramus. per quos habemus corpus. per quos rationē animi. Esse autē medium æthera. Iouem Iunonem uero unum aera cū terra & mineruam summum ætheris cacumen & argumēto utuntur q̄ Tarquinius demarathi corinthii filius samotracis religiotubus misticæ imbutus uno templo ac sub eodem tecto numina memorata coniunxit Cassius uero omnia dicit samothracas eosdemque romanorum penates proprie dici. Virg. noster hæc sciens ait. Cum sociis natoque penatibus & magnis diis Ma. de sa.

Penarium ubi reponitur penus hoc est edulia & ad uictum pertinentia. Lau.

Pendere penas soluere significat. Ab eo q̄ ære graui cum uterentur Romani penso eo non numerato debitum soluebant. unde etiā pēsiones dictæ. Festus.

Pendo idest soluo. Virgilius. vi. æne. tum pendere penas cecropidæ iussi. Ser.

Pēdeo desidero aliquid audire. Virgi. iii. æne. pendetque iterum narrantis ab ore. Ser.

Pendeo idest i sublimi sum: cui addita præpositio prorsus ordinem ac sensum mutat quasi suspendo dis: qd est actiuum eius pendo: & enim pendeo absolutum est suspendo aliud actiuum ex quo suspendor dicitur sub sēsu passiuo. Cæterum tantum differt: q̄ pendeo per me suspendor ab alio. Lau.

Penetrale sacrificium dicebatur qd interiore parte conficiebatur: unde & penetralia cuiusque dicuntur: & penes nos quod in potestate nostra est.

Penetrale est omnis pars interior domus licet intecta sit. Virgilius. vii. æneí. laurus erat tecti medio penetrabilis altis. Ser.

Penetralia sunt penatium deorū sacraria. Fe.

Penetralia sacra templorum loca. Vir. Te quoq̄ magna manēt tectis penetralia nostris. S.

Penetralis non inuenitur sed hoc penetrale substantiuū: penetrabilis uero adiectiuū est qui facile penetrat: ut Virgi. penetrabile telum: & quod facile penetratur: ut impenetrabilis silex. Liuius iquit Penem tam mulieris quā uiri posuit. Horati. car. iii. pene soluto idest coitu facto. Acron.

Penem caudā uocabant: unde & offam porcinam cum cauda offam peniam dicebant. hinc & peniculos dicimus quibus calciamenta texūtur quæ de caudarum extremitate fiunt. Fe.

Penes dum ad personam refertur & dominiū & laudem uel uituperatiōem significat. Cic. penes quos laus adhuc fuit. Quintilianus. P Culpa uideatur penes patrem. item cum incōmodo & commodo: ut Liu. penes eosdem pericula belli: penes quos præmia essent. ser uit etiam loco. Cice. sed penes scæuam: & in eiusmōi locis exercitatus sis. i. apud scæuā. L.

Penetrare ingredi. No.

Penetrare exire proripere Plau. in trinū. Quo illic homo fortasse penetrauit in ædibus. N.

Penetrare penitus intrare. Fe.

Peneus thes. fluu. a pido iuxta sōphros de quo Pli. iii. iuxta tempe arripit amnem horchū nec recipit: sed ut oleum super innatat.

Peneleus unus ex quinque ducibus boetiorū ad Troiam.

Peniculi spongiæ longæ propter. similitudinē caudarum appellatæ. Festus.

Peniculamentum a ueteribus pars uestis dicitur En. lib. xi. an. inde pendent peniculamēta unum ad quenque pedū. Luc. li. xxi. peniculamenta uere depræhendere noli. Cicili. in fœneratore. uolat sanguis simul. hanelat peniculamento & pallio datur. N.

Pēnis membrum uirile. Salu. in Catil. Nam quicunque impudicus adulter ganeo manu uentre alea pene bona patria lacerauerat. Ser.

Penicū q̄ a pœnis primū dicit allatū. Varro.

Pœnitudinē. Pacu. i teucro. Que desideria alūnum penitudinis quales cancris inculta uestitudine. Nonius.

Penitus penitissimus & penissimus. Plautus i muste. ita mea consilia peruertit penissime penitus quoque nomen inuenitur. idem in asina. etiā ne age quæso herculeus qd ex penitis faucibus. Pris.

Penitus pro ualde maro posuit. Ser. in ar.

Pennatas impēnatasque agnas insaliari carmine spicas significat cū aristis & alias sine aristis agnas nouas uoluit intelligi. Festus.

Pēsiles erāt apud ātiquos q rotis promouebātur in solem ab olitoribus rursus hibernis diebus specularibus regebantue ne uentus lederet. Pli. de cūcumeribus Tiberii nullo nō die contigit pensiles hortos non promoueri rotis oblito tribus in solem prorsus hibernis diebus intra speculatium monumenta reuocantibus.

Pensilis una pēsilis lectus uel lychni. qđ suspēsi sint in aere pendentes. Lau.

Pensum significat æquatū qđ sine iclinatione sunt quæ pendūtue. Luc. libro. xxvii. nihil parui ac pensi uti litteras doceas. lictū. No.

Pensiculare. M. T. i libro. đ amicitia. Neque ea quæ a Theophrastro pēsiculate atq̄ enucleate scripta sūt executus est. A. g.

Pentateuchus quinque uoluminum libri uno uolumine.

Pentacontarchus qui quinquaginta militibus

præest. Tortelius.

Pentarchus qui quinque præest Tor.

Pentachium antiqui quinquatrium dixerunt id autem genus exercitationis. In his quinque artibus constat:iactu discursu:saltu iaculatione:luctatione.Fe.

Penatus pendere proprie dicitur qui ob delictū pecuniam soluit quia penso ære utebať. Fe.

Pentecoste deriuatur a penticosta. Tor.

Pentachium genus exercitationis in.v.artibus iactu discursu saltu iaculatione luctatione apud nos quiquertium & ipsos athletas qn quertiones.alii quinquatrium dixere.

Pentheusa luctu echiōis exagaue filia cadmi filius.Torte.

Pentheus est agauis echionis filius qui liberū patrem negabat deum quē mater libero faciente furore correpta sub imagine Vituli trucidauit quē mox deposito furore cognouit cū i suis manibus caput filii cerneret cō uictata libero est.

Penthylus filius demonoi ex papho cum.xii. nauibus in Xerxis auxilium iens apud sepiā tempestate amisit & ipse captus est.He.

Penuria est id quod pene minus sit q̃ necesse est Festus pompeus.

Penuria inopia a græ.dictum.Te.i ad.dii boni ne illius modi iā nobis ciuiū penuria ē.Ser.

Penuria quære in dictione amor.Lau.

Penus omnium generum inuenitur.Te. Penū omnem congerebā clanculum.Hor.i.epistolarum annonæ prosit portet frumēta penus q.Plautus i pseudulo nisi mihi ānuis penus hic ab amatoribus congeratur.Lucil.magna penus paruo spacio cōsumpta peribit. Plau. dicam seni curet sibi aliud penus.pris.

Penus est omne quo homines uescuntur.

Penus uocabatur locus in æde ueste intimus. Festus pompeus.

Penus masculini fœminini & neutri generis dixere ueteres.Donatus.

Penus est inquit quod esculentum aut poculentum est qđ ipsius patris sunt aut liberorum patrisfamilias eiusque familiæ quæ circum eos aut liberos eius est.& opus non facit causa parentum est:ut Mutius ait penus uideri debet.Namque ad edendum bibendumque dies singulos prandii aut cænæ causa parantur penus non sunt:sed ea potius quæ huiusce generis longe usionis gratia contrahunť & conduntur ex eo qđ non promptu est sed intus & penitus habeantur pœnus dicta sunt: thus quoq; & cereos in pœnu esse:qđ esset nō eius fermæ rei causa comparatum. Massurius aūt Sabinus in iuris ciuilis.ii.etiam q frumentorum causa apparatū esset quibus dominus uteretur pœnori attributum dicit.Si

gna quoque & uirgas & carbōes quibus cōficeretur pœnus quibusdam ait uideri esse i pœnu.Ex his autē quæ prompserat alitus uaria in locis iisdē esse ea sola quæ sint usui annuo.A.g.

Penu ea oia contineri dicuntur quæ ad uictū pertinent sed priuatum.si modo domi recō dita sunt.Nam ubi ista reponuntur penariū appellatur.Quæ uero ad uictum publicum spectant cōmeatus appellantur.cōtinent enī ānonā aut ei simile ānona quidem aliud quā frumentum significat. Cice.putarem annonam in macello cariorem fore nisi uelimus intelligere etiam frumentum in macello uē di.Laurentius.

Pænula uestis qua & serui & cliētes utebāť ad uersus nibos martialis aut meus ante omnes cordus haberet equm.

Pæon endimyonis filius ut pausanias scribit nomē pæoniæ prouitiæ dedit.homerus cum medicos laudat eos ait esse genus pæonis.

Pænula mātellum dicitur ut multo stillaret pænula nimbo.

Popana tenui suidas apud græcos scribit popanum esse placentam latā tenuē rotundā demum Iuuenalis intelligit.

Pænulā abusiue ōne qcqd tegit nobilissimi. ueteres transtulerunt. Var.in manio:& cum corngia distruptas tonat aridū reliquū pede penula scorpi aperte agere.Nonius.

Penula est uestis quam supra tunicam accipimus.Pomponius in paniceatis.penulā in caput iduce ne te noscat.Luc.lib.vi.saty.penulam si quæris Canterius seruus segeste utilior mihi q̃ sapiens.Varro in uirgula diuina non quærenda est homini qui habet uirtutē pænula himbri.Nonius.

Penularium e uagina pendulæ. Neuius i sullonico.nō multo post sonorum accæpit abscō det consequitur penularium cilotrum petit Nonius marcellus.

Penes te amplius est quā apud te nam apud te est quod qualiter a te teneať. penes te quod quodam modo possidetur.

Penus non omnis legata est si cuiq̃ quæ i promptuario sunt legata fuerint.

Penus nomen mihi traditum est omnibus generibus dictum.

Penus quæ Romæ sit:si ita legetur utrunque est intra continentia legata uidētur an uero ea sola est quæ est itra murū & quidē urbes fere oēs muro tenus finiri.Romam cōtinētibus & urbē Romam ea quæ continētibus qđ urbana penus sit legata omne quod ubique est legatum uidetur:labeo ait etiam si i uilla sit urbico usui destinata sicuti urbica ministeria dicimus & quæ extra urbem no-

bis ministrare consueuerunt. Si autem extra urbem Romæ tamen sit sed & si mortis fit urbi iunctis idem erit dicendum. Paulus de penu leg.

Penu non omne qđ bibitur continetur alioquin necesse esset ut omnia medicamenta q̄ biberētur ut quæ ea demū penatia esse quæ alendi causa biberentur quo in numero an-ndotū non est & sane uere Cassius sensit sed quod quidam negauerunt piper & ligusticū & careum & naser & cætera huiusmodi ī penu non esse improbatum est, Paulus eo.ti.

Penu non continetur instrumentum pristini: Item uniuersa conquinatoria. P.e.ti.

Pepensse eam filium est cui mortuæ filius exceptus est.

Peplum est proprie palla picta mineruæ consecrata. ut Plau. nunquā ad ciuitatem uenio nisi cum infertur peplum. Vir.i.æneid. Interea ad templum diuinæ palladis ibāt. Crinibus iliades passis peplumque ferebant. hodie tamē multi abutūtur hoc nomine. Apud græcos genere uirilē est. Homerus tamen peplis ornatas mulieres sæpe numero sic appellar. Seruius.

Peposci memordi pepugi cecurrit pro poposci momordi pupugi cucurrit ꝓbabiliter dici uidetur: atque itanunc omnes ferme doctiores huiuscemodi uerbis utuntur. A.g.

Per in compositione interdum in malum accipitur ut periutus perfidus. Lau.

Persæpe significat per medium ut per lucidū: sæpe ualde ut per magnū; præ similiter sed maiorem uehemētiam significat aut præ lōga oratio quæ enormi longitudine est: per ī obtestationibus uel abiuratiōibus fere solet separari a suo acusatiuo iteriecta dictiōe ego Quin. per has ego optime pater si uis tantū fortes manus. Lau.

Per finem desiderat in quibusdam: ut lego perlego idest ad finem usque lego. Lactantius si legit perlegat. Lau.

Per præpositio & aduerbium admirandi. Vir. x. per te per qui te talem genuere parentes. per etiam confirmatiuum. Te tu quoque parce nimium non laudo. Pris.

Proconsul non qui pro alio cōsule: sed qui cū potestate consulari extra ordinē & ad aliquā prouinciam administrādam mittitur sex tā-tum fascibus.Lau.

Propinabant amico cum ad poculum inuitabant ut illud Iuuenalis quando propinat uiro tibi propinabant item cũ amico absente nominato bibebant Socrates apud platonẽ hoc poculum curiæ propino.
Probrum quære in dictione opprobriũ. Lau.
Pro significat in:ut pro rostris pro æde tribunali.Festus.
Pro ponitur etiam pro amplificando ac palam faciendo:ut prodi prouoca:propelle.alias ꝑ priuandi facultate:ut in propudio prohibendo quia ubi unque abnuit in his esse pudorẽ potestatemque:alias aliud pro alio ut pecunia pro prædio consule:alias pro admiratione:ut pro Iupiter:alias pro ante:ut pro hostio alias promittere:ut promittere barbam & capillum.Festus.
Pro idest ãte:ut pro tribunali idest ante tribunal. Virgi.stabat pro templo & capitolia celsa tenebat.Seruius.
Probatum & spectatum uis maioris est.Lucil. in.xi.tuam probatam & spectatam mihi maxime adolescentiam.No.
Probare fingere & persuadere in consuetudine dicimus:ut homo sacrilegus primo innocentem se probauit. Cice. hoc tu his probabis.Teren.in eu.pro eunucho probes.Do.
Prosulis nunc maxianapolis ultra mare ĩ græciam aduersus Dyrrachium.
Probi uelut prohibi qui se a delinquendo prohibent.Festus.
Probiter. Var.octogesimo:postq̃ auida libido rapere ac concipere cœpit: seque opifice nõ probiter strepere.Fe.
Proboscis græcum nomen est dictum qđ ante depascat, & est porrecta corporis pars inhærens naribus quæ excepto homĩe in aliis animalibus inuenitur. Varro.sexagesimo Iuuenis sese cum dormire cœpisset.tam Glabrũ q̃ Socratis caluum esse factum ericium e pilis albis cum proboscide.No.
Probrum stuprum flagitium.Fe.
Procat dicebant pro poscis.Fe.
Procalare,puocare ex græco απο Τουκαλεῖν idest uocare.unde Kalende ea lumina Kalones.& coatile & calatores.Fe.
Procne proprium nomen in epigramate quodam aspiratum uidimus apud oppidum apaleæ labellũ cuius uerba sunt hæc oppia procne acutiana secũda creperia raticæ isidi græci tamen hodie per cappa hoc nomen scribunt qđ nos in g uerterẽtes non procnem sed prognem magis dicimus.
Procare poscere.unde procaces meretrices ab assidue poscendo.& proci uxorem poscentes in matrimonium.Fe.
Procapis progenies quæ ab uno capite procedat.Festus pom.
Procax petax & procare est petere. unde proci petitores dicuntur.Ser.
Procellunt procumbunt.Fe.
Procera prolixa & in longum producta: quasi ex cera ob eius facultatem.Fe.
Procestria dicuntur quibus proceditur in muro.Aelius procestria ædificia dixit esse extra portam.Artorius procestria quæ sunt ante castra etiam qui non habent castra.Fe.
Procax dispoliator & petax : procare enim est petere Virgilius procacibus austris idest imprudentibus.nam qui multum petit imprudens est & procax.unde & proci dicti sunt q filias alienas in matrimonium petierunt.Teren.in hecy.Maligna multo & magis procax ilico facta est.Dona.
Procedere & accedere in eo differunt:ꝗ dignitas quædam in incessu procedentis apparet Teren.in eunucho procede tu huc.non accede dixit.Do.
Procedere dicebant interdũ pro succedere interdum pro porro cedere Fe.
Procacitatem non amantiũ solum a ꝓcando & poscẽdo dici posse. Vir.auctoritate dedit. in primo æn.sed etiam inanimantium:penitusque procacibus austris:qđ est sęuientibus procellis.Ser.
Proceres secundum Varronem principes ciuitates dicũtur quia eminet in ea sicut in ædificiis:mutule quiddam hoc est: capita trabiũ quæ proceres nominantur.Ser.
Procella uis uenti cum pluuia:ab eo qđ omnia percellat idest moueat. Virgilius primo æneidos creberque procellis Affricus.Ser.
Processurum esse omnia.in Valeriantias libro.xxiii.scriptum est si hæres diuiæ factæ rectæ quæ paritate essent aruspices.dixerũt omnia ex sententia processurum esse. A.g.
Procincta classis dicebatur:cum exercitus cinctus erat gabinio ritu cõfestim pugnaturus uetustius enim fuit multitudinem hominũ q̃ nautum classem appellari.Fe.
Problema propositio interrogationem annexam habens.
Probatica ouilis a probaton:græce piscina ubi oues lauabantur.
Procelesmaticus pes ex quattuor breuibus q̃si primitus iussus ꝗ in sacris mineruæ primus eius pedis uersus pronuntiari iubebantur.
Procyon stella ante canẽ qui sirius dicit̃ Hor. iii.car.Cice.in orato: Anticanem procyõ graio qui noie fertur.Tor.
Proconessus urbs in minori asia.
Prochyta in cãpano mari una ex æolis insulis. Plini.Inarimes mons qui terræmotum passus alteram fundit isulam quæ prochyta ab

effusióe dicta est a græco procheo. latine fun do, & prochytition idest fusitium.
Procris eritei achæúregis filia Cephali uxor.
Procitant pro uocitant. citare enim uocitare. unde ,pcet prouocet. Festus.
Procitum testamentum dicebatur uelut ,puocitum. prouocatum. i. irritum & ruptum. Fe.
Procitum cũ pria syllaba corripit significat pe titum. Liui. matré ,pcitũ plurimi uenerũt. F.
Procitare sæpe ,plicere. i. ,pducere. Fe. pom.
Procinctã classem. i. paratã ad bellũ militũ multitudiné diali flámini uidere nõ licuit. Fe.
Proculum inter cognomina eũ dicunt qui na tus é patre peregrináte a patria ,pcul. Fe. põ.
Proculos credũt ideo dictos q a patribus seni bus qsi ,pcul ,pgressi & attenuati sint. Fe.
Proculato prouocato. Fe.
Proculiunt ,pmittunt. Fe.
Procubitores dicunt qui noctu custodiæ cau sa ante castra excubant: cum castra hostium in propinquo sũt. Fe.
Procudere dicitur prolatare. Var. i theopte. facé legendo aũt & scribendo uitã procudito. Vir. geo. li. i. Durum ,pcudit arator uomeris obtusi dentem. No. mar.
Proculant ,ppe aut lõge significat: dictũ est qsi porro ab oculis: & quasi præ oculis. unde & satis longe & nõ ualde põt significare. Ser.
Procul etiã prope significat. Ter. in hec. qui cũ ista sermonem habueris ,pcul hinc stans accepi. Donatus.
Prodere proferre ,platare differre. Lucil. in. v. An porro ,pdenda res sit. Ter. in andr. ut aliquot saltẽ nuptiis protrahar dies. Do.
Procudit cudendo extenuat. Vir. i. geor. Durũ procudit arator uomeris obtusi deté. S.
Procax quære in dictione proteruus.
Prœlium quære in bellum. Lau.
Probrum & opprobrium idé est. probra q̃dã nam turpia sunt: quædam ciuiliter: ut quasi more ciuitatis: ut puta furtum ad ultimum nam turpe est enim uere tutelæ dánati. hoc. uero natura probum est qđ potest etiam in hominem incindere. Vlpia. de uer. signi.
Proconsul ubicunque quidem proconsularia insignia habet stati atque urbé egressus est potestatem autem non exercet nisi in ea pro uincia sola. quæ ei tradita uel decreta est. Vlpianus de officio proconsulis.
Proconsules omnes statim quam urbé ingressi fuerint habeant iurisdictioné sed nõ com emptiosam sed uoluntariam. ut ecce manumitti apud eos possit tã liberi q̃ serui adoptõ nes fieri. Apud legatum uero proconsulis nemo manumittere põt quia non habet iurisdictionem talem. Mar. de offi. proconsu.
Proconsules non amplius q̃ sex fascibus utun tur. Vlpi. de offi. procõsu.
Procurator est qui aliena negocia mãdato domini administrat Vl. de ,pcu.
Protectum inter & imissũ hoc interest. Labeo inqt q proiectũ esset id qđ ita ,pueheret: ut nusq̃ requiesceret: qualia meniana sub gutte esset. imissum auté q ita fieret ut i aliquo loco requiesceret. ueluti tigna trabesq; imitté tur. Iabolenus de uer. signi.
Pronuntiatum & statutũ idem potest dici. pro miscue enim ut pronuntiasse & statuisse solemus dicere eos qui habent ius cognoscendi. Vlpi. de uer. signi.
Proscribere palam sic accipimus claris litteris ut de plano recte legi possint ante tabernam uel ante eum locum in quo negociatio exer cetur: non in loco remoto sed euidenti. Vlp. de institoria.
Prosoneta subinteruenerit faciendi nominis causa uti multi solét: uideamus an possit q̃si mandator teneri: & nõ puto teneri quia hic monstrat magis nomen q̃ mandatum. & si laudat nomen idem dico: & si aliquis philantrophi noíe acceperit: nec ex locato uel conducto erit actio. Vlp. de prosonens.
Prouinciales eos accipere debemus qui in prouincia domiciliũ habent non eos qui ex prouicia oriendi sunt. Vlp. de uer. signi.
Proixmus accipief ét q solus est quis ,pprie ,pximus ex pluribus dicef. Paul. de uer. signi.
Proximus est quem nemo ãtecedit. Supremus quem nemo sequitur. Vlpi. unde cognati ,pfani dicebantur sacris non iniciati: qui sanũ intrare non poterant. Dicimus etiam per allegoriam profanos imperitos: qui merito do cti exosi sunt. Hora. car. Odi profanum uulgus. Acron.
Profesti dies dicebanf q ante festos erant. Ac.
Profusus uoce passiua actum significat: genitiuo iungitur. Salu. alieni appetens sui profusus. Priscianus.
Profoco profocaui probus quasi nouam necé mitatur. Angit enim ueteres dicebãt. ut Vir. & faucibus angit inhærens. Lucil. tamen ait & suffocare conatur. Dio.
Profusus actionem significat. Salu. alieni appe rens sui profusus quasi profusor. Lau.
Profluens ,p flumine masculini generis. Lau.
Profecto quære in nempe. Lau.
Proinde pro deinde Plautus posuit. Ser. in ar.
Proinde idem est qđ ideo uel ideoque. semper enim dependet a superiore sententia. uel pro inde ubi Lucretius duas syllabas facit. Lau.
Prohibeo generale est uel ante rem inceptam uetat ne icipias agere. Inhibeo autem re iam inceptam: ne quid peragas utque incepto desistas. Vir. hospitio prohibemur harenæ. Idem

pcite iam rutili & uos tela ihibere latini.L.
Prodegere est consumere. ũde ꝓdigus fit.S.
Prodere significat deficere Virgilius æn. lib. secundo prodere uoce sua quemq̃ aut opponere morti Nonius.
Prodere tursum differre uel excludere. Virgilius æne. libro primo. nos tua progenies cœli quibus annuis arcem: nauibus infandum amissis unius ob irã. prodimur atq; italis lõge disiungimur oris. No.
Prodere etiam protendere uel edere. Virgilius æneid. li. iiii. Italiam regeret genus alto a sanguine teucri proderet. No. mar.
Prodimunt prodeunt. Ennius prodimunt famuli cum candida lumina lucent. Fe.
Prodigatores prodigiorum interpretes. Fe.
Prodit memoriæ dat & fallit. Item ex interiore loco procedit. Itẽ ꝓdit. ut Ennius. nõ inspirando cupidi rem ꝓdere summá. Fe. pom.
Prodidisse rempus longius fecisse. Fe.
Prodit non solum in apertũ exit significat, sed etiam porro it. Festus.
Prodigiæ hostiæ uocabantur quæ cõsumebãtur unde homines quoque luxuriosi prodigi. Festus pom.
Prodigia dicta sunt porro adigenda. Plau. i amphi. sed mulier postq̃ experrecta es prodigiali ioui aut mola salsa hodie: aut thure cõprecatam oportuit. No.
Proneptis est filia nepotis.
Prodromos appellant uẽtos qui dies. xv. ante Augusti Kalendas dies octo aquilones ferme ante cedunt. Pli. li. ii.
Prodigalitas dicta profusio. Lucil. saty. li. vi. nequa occupat hoc petulãtia ꝓdigitasq;. No.
Prodigium est qđ quasi in longum tempus dirigit significationem Seruius.
Producere dicitur longius ducere. Virg. æn. ii. Abnegat excisa uitam ꝓducere troia. No.
Producere consequi. Vir. æn. ix. Nec te tua funera mater produxi. Ser.
Proetus abantis arguiorum regis filius & successor ex antia uxore habuit mætã. Euryalẽ Lysippem: & Iuianassam: quæ cum Iunoni se præferrent sibi uaccæ uidebãtur uel ob spretam ueneram secundum Ouidium. x. prius in uaccas inde in lampades mutatas dixit. secũdum pherecydem proeti regni patrem & quam uellet uxorem proposuit si quis eas liberaret: qđ Melampus uates fecit secundum Seruium Helleboro & Iphianassam uxorem duxit. ex qua habuit Antiphatem & Mantium. Antephates Oicleũ. Vitruuius dixit eas: a Melampo ductas apud clitonum arcadiæ oppidum ubi spelũca est limpidissima aqua quæ potãtes odisse uinũ facit: & ita ab ebtiositate liberatas qđ Ouidius tetigit. xv.

Progymnasmata præexercitamenta: idem & progymnastica.
Producere instituere. Terentius in adel. sem animam primum extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus: Nonius:
Producere foras ducere. Te. i heau. produxi ac uendidi. M. T. in frumentaria. Quid opus lo ho nemo tuorum amicorũ nemo abs te productus: nemo interrogatus. No.
Producere proferre protẽdere. proplãtare. Te. in an. aliquam producam moram. Do.
Prodere propagare Virgi. iiii. æne. genus alto a sanguine reucri perderet. Ser.
Prodere decipere. Virgili. i. æn. unius ob iram prodimur. Ser.
Proædificatum dicitur qđ ex priuato loco processit in publicum solum. Festus.
Produci uænales dicuntur. Te. in heau preciũ sperans producit ac uendit. Do.
Profanum id qd nõ est sanctum. Plau. Sanctũ an profanum habeas paruipendis. Fe.
Profanum dicitur qđ fani religione tenetur. Festus pompeius.
Profanum qđ est ante fanum coniunctum fano. hic profanatũ quod in sacrario factũ. V.
Profanum omnes pene consentiunt id esse qđ extra fanaticam causam sit. quasi procul a fano & religione secretum; cuius significati exemplum executus est. Virgi. cum de luco & aditu inferorum sacro utroque loqueretur: procul o procul este profani conclamant uates totoque absistite luco.
Profanatum q; ex sacro promiscuum humãis actibus commodatum est. Macro.
Profecturi uia. Herculi aut fauno sacrificabãt. Festus pompeius.
Profestum diem dicebant qui festus non erat. Festus pompeius.
Profesti dies procul a religione numinis. Fe.
Proferre prodere. Terẽ. in hec. Ita me dii bene amẽt haud ꝓpterea te rogo ut hoc ꝓferã. D.
Proferre facere palam. Luc. libro uigesimoseptimo. proferat ergo iam uester ordo sæcula quæ in se admiserit. No.
Proferre protẽdere. M. Tul. de rep. libro tertio Sapientia iubet proferre opes: amplificare diuitias Nonius.
Proferari impetrari. Luc. libro uigesimosexto. hic minimo & proferat pax q; cassandram signo diruipuit. Nonius.
Professi a fari. Varro.
Profetas dicebant ueteres antistites fanorũ oraculorumque interpretes. Fe.
Procliue est porro inclinatum. uel pronum in clinatumque. Teren. in and. procliue ad libidinem. Donatus.
Profecto confirmatio est. Teren. in and. profe-

cto sie est. Donatus.

Profligare uerbum pessimum: ad usum trahi coeptum est. nam, cum sit profligatum perditũ ad internetionem adductum: nunc pfectũ & absolutum aut aedificium aut aliquod uti le inceptum dicẽdum putauit: cum affectũ dici debeat non profligatum. M. Tu tus. li. v. profligata iã & pene ad exitũ deducta quaestio est. Idem de prouinciis consularibus bellum affectum uidemus & infra. nam ipse caesar quid est q in ea prouicia cõmorari uelit: nisi ut ea quae per eum affecta sunt: perfecta reipublicae tardat. Et in oeconomicis. Cum uero affecta iam prope aetate a sole nitescere iam tempus est. No.

Profligare sicut alia uerba plaeraque ignorantiae & inscitia improbe dicentium quae non intelligant deflexa: ac deprauata sũt ratione recta & consuetudine: ita huius quoque uerbi qđ est profligo, significatio uersa & corrupta est. nam eum ab affligendo & ad pernitiem interitumque deducendo inclinatum id tractũq; sit semperque eo uerbo qui diligenter locuti sunt. ita usi sunt.

Profligare dixerunt prodigere & dependere ꝓfligatasque res quasi profictas & deperditas appellarint. A. g.

Proficisceret ꝓ proficisceretur. Pompilius in ethera hortatur hominem q̃primum proficisceret. No. marcellus.

Profiteor & confiteor hac ratione discernuntur: q uoluntate profitemur. necessitate autem cõfitemur. Cicero pro manlio. hic ego non solum cõfiteor uerum etiam profiteor. honestius sit profiteri q confiteri. Ser.

Proficisci in rem aegram & difficilem dicimus Terentianus dauus i andria. Quid causae est quin hic in pristinũ recta ꝓficiscor uia. Do.

Profligatum peius uult esse Tul. q̃ perditum Etenim perditum qđ inueniri potest profligatum qđ non potest. A. g.

Profundum qđ longe habet fundum. Fe:

Profusus supra modum sumptuosus. Ter. pro fundat pdat pereat: nihil ad me attinet alius abiectus iacens. Pacuuius profusus gemitue murmuro. Festus.

Profundum non solum imum sed etiam altũ profundum dici posse auctoritas usurpauit Virgi. primo aenid. ni faciat maria ac terras coelumque profundum. No.

Profugus proprie dicitur qui procul a sedibus suis uagatur quasi porro fugatus. Vir. i. aene. Italiam fato profugus. Se.

Progenerum appellat auus neptis suae uirum. Festus. pompeius.

Progenui ꝓ progeniei. Pacuuius. paulo pater supraeme uestrae progenui patris No.

Prognariter strennue fortiter & cõstãter. Plautus in persa. Cor suo hercle utrom belle a te indica prognariter. Enni. anali li. vi. diu hoc auditu parumper ut pro romano po. prognariter armis certãdo prudens animam de corpore mitto. Nonius.

Prognariter audaciter. Plautus in persa: age indica prognariter. No.

proiecta. Virg. proiecta saxa ꝓiecta si secundũ consuetudinem dicat intelligitur abiecta: si secundũ ueteres proiecta porro iacta. Ma.

Proiectum dicitur diuisũ derelictũ. Vir. lib. viii. proiice tela manu. Idẽ in bu. non ego uos post hac uiridi proiectus in antro. No.

Proiectum longe iactũ extensũ. M. T. de signis sed q erat eiusmodi loco proiectus Vir. i. iii. aen. ꝓiectaque saxa pachyni radimus. No.

Proiectum subtractum. M. T. philippicarũ qđ hoc stridente fremit ex urbe proieceris. No.

Proiicere effundere honeste positum. Sisenna histo. lib. iii. tũ postq̃ apud aegimus pu finos aegimus eius facti mentionem proiecit. No.

Proinde itaq;. Vir. xi. aen. proinde oia magno: necesse turbare metu. Ser.

Proinde similitudinis aduerbium est. Terẽ. in phor. proide episcare quasi nõ noris. aliquando coniunctio est. Do.

Proletarium capite censum dictũ: q ex his ciuitas constat quasi proles progenie. item & proletariei. Festus.

Proletarii ciues dicebantur qui in plaebe tenuissima erant: & non amplius q̃ mille & quingẽtos aeris incensum deferebãt. Ennius i annalibus. proletarius ut publicitus scutaque feriique ornant. Nonius.

Proletarii erant qui in plaebe romana tenuissimi pauperrimique erant: neque ãplius q̃ mille quingentũ aeris incensum deferebant: qui uero nullo aut perquam paruo aere censebãtur capite: censi uocabantur. Extremus autẽ census capite censorũ aeris fuit trecenti. q dẽ oẽs nisi in tumultu maximo scribebant: illi honestiores erant q̃ hi. A. g.

Prolepsis Epicurus appellat idest ante ceptam animo rei quandam informationem. Ci. de natu. deorum.

Prologus praefatio uel proloquium proponit narrãda: quo neque satyri: neque ueteres comici usi sunt. Persius in principio non alios sed seipsum reprehẽdit q tã cito poeta fuerit cum non contigerit ei qđ Hesiodo & Ennio. ita & Iuue. qui tam quodãmodo primã satyram ponit loco prologi. proponit enim quae dicturus est. repono uim graecam seruauit. Ho. ἐπὶ γοῦν ἀνέθηκα. i. posui hoc ẽ scripsi ipune sine effectu. Tergo quia in rotulis scribebat. unde uolumina puto: nota sũt mi-

hi quæ omnibus.neque enim sum obtusior Platani ferulæ uero discipulum:& dedi con silium Syllæ qd malum fuit; nam Cæsar di-xit eũ nescisse litteras lucus Martis.ubi Rhea concepit Romulum & Rhemũ:cuius poetæ frequenter meminerant antrũ qđ ab ætna sub terra usque hieram insulam esse dicitur. Vir.octauo.Tor.

Prolepsis præacceptio figura ex psona poetæ ut rhesi mauortia:tellus cum dicat de eurydice quæ multo ante fuit q̃ rhesi. & cætera.

Prolixitudinem a prolixo.Pacuuius in dolore ste.Oro mi ne flectas Flandrini prolixitudinem.Nonius marcellus.

Prologum principium proloquium. Pacuui. Quid est. nã me exanimasti ꝓlogio tuo.Fe.

Proloquium est sententia in qua nihil desideratur.Erit autem planius quid istud sit si exemplum ei dederimus.igitur siue id prologum dicere placet huiusmodi est. Hannibal pœnus fuit.Scipio numãtiam deleuit. Milo cedit damnatus est.neque bonũ ẽ uoluptas neque malum Et omnino quicquid ita dicitur plena & perfecta uerborum sententia, ut id necesse sit aut uerum aut falsum esse id a dialecticis axioma appellatum est a Marco. Varrone;sicut dixi proloquium a Marco,autem Cic.pronuntiatum quo ille tamen uocabulo tãquam titi a se attestatus;quo ad inquit melius inuenero.A.g.

Prolugere dicuntur qui solito diutius lugent Festus pompeius.

Proluuies significantiã habet parem & est immundicia. Virgilius duodecimo æn. fœdissima uentris proluuies.Et in eodem.Respicimus dira illuuies.Teré.in heau.pannis obsita neglecta immunda illuuie.No.

Proluuium profusio. Ter.in adel.quid proluuium quæ hæc largitas.No.

Prolubium est præter amicitiam & fidẽ.Actius in andromada.Muliebre ingenium.

Prolubium occasio. Neuius in colace & uolo & uereor:& facere in prolubio est. Laberius in compitalibus.Quod quidem me a matronali pudore prolubium meretricis progredi coegit. Varro de ligua latina libro.iiii. prolubium & prolibidinem dici ab eo qđ lubeat. unde est lucus ueneris lubentinæ dicatus.Nonius.

Proluuies sordis effusio.Vir.iii.æn. fœdissima uentris proluuies.Ser.

Promos & condos uoluerunt cellarios dici eo ꝙ inde promant & ibi condãt.Plautus. Ego sum promus cõdus procurator pæni.pænũ enim cellarium dicimus.Fulgentius.

Promõtorium est mõs in mari prominens. L.

Prometheus iapeti filius. Ouidius primo ex asia nympha & cõiuge:ũde ꝓmethides lõga.

Prometheus nilo imperasse unde dictus aquila quæ Herculem ad priorem cursum redegit unde aiunt Herculem aquilam occidisse quæ promethei iecur depascebat.

Prohœmium sed œ non obseruatur initium uel exordium:de quo Quintilianus pricipio iiii.& unde dicitur.

Promeritum etiam in malam partem posuit. Plautus i amphi. quid mali sum here tua ex re promeritus.Nonius.

Promeres pro promereris. Plautus in trinummo nam retinere uelis quin dicam ea quoq; promeres.Nonius.

Promereri bene agere prestare. Virgilius quarto ænei.nunquam regina negabo promeritam.Seruius.

Promissũ capillũ dicunt longum. Item barba promissa idest porto missa.Fe.pom.

Promixtam dicebant pro promissiue.Fe.põ.

Promittere est polliceri Virgil.æn.libro secũdo. promisi ultorem & uerbis odia aspera moui.Mar.Tul.ad cæsarem iuniorem.ꝓmissa tua memoria teneas.Nonius.

Promittere etiam significat ad magnitudinem nutrire.Plautus in rudente.capillum promittam optimum est:ancipianique ariolari. Virgilius æneid.libro tertio promissaque barba Varro in modio.qđ cum erat i græca coma promissa rasa barba palia trahentes.No.

Promitti & polliceri in hoc differunt.qđ pollicemur sponte:promittimus rogati.Ser.

Promonstra prodigia.Fe.

Prompta manifesta aperta. Ennius in saty.Eo inquit ingenio natus sum: ut amicitiam atque inimicitiam in fronte prompte geram. Aulus gellius.

Promulgari leges dicuntur cum primũ in uulgus eduntur:quasi prouulgari.Fe.

Promulco agi dicitur nauis cum scapha ducit fune.Festus.

Promellere litem promouere.Fe.

Pronis positum pro prona. Varro in parmeno alia trabs pronis in humum accidens proxifrangit ramos cadens me.No.

Pronurus nepotis uxor.Fe.

Pronubæ adhibentur nuptiis quæ semel nupserunt causa auspicii:ut singulare pseueret matrimonium prætextatis nefas erat obsceno uerbo uti.Ideoque prætextum appellabant sermonem qui nihil obscoenitatis haberet Festus.

Promissio & pollicitatio eãdem uim habent: sed pollicitatio maioris asseuerationis. Teré. in andria: nam pollicitus sum suscepturum polliceor ultro promitto.Donatus.

Promereri & mereri est præstare beneficium.

Quique sui memores alios fecere merendo
& nūq̄ regina negabo promeritam. Teren. in
adel. uerū quādo bene promeruit ita fiat cui
cotrarium est cōmereri. Idem i andria. Quid
commerui pater. Do.
Pronus uicinus uti altū longe positum. Vir. in
qnto æneid. uentisque uocatis prona petūt
maria idest uicina littori. Ser.
Pronuntiare & nuntiare idē ualent qđ ante: ut
in hoc proludit. Ideo actores pronuntiare di
cuntur quod in proscenio pronuntiant poe
ta cogitante qđ maxime rum id dicitur pro
pe nouā fabulā cum agunt. Varro.
Propinquo pro actiuo & ꝓ absoluto inuenit
Virgilius decimo. tu rite propinques auguri
um actiue prolatum. Idem fuge nate propin
quant absolute. Pris.
Propōtis mare fit apertius post abydon in id
granicus effundit ubi pugna quæ primū in
ter psas & alexandrū fuit nobilis. Trāsamnē
sedet in ceruice pene insulæ cizycū. nomen
cizycus indidit. quē aminxis ip̄rudētibus cū
colchos peterent acie cæsum quē accepimus
post plagæ & cylace paruæ pelasgorum colo
niæ quibus a tergo iminet mons olympus:
ut incolæ uocant. Pom.
Properantia pro festinatione. Cor. Tati. inquit
rediū ex mora. pericula ex properantia.
Propinare ad poculum inuitare.
Propter loco causalis coniūctionis accipitur:
ut te propter libycæ gētes. Virgili. libro. iiii.
& præpositio quando significat iuxta. Idem
octauo atesin seu propter amœnū. Pris.
Prope præpositio est. Vir. prope ceritis amnē
& aduerbium. ut Ter. prope adest cū alieno
more uiuendū est mihi. Pris.
Propemodum aduerbium quantitatis est. Ser-
uius in arte.
Proprietarius cuius est proprietas prædii. Lau.
Propono præmium. quære in ostendo. Lau.
Proprætor non qui pro alio præturam sed ex-
tra ordinariā gerit.
Propius præter comparatiui constructionem
accusatiuum habet. Cice. propius urbē mo-
uentur. Salustius proxime hispaniam mau-
ri sunt. Laurentius.
Propilea uestibulū uel porticus.
Propina ante famem secundum quosdam lo-
cus iuxta thermas & publica balnea ubi dei
e teficiebantur. alii pro fame dicunt qđ da
tur esculentum uel poculentum unde propi
no idest porrigo potū.
Propheta uates: græce prophetes a prophemi.
Proscænia pulpita ante scænam. ubi ludicra
exercentur.
Propages progenies a propagando: ut faciunt
rustici cum uitē uetulam supprimunt ut ex
una plures faciant. Fe.
Propatulum late patens atque apertum. & pa-
tuli boues quorū cornua in diuersū patēt F.
Propertus celer. unde aduerbium propere. Fe.
Properare aliud est festinare. qui unū quid ma
ture transigit is properat. qui multa simul in
cipit neque perficit is festinat. Festus.
Properam celerem strenuamque significat. Fe.
Properatim idest properanter. Cecilius prope
ratim in tenebris istuc cōfectū est opus. No.
Properatim cursim quæ nota sunt celeratim
quam maxime celeratim poterit insidus suis
disponet. Item alio loco mandauimus ne ue
litatim aut saltuatim scribendo lectorum
animus impediretur. Au. gel.
Properatim & properiter celeriter properāter
Quadrigarius in annali. libro secundo. pro-
consules propere exercitum reducūt. Pom.
in buccone. adoptato pergis properatim. Ce
cilius in plotio properatim in tenebris istuc
confectum est opus. Pacuuius in teucro mi-
hi classem impertat thessalum uestramque
in altum ut properiter inducerem. Actius in
telepho. remisque nixi properiter nauem in
fugam tradunt. Nonius.
Propediem aduerbium est temporis idest cito
Terē. in adel. At qui syræ hoc uerum est: &
ipsa re experire propediem. Do.
Propter iuxta. Cicero. qui ꝓpter te sedet. Vir.
templum de marmore ponā propter aquā.
Te. in adel. nimium istoc abisti: hinc propter
hunc assiste. Donatus.
Propemodū non plane consensionis est. Do.
Propediem idest cito. Titus. Li. vi. ab urbe con
dita consolans idem filiam ambustus bonū
animum habere iussit. Eosdem propediem
domi usurum honores quos apud sororem
uiderat. Teren. in heauton. & illum tibi sal-
uū affuturū esse hic confido propediē. Ser.
Properare aliud est q̄ festinare. qui unum qđ
mature transigit is properat. Qui multa si-
mul incipit neque perficit is festinat. Festina
re quasi fessum esse. nam qui multis simul
rebus properandis defessus est: is iam non ꝓ
perat sed festinat. A. g.
Proprius sobrinus mihi est consobrini mei fi-
lius & patris mei consobrinus. Festus.
Proprium perpetuum. perpetuū ad homines
sempiternum ad deos pertinet. omne enim
quod habemus: aut proprium aut mutuum
est. Virg. propria hæc si dona fuissent. Terē-
tius in ādria. nihil ne esse proprium cuiq̄: er-
go nihil nobis proprium esse potest. Quod
enim non fuit non esse quidē potest aut qđ
eripi potest: non esse nostrum quod mutuū
est. ut uilla domus filii uxor illa q̄ eripi non
possunt propria sunt. ut uirtus animi: sapien

tia iustitia prudentia quæ fortuna neque dare neque eripere cuiq̃ potest quod bonũ est sempiternum:& ꝓprie de his dicitur. Do.

Propitios & placatos homines dici uetustas uoluit. Terentius.q̃ ut ea quæ parentes ꝓpitii.Nonius mar.

Propinare a græ. tractum ,est post potum tradere.Teren.in eu.hunc uobis comedendum & bibendũ & deridendũ ꝓpino. Enni. saty. lib.iii.Enni poeta salue qui mortalibus uersus ꝓpinas flammeos medullitus.No.

Propitium dicitur ꝓrsus piũ.Terẽtius.in adel. q̃ ea quæ parentes ꝓpitii aut certe porro pium:q est uehementer & ualde;ut apud eundẽ Teren.in ꝓlogo andriæ. dehinc ut quiescant porro moneo. & desinapt maledicere malefacta ne noscant sua.No.

Propriũ diuturnũ.Sisenna histo.li.iii. tũ subito tacuit.at quẽ metu.& suspitione ꝓpriam capere non potetat quietem.No.

Proprium est suũ uniuscuiusque. Virgi.li.vii. hunc mihi da ꝓprium uirgo sancta nocte laborẽ.Varro in caprino prælio.Nam uirtutẽ ꝓpriam mortalibus fecit, Cætera ꝓmiscua uolunt cõmunia habere.No.

Proprium rui sũ significat perpetuum æternũ Sisenna historia.lib quarto. uictoribus propire spem uictis aduersæ fortunæ maiorem formidinem obiecit.Plau.in cistel. Atque illum amatorem tibi proprium futurũ in uita.Virgi.libro sexto. ꝓpria hæc si dona fuissent. Idem libro tertio,da propriam thymbreæ domum.Terentius in an.ego deorum uitam ꝓpterea sempiternam arbitror q uoluptates eorum proprie sũt.Actius in armorũ iudicio. sors dominatur: neque ĩ illa uita propria in uita est. Lucil.saty.libro decimosexto. Cætera contẽmnit & in usum omnia ponit.non magis ꝓpriũ,non nihil neminem habere. Marcus Tullius de republica libro quarto.Et noster plato magis etiam q̃ lycurgus omnia qui ꝓrsus iubet esse cõmunia ne quis ciuis propria aut suã rem ullãque adicere Afranius in uopisco.Dii tibi dent propria quæ exoptas bona. Lucili. libro uigesimoseptimo.Cum sciam nihil esse in uita ꝓpriũ mortali datũ.No.mar.

Propriũ ꝓ proprie. Lucil.li.ii.q genus humanũ ꝓprium:de quibus Actius.No.

Propiius pperuus. Virgi.iii.æneí. Da ꝓpriam thymbreæ domũ.Ser.

Proprium perpetuum significat. Virgilius sexto æne.ꝓpria hæc si dona fuissent. Teren.in and Ego deorum uitam ꝓpterea sempiternã arbitror q uoluptates eorum ꝓprie sunt. Plautus in cistellaria.atque illũ amatorẽ tibi ꝓprie futurũ in uita.Ser.

Propter significat eius causam. Virgilius æne. libro quarto.te propter libycæ gẽtes numadũque tyranni odere.Nonius.

Propter alicuius rei gratia. Var.sexque Vlysse quidẽ nenia ꝓpter stetit significare eũ ꝓpter doctrinam.No.

Propter iuxta, Virgilius ænei.libro quarto.& uiridi ĩ campo templũ de marmore ponam propter aquæ fluuiũ.No.

Propugnacula quibus ꝓ castris utuntur ædificant.Festus pom.

Propudiũ dicebant cũ maledicto nudare turpitudinẽ nolebãt quasi porro pudendũ Quidam etiã ꝓpudium putãt dici: a quo pudor & pudicitia ꝓcul sint.Fe.

Propulsare repellere. Terentius in andr. facile propulsabo.Donatus.

Prorsus quasi porro uersus: pro quare positũ putatur.Ego pro eo quod est omnino: sunt qui coniunctionem uolunt essẽ. Terentius in andria. prorsus a me opinionem hanc tuã esse amotã uolo.& prorsus certe recte & uere significat.Idem in adel.eo pacto prorsus illic alligabis filium.Do.

Prorsi limites appellantur in agrorum mensuris qui ad orientem directi sunt.Fe.

Prorsus porro uersus.Festus.

Prorsum ponebant ꝓ recto.Fe.

Prorsus & prorsum dicimus.Pris.

Prorostra tantum pluraliter declinatum significat locum in urbe.ubi concionabãtur.Seruius in arte.

Prosperus inquit Cicero de republica. deinde est generi hominũ ꝓsperus & salutaris. Pris.

Prosperiter dixit Ennius.Pris.

Proserpina quæ græ.περσεφονη dicitur quã frugum sæmen esse uolunt: abscõditamque quæri a matre uolunt. Cicero de na.deorũ.

Prostiria cephalonia.neritos.Same lacynthos dulychium.insulæ insonio & inter nõ ignobiles ulyssis nomĩe ithaca maxime illustris Pomponius.

Prosequor fere nõ caret comitatu ablatiui. ut prosequor te oculis. significatur enim actio affectus ĩ alteꝝ.ꝓsequor autẽ in malũ idest insequor & insector.uel in bonũ cũ ꝓseuero exequẽs quod agere cœperam.Lau.

Prosper qui dat:fœlix qui recipit fœlicitatem ut sidus ꝓsperũ sub quo natus est fœlix.Suetonius tamen de cæsare inquit fuisse eũ prospera ualetudine idest bona & quasi fœlici. Rursus Vir.Sis fœlix nostrumq; le.q.l.ꝓ eo q est.sis prospera & benigna. Lau.

Proselenus ante lunam.

Proseletes aduena.

Proseucha obsecratio uel oratio. Iuuenalis. ꝓ loco ubi a transeuntibus mendicabatur.

Proserpina.græce persephone. Iouis filia ex sorore cerere: de qua Ouidius quarto & quito fastorum.& met.v. Augustinus septimo dicit proserpinam a proserpendo dictam significare fœcūditatem.quæ cum aliquando nō esset: dictam esse rapiam ad inferos: & tunc cessarunt instrumenta rustica: qua redeunte instituta sunt solemnia apud athen. Solinus adhuc foramen prope ætnam extare dicit: unde pluto exisse dicitur Eusebius dicit cereris filiam. Et Sicani regis uxorem dicit: & ab Horcho rege molossorū raptam & matrimonio iunctam. Var. lunam dicit.

Prosopis insula in delta nili hostio: in qua atarbechis urbs Herodotus.

Prosopopeia personæ fictiua προσωποποιία græ. cū inanimatum loquitur. ut qui modo nasonis fueramus quinque libelli: uel contra animatum uel inanimatum. ut cum terra ad mare loquitur. uel similia.

Prosodia p in œ diph. in secunda deberet scribi. sed ut seruetur sonus accētus aliter τόνος dicitur: unde nostri antiquitus tonores dicebant. Quintili. significatur accentus grauis. aliquando non quod grauis sit: sed acutus: sed ut denotetur illa syllaba per consequentiam aliarum dictionum sequentium esse legendam. nam accentus grauis aliter nunq̄ significatur, nec bene potest percipi differentia accentus acuti & circūflexi. sed acutus supra breuem & longam esse potest circumflexus supra longā tantū. & apd nostros non habent locum nisi in penultima. apud græcos etiam ultima syllaba apud nos non patitur accentum nisi differentiæ causa. aliquando ut circū littora: ne circus circi uideat: & uidetur sub uno accentu pronuntianda utraque dictio penultima breui i polysyllabis in antepenultima est acutus penultima longa & ultima in penultima: ultima breui in penultima circūflexus in dissyllabis penultima breuis acutum habet. Encletica etiam facit accentum ultimæ præcedenti ut etiā mutet aliquādo tempus: ut uno eodemque igni & steterutque comæ & cætera. Quidam auctoritate dicunt: cum dicatur nō eodem cursu differentiæ causa transfertur in ultima: ut alias pene una eo sane & p syncopam: ut ardeatis: ardeas: suffēsas. feretinas: capenas: crotoneas: pōtias. primas: larinas: opimas: mecenas harpinas. Item & antias nomen propriū historici: qui ualerius dictus est. Item menas & lenas propria ad appellatiuorum differentiam. Item nostras ad differentiā accusatiui. Item audit pro audiuit cupit pro cupiuit fumat pro fumauit. ut fumat neptunia troia. Itē produce pduc. illicce illicuisticce istic. itē sio in monosyllabis in compositione. ut tepesio. sis. sit. mutatur & metri conditione. ut pictæque uolucres: & maniplis pro manipulis Seruius. Item cum fit synæresis ī græcis: ut demophoon: phon. thermodoon.. don. Seruius in primo geor. super epirus equarum uult ut græca facta latina seruent eundem accentū. Sed quid dicetur de comœdia & tragœdia: quæ seruarēt in ultima si id uerum esset unde dicunt epiros equarum dudum: & ita obseruatam dicunt & uolūt ita Seruium intelligere græcū idest habere litteraturā græcam. nam aliter mutat. unde tragœdia mutat sonum: prosodia non mutat. unde tyrannos tyrannus accentus in græcis non potest esse in antepenultima ultima longa. unde ἄνθρωπος mutat ἄνθρωποι & sic de aliis. Vnde nos Aristoteles dicimus nomina in a lōga apud græcos apud nos breuia. & ita mutat accentum in aliquibus seruant a longam & paucis: ut tegea apud Statium: & menea tibi lerna contas quæ etiam seruant accentum in penultima: affatim attentim admodū affabre approbe approbus. Gellius omnia in antepenultima acuunt. Apprimus cū cūflectit & apprime & appotus. Apostema in antepenultima ἀπόστημα ara circūflectitur. hara acuit. ergo coniūctio illatiua acuit. ergo pro illius gratia circūflectitur in ultima. Ex aduersum in antepenultima incus in obliquis habet circumflexum super u. præmodū in antepenultima. Gellius idest supra modum alias præter Pero pro nympha Pero pro calciamento. proceris procerem. Iuue. agnosco procerē. Quando pro quia acuit in ultima p tēpore in prima. Sarpedon accentum in ultima facit sarpedontis. si in penultima sarpedonis. Torcular. acuit penultimam. Theodorus in penultima.

Prosthesis appositio uel additamētum. ut gnatus p natus. astans pro stans.

Prosapia pgenies idest porro sparsi & quasi iactis liberis. qa sudare significat iacere & dissicere. Festus.

Proscapulis cum dixit Cato significauit pmuria uerberum. Fe.

Proscænia sūt pulpita ante scenam in quibus ludicra exercentur. Virgilius tertio georgicorum. & ueteres ierunt proscænia ludi. Ser.

Proscindere appellāt cum primū terram arāt. Varro.

Proscribo aliqd uenale ppono. & pacto scriptū erat fundū herculaneensem a Quito fabio fratre proscriptum esse. Ser.

Proserpina epicarmus Ennii. proserpinā appellat quod solet esse sub terris. proserpina ergo dicta q̄ hæc ut serpens modo in dexterā

modo in finistram partem latenter mouere-
tur. Serpere & proserpere idem dicebant. ut
Plautus q scribit quasi pserpens bestia. Var.
Prosequiũ a prosequendo: obsequium ab ob
sequendo dicuntur. Fe.
Prosedas meretrices. Plau. appellat quæ ãte sta
bula sedcant. eædem & pstribulæ. F.
Prosententia ac si dicatur in sententia. ut p ro
stris idest in rostris. Festus.
Prosiciæ in põto frustra q̃dã & psiciæ gelidæ
feruntur cõtractæ de fluuialiũ uel palustriũ
undarũ multitudine. Mac.
Prosicium quod præsecatum proicitur. Fe.
Prosita pposita. Festus.
Prospicere & respicere distant. ut aduersũ uide
re pspicere retro dicat respicere quasi retro
aspicere. No.
Prospica & despica intẽta & contẽpla. Neuius
in assitogida ac si pspica & despica põt ergo
prospicus & despicus dici. N.
Prosũia gẽus nauigii speculatoriũ puũ. Fe. põ.
Prosubigo fodio. Vir. in. geor. & pede prosubi
git terram. Ser.
Protelare protrahere præuenire exagitare & a
cedendo dictũ est quod est ante & trahere.
Alii ab assiduo telorũ iactu existimãt dicitur
Lucretius. ũdiq̃ pro telor plagarum cõtinua-
to: hoc est ui telorum coactum esse. Terent.
in phor. ne te natũ suis scenicis dictis prote-
let. Donatus.
Protelare longe propellere ex græco: uidelicet
τηλόθεν quod significat longe. Fe.
Protagoras meandri uel artemonis abdertes
Eupolis dicit reium fuisse: de quo Gellius. v.
Protemiter dixit Ennius. Pri.
Protius triũ tẽporũ ẽ. istãtis pteriti & futuri. S.
Proteruus procax: petulans quandam lasciuiã
libidinemque declarant. tũ iniuriam i dictis
& in factis: pterua leuior quædam contume
lia pcacitas maior petulantia maxima. Cice.
in sal. Nõ enim procacitate linguæ uitæ for-
des eluũtur Et ibidem. nã q̃d ista inusitata ra
bie petulanter in uxorẽ filiamq; meã inuasi-
sti. Salu. bibulũ petulantissimis uerbis lædis.
Petulantia quoque cũ alios per contumeliã
petimus. Lau.
Protinus in dictione continuo. Lau.
Protesilaus aliquando Homerus per duplex
s ex phylace oppido thessaliæ isiphidi filius
Laudomiæ maritus, qui primus ab Hectore
interfectus est.
Proteus Oceani & Tethyos filius habuit patri
am pallenẽ inde regnauit in carpatho insula
imperauit ægyptus, fuit uates maximus de
quo. Vir. iiii. geor. & alii multi.
Prothous dux ex græcis ex magnesia ad troiã.
Protogenes significat aliquẽ primi generis. &
pro eo qui se talem confingit ponitura poe
tis & pictor de quo Gellius in fine xv. q rho
dus imaginem Halisi fecit.
Protogenia Deucalionis filia ex pyrrha.
Prothœnor unus ex q̃nq; bœtiorum ducibus
ad troiam.
Protocollum uel prima cõglutinatio & capri
cõfecta scriptura: quæ meliorẽ cõpositiõem
desiderat a κολλησιõ græ. glutiatio uel pri
mum scripturæ membrum per unum f.
Protologia prima locutio.
Protomartyr primus martyr.
Protonotarius a græca dictiõe protos. i. prius.
Protelare est percutere perturbare. Terentius
in phor. ne te natum suis scenicis dictis pro
let Sisena histo. li. iii. romãos impetu suo pro
telant profectus psequuntur. No.
Protelare rursum adiuuare. Lucil. saty. libro. i.
Quẽ neque lucanis oriundi montibus tauri
ducere ptelo ualidis ceruicibus possent. Idẽ
li. xii. hunc iuga mulorum protelo ducere
tum non possunt. No.
Protelare etiam excludere. Turpilius i lemnis
ppter peccatum pauxillum indignissime pa
tria ptelatum est sæuitia patris. No.
Proteruiter. Ennius in panteathiaste. qui est q
nostris foribus tam proteruiter. No.
Proteruia sacrificium apud ueteres fuit: qd uo
cabatur proteruũ. In eo mos erat ut si quid
ex epulis superfuisset igne cõsumeret. hic
Catonis iocus est: namque albidiũ quendã
q bona sua comedisset: & nouissime domũ
quæ ei reliqua erat incendio perdidisset pro
teruiam fecisse dicebat quod comesse nõ po
tuerit id combussisse. Macro.
Protollere est differre. Lucil. saty. li. i. nolo am-
plius ad lustrum hoc ptollere unum. No.
Protinã a protinus cõtinuitatẽ significãs. Var.
Protinã prius. Ter. ptinã cõiiciã me i pedes. F.
Protinus ubicunque lectũ est contra uulgi in
tellectus cõmunis quo statim significare cre
ditur positum inuenitur. ut si protinus por
ro ac sine intermissione cõtinuo quod dictũ
tenus eius significãtia affirmat aduerbii. Vir
gi. nam in quocũque loco posuit ptinus sub
hoc sensu intelligendũ reliquit. No.
Protinus insequenter deinceps. Vir. in. iiii. ge-
orgi. protinus ærei mellis cœlestia dona exe
quar. & protinus antæũ & lyncam prima ag
mina ruini insequitur. No.
Protinus iugiter & cõtinue. Vir. li. xii. huic fra
ter subit alchanor fratrẽque ruẽtẽ. Substen-
tat dextra traiecto missa lacerto ptinus ha-
sta fugit seruatq; cruenta tenorẽ. No. mar.
Protinus statim Virgilius tertio æneidos. pro
tinus ad regem cursum detorquet hiarbam.
Nonius marcellus.

Protinus longe porro. Vir. viii. æneidos. cornu
que recuruo tartaream intēdit uocē qua ꝓti
nus omne & siluæ insonuere profundæ. idē
in octauo nam memini hesione uisentem re
gna sororis Laomedotiadem Priamum sala
mina petentē protinus arcadiæ gelidos inui
sere fines. Nonius.

Protinus ualde. Virgi. in buc. En ipse capellas
protinus æger ago: ut sit animo & corpore
ualde æger: aut si aliud enuntiat refertur ad
illud: ut si lōge porro ago. at ipsum hactenus
licet ut præpositionem acceperit ut præposi
tio uarietur: tamen maxime finem terminū
que designat. Virgi. geor. ii. hactenus aruorū
cultus & sidera coeli. Idem in. xi. laterum te
nus hispida nauti frons hominem præfert.
Idem in secundo. capulo tenus abdidit ensē.
Nonius.

Protinus assidue. Virgi. vii. æne. mos erat anti
quo in latio. quem protinus urbes albāæ co
luere sacrum. Ser.

Protinus deinde. Virgi. iii. geor. protinus ærei
mellis coelestia dona. Ser.

Protinus idest porro tenus. i. longe a finibus.
Vir. i buc. en ipse capellas ꝓtinus æger ago.
& vi æneī. quin protinus omne ꝑlegeret. Se.

Protollere est differre. Luc. saty. lib. i. Amplius
ad lustrum hoc protollere unum. No.

Prouidere monere & ferre. Pacuuius in teucro
at me occide illa humi sine usque prouideat
gradum. No. mar.

Prouiso duas res significat: & procedo: & ꝓui
deo. Te. i an. ꝓuisa ꝗd agat. Pamphilus. Do.

Prouisio rerum duas significationes hadet ꝓ
uidemus enim nobis tā bonū negotiū ꝗ ma
lū sicut si quis ueniens eminus telum protu
lit atque hoc caruerit. Terentius in andria.
Quæ si nō astu ꝓuidētur me aut herū pessū
dabunt ergo hic ꝓuidentur: cauentur: uitan
tur. Donatus.

Prouinciæ porro uel procul a uincendo dictæ:
acquisitæ enim bello longe ab Italia regiōes
prouinciæ dictæ sunt: in quas prætores: quia
cum officio mittebātur officia quoque pro
uinciæ nominabantur. Teren. in phor. O ge
ta prouinciam cœpisti duram. Do.

Prouincia consularis. africa erat una e prouin
tiis consularibus.

Prouoco in malū: etiā in bonum. Cice. tuis lit
teris amantissimis sum prouocatus. Lacesso
plærūque in malū. ut idē. sed iustitiæ primū
munus est: ne cui quis noceat nisi lacessitus
iniuria. In bonum quoque tuis me amantissi
mis litteris lacessisti. Lau.

Poconesos insula habitatur tantum in propū
tide. Pom.

Propēticōe carmē est quo habeūtes ꝓsequimur.

Prudens & sciens differunt. prudens est qui in
telligentia sua aliquid sentit. sciens qui ali
cuius iudicio rem cognoscit. ergo prudens
per se: sciens per alios. Terentius in andria. &
prudens sciens uiuus uidensque pereo. Pru
dentia naturalis est. gnaritas extrinsecus ue
nit imprudens per se: ignarus per alios. Terē
tius in heautō. Imprudens harum rem. igna
rusque omnium. hoc est qui nec suspicatus
sit. nec ex alio audierit. Do.

Prudentia sentētiæ compensat importunitas
respōdendi. Teren. in and. Sosia seruus cum
intempestiue hero Simoni respondisset non
iniuria nō adiecit: nā ī uita id arbitror appri
me esse utile; ut ne quid nimis. Do.

Prudentiam a prouidendo dict dilucide ostē
dit. Mar. Tul. in hortensio. id enim est sapi
entis prouidere ex quo sapientia est appella
ta prouidentia. Et de senectute. Quid plura.
sic mihi persuasi cum tanta celeritas animo
rum sit: tanta memoria præteritorum futu
rorumque prouidētia. Et de republica libro
sexto. Totam igitur expectas prudentiam
huius rectoris: quæ ipsum nomē hoc nacta
est ex prouidendo. No.

Pruna & coctona fructus sūt peculiares syriæ
ut scribit Plinius coctona non fici minores
erant ut idem est autor. Mar. si maiora fo
rent coctana ficus erant.

Prurigo uocata est a pruriendo & ardendo.

Prugnū pro aprinum. Festus.

Pruina dicta ꝙ fruges ac uirgulta perurat. Fe.

Pruina est proprie matutini tēporis frigus. S.

Pruna distat a carbone: illa enim ꝗdiu ardet
pruna dicitur. carbo autem nominatur cum
extincta fuerit. Terentius. tam excoctam at
que atram reddam ꝗ carbo est. pruna autem
a perurendo dicta est. Ser.

Proxeneta a προξενίζω hospitio coapto iam
apud nos qui medius est; ut res uendantur
& emantur.

Proximior a prope propior proximus quod
pro cognato ui habet positiui: inde compa
ratur Vlpianus i libro trigesimo. Ad ædictū
si quis proximor nasceretur cognatus. & ue
getius & proximior dextera sit quæ plagam
possit inferri. Pris

Prox bona nox: ut existimo quasi ꝓbata nox.
Festus pompeus.

Proximi idest proximo. Cato contra furium
die proximi hic dicit. Sed ea declinatiōe a ue
teribus & crastini & pristini dictum. No.

Psaltrum quod uulgo canticum dicitur in al
terius infamiam compositum & præsēte cā
tatum tam ī eos qui præsentes cantauerunt
ꝗ in eos qui composuerint ex ordine uindi
cantur. Paulus in sementiis.

Proximus carus beniuolus, unde & proximi & propinqui dicuntur, qui nobis cari esse debent. Terentius in an. proximus egomet sũ mihi & proxima nobis aut præterita: aut futura sunt nam præsentia ea sunt in quibus sumus. Te. in heauton. sex mensibus non uidisse proximis idest præteritis. Do.

Psamniticus qui fuit ægyptorũ rex.

Psitium passi genus est quod suum seruat potius saporem q̃ uini.

Psilli qui morsibus serpentum mederi solent carminibus serpentes sistunt. Pli.

Psilocitharistę tenuiter & leni uoce cithra canentes.

Psilon græci nos tenuem dicimus.

Psitacus est auis indiæ i partibus quæ gignitur uiridi colore corporeq; punicato grandi lingua & cæteris auibus grandiore & leuiore.

Psallo psalli. Bassus. ii. lyricorum. calliope princeps sapienti psallerat ore. Pris.

Psamate fons est apud thebas.

Psalmus canticum unde psalterium.

Psaltria quæ sequebatur & amabat histriones a ψαλλω græ. canto. amabat enim qui cãtabant quotidie in scæna.

Psammius mons ægypti.

Psammis Neci ægypti regis filius & successor. Seruius.

Psammenitus Amasis filius ægypti rex a Cambyse superatus apud Memphim Herodotus tertio.

Psammeticus antiquus ægypti rex: ante quem ægyptii se primos hominum esse putabant sed huius industria didicerunt. phrygas primos se uero secundos. Hero. iii.

Pseudus falsus. inde pseudo propheta.

Psilotrum unguentum erat ad depilandũ corpus ex uariis rebus fiebat modo ex thinni sãguine felle & iecore modo ex sanguisugis coctis i uase fictili & illitris aceto modo ex aliis tamen ut scribit Pli. euellebantur pili.

Psilotrum adhibebatur ne pullularent.

Psyria insula. Ody. iii.

Psylli populi libyæ prope garamantas & nasamones contra uirus muniti. Hero. quarto. & Gel. decimosexto. Luci. nono.

Psitacus auis ex india de qua. Pli. decimo.

Psythium genus passi, ut in surrhento.

Psora scabies.

Phthia aliquando hom. phthia thessaliæ regio patria Achillis.

Phthia urbs seu regius in qua Achilles phthius q̃q̃ multi aspirationem tollunt & pthius dicunt.

Ptysis exulceratio pulmonis ex humorum cõcursu.

Ptysis sputtio a πτυω idest spuo. Tor.

Pteria locus Cappadociæ apud synopem ubi Crœsus primum cum Cyro pugnauit.

Ptolemaeus a πτολεμω æolice πολεμω attice & omnia nomina in eus a uerbis circunflexis ae diphthongon habent ut τιμω græce timaeus: nomen regum ægyptiorum. lacus primus. Gregarii militis filius post Alexandri mortem ægyptum aphricam & magnam arabiæ partem occupauit: & splendore suo successoribus nomen dedit, regnauit quadraginta annos reliquit filios. Ptolemaeum Ceramnum Philadelphum: qui ei successit, uir doctissimus: qui Bibliothecam fecit Stratonis discipulus. regnauit trigintaocto annos. successit Ptolemaeo Euergeres qui regnauit uigintisex annis. successit Ptolemæo Philopater inde Epiphanes uigintiquattuor inde Philomen trigintaquinque annis. inde Euergetes nouem. inde Phython qui & soter. xvii. inde Alexander decem. inde Dionysius adolescens qui Pompeium interimi fecit, hic ultimus & omnes ptolemæi dicti fuerũt & alii ut filius Pyrrhi & quidam rex Cypri: qui romãum ditauit ærariũ. fuit & astrologus in ægypto: non ex stirpe regia: quæ ante longe defecerat. fuit & Pheludiensis temporibus Traiani & Hadriani: ut ipse testatur in. v. ix. & x. maioris sui operis.

Publicitus & publice inuenitur. Ser.

Pubes cum lanuginem significat barbæ pubis facit. sin autem iuuentutẽ puberis nec tamẽ adiecta præpositiõe dicimus ipuberis sed impubis ut apud. Vir. impubis uli. Ser.

Pubes iuuentus. Hor. car. Lætaque pubes hedera uirenti gaudeat. Acron.

Publipor a puero publiporis: sicut marcipor marciporis idest publii puer uel marci. Priscianus.

Puber. beris teste cæsare. pbus uero pubes puberis. inde impubes be. bis. Virgilius. v. impubis uli. & Hora. in epodo. ipube corpus. Ci. quarto inuecti. filiumque eius impuberẽ legatum a patre missum. Pri.

Pubes adolescens quin etiam plurium numerus eiusdem ætatis. Fe.

Pubes puer qui iam generare potest. is incipit esse ab annis. xiiii. fœmina uiri potens a duodecimo Festus.

Pube præsente est populo: præsẽte ab his qui puberes sint, omnem populum significans. Festus.

Publica sacra quæ pro populo fiebant priuata quæ pro singulis hominibus & familiis appellabant. Festus.

Publicitus publica cura atque consilio. Teren. in phor. Nonne hoc publicitus scelus deportarier in solas terras. Do.

